vt idem Plinius dicit libro sexto. Sunt alij canem pro rege habentes ad cuius motus augurizantes faciunt q̄d videtur. Sunt alij qui erios siue terrios dicuntur: habere creduntur isti in fronte oculos. Quidam etiam ex eis leones venantur & pantheras & de eorum carnibus viuunt. Quorum Rex vnū solum oculum habet in fronte. Alij locustis solis viuunt fumo & sole induratis: & hiemis non cedunt nec verberibus. Hec Plinius. Verū isti eiusdem speciei sunt cum hominibus vel ad presens. Traces sunt homines traciam habitantes: que est quedam prouincia grecie multas gentes barbaras tenēs vt dicit Ysidorus ethimologiarū. libro decimoquinto. Scite vero sunt homines scitiam inhabitantes: que est regio maxima multas prouincias & regiones continens in qua multi monstruosi sunt homines: vt dicit idem Ysidorus. De Italis nostris: cogita naturam diuersarum gentium ciuitates: castra: prouincias: & de singulis: vt lombardi Mutinenses qui quidem diuulgati sunt fatui vel ignei cerebri. In tuscia Senenses. Ferrarienses asini more reguntur rudibili. Oportet itaq̄ diuersificare indicium in indiuiduis s̄m diuersitatem ciuitatum. Exemplum pono: habeo duo indiuidua: que habent signum liberalitatis & fidelitatis. Unum ex istis indiuiduis est Lombardum: & alterum Tuscum: ex parte patrie: ethruria inducit infidelitatem & auariciam: Lombardia agit contrarium differentiam enim pono. Summam nanq̄ differentiam oportet etiam fieri ex parte parētū si possibile est vt puta. Signum fatuitatis video in isto cuius parentes ex natura sunt fatui: vt accidit in patria mea: indica ergo intensiue esse signum & non remissiue & econuerso. Habemus in ciuitate nostra Bononiensi quattuor affinitates que quasi omnes sunt fatue. Tamē due sunt adeo fatue q̄ habent celebrum & intellectum vanū cum rudissima credulitate & huiusmodi nō sunt apti ad litteras nec ad arma: sunt enim sine vlla vtilitate cum maxima auaritia. Alij sunt feroces & feruentis cerebri: proni ad arma & ad debellandum inimicos. Primos voco fatuos bedenos: & alios dico fatuos feroces. Caue igitur in iudicando (vt dictum est) patet ergo intentum Aristotelis: q̄ in diuersis regionibus propter diuersum aspectum celi: diuersificantur homines: & in dispositionibus corporum: & in naturalibus passionibus animarū. Ideo scribit philosophus in libro de secretis secretorum ad Alexandrum. Scias q̄ non creauit deus creaturam sapientiorem homine: & non colligit in aliquo animali q̄d in eo collegit: & non est reperire in aliquo animalium cōsuetudinem vel morem quem non inuenias in homine. est autem homo audax vt leo: timidus vt lepus: largus vt gallus: auarus vt canis: durus & auster vt coruus: pius vt turtur: malitiosus vt leena: priuatus & domesticus vt colomba: versipellis & dolosus vt vulpes: simplex & mitis vt agnus velox & agilis vt capreolus: similis ceruo in colore & quibusdam alijs dispositionib⁹: humilis vt pardus: piger vt vrsus: preciosus & carus vt elephas: vilis & stolidus vt asinus: rebellis vt prauus Rex: obediens & humilis vt pauo: garulus vt structio: vtilis vt apis dissolutus & vagabundus vt caper: indomitus vt taurus: recalcitrās vt mulus: mutus vt piscis: rationabilis vt Angelus: luxuriosus vt porcus: malitiosus vt bubo: vtilis vt equus: nociuus vt mus. Et vniuersaliter non reperitur animal seu vegetabile seu originale seu minerale nec celum seu planeta nec signum nec aliquod ens ex omnibus entibus habens aliquod proprium quin id reperiatur in homine: & propter hoc vocatus est minor mūdus. hec Aristoteles.

Capitulum octauum de emptione captiuorum & est Rasys: & Haly abbas.

Rabes nō emunt seruos sine cōsilio physionomi atq̄ chyromantici. Inquit Rasys. In primis captiui color cum summa intueri diligentia oportet. Color enim cum in rubedine minuitur capitis infirmitas vel splenis vel stomachi significatur: vel q̄ emoroydas patiatur: a quibus sanguinis effluit multitudo. Post hoc vero totius corporis superficies in loco claro & luminoso considerari debet. Ne morphea subtilis in ipso fuerit: vel impetiginis initium occultari possit. Morphea enim in sui initio valde est occulta. Ipsa nanq̄ tunc non est nisi albedo vel nigredo subtilis: que paulatim procedendo cum sui additiōe cōpletur. Impetigo quoq̄ non est aliud in suo initio nisi crispitudo que loco accidit cum additiōe semper que de die in diem crescit. Preterea si in aliquo loco corporis nerui vel cocture similitudinem vel signum aliquod habuerit: cum sūmo studio considerandum est ne in hoc loco forsitan habuerit albaras p̄p quam combustus sit vel exoriatus vel tract⁹ vt occultari posset. Que cum senuerit: vel longi fuerit temporis tincturam quasi debilem amiter: & amplificabitur albaras vltra locum cocture & exoriationis. Cūq̄ nerui dubitatio occurrit: ipse in balneo ponatur: & cum aqua calida fortiter prius fricetur: & cū semine alusuen & baurach atq̄ aceto. Deinde cōsideretur etiam si in loco in quo coctura vel exoriatio fieri non solet: fuerit coctus vel exoriatus suspectior haberi debet ideoq̄ magis fricari debet. Preterea sumitas & extremitas cocture cum magna inquisitione considerari debet. In his enim locis euidētius apparet. Postea vero queratur quod querendum est: & q̄d dicitur sciatur. Deinde vero capitis pili atq̄ totius corporis entis cōsiderandi sunt an sit in ea furfur vel rubor. Auditus quoq̄ acuitas perquirenda est & verba ipsius et sensus attendenda sunt. Pupille etiam sunt considerande an sint in magnitudine equales: eiusq̄ visionis acuitas & albeditas: que in oculis est claritas considerande sunt. Cum in eis est fuscus color turbiditatē participās lepram designat. Et quādo in eis est citrinitas egritudo epatis significatur. Et quādo vene rubee multe & manifeste sunt in eis patitur sebel. Palpebre quoq̄ eius considerande sunt si multe sint & cito mobiles. Grosse autē si sunt plerūq̄ sunt scabiose vel sunt ad scabiem preparate. Que vero grauiter mouētur: & difficile sunt male. Oportet .n. illum cuius talis est dispositio: suas quādo a somnio excitantur tādiu fricare palpebras donec aperiant oculi. Lachrymuli quoq̄ q̄d a p̄te naris est exprimendum est. Decurret enim forsitan humor ab eo occasione fistule si ibi est. Pili preterea palpebrarū & ciliorū oculorū perquirēdi sunt. Si enim fuerint rari: malum significabūt: & proprie si cū hoc raucus fuerit: & faciē habuerit rubeā. Deinde cū magna diligētia anhelit⁹ p̄ hos & nares attendat ne malus sit ibi odor. Narium quoq̄ figura cōsideret. Magne .n. forte si fuerint fistulā in se cōtinebunt ideoq̄ in sole cōspici debēt. Iteq̄ anhelitus attendendus est si sit facilis. Dentium preterea modus obseruandus est; videlicet si sunt recti & fortes & mūdi &

si aliqui eorum moventur vel corroduntur. Dentes enim fortes diu permanent. Minuti vero vel debiles cito cadunt. Preter hoc quoque totius corporis debilitatem pronosticant. Deinceps eius collum si est equale: et comprimatur. Et videatur si est ibi aliquis locus timidus: vel cicatricē habens. Fortassis.n.glandule ibi erunt: ex quibus scrophule cito generabuntur. Pectus preterea attendatur si est amplum et multas habēs carnes. Parvum.n.si fuerit et macrum: et spatule foris prominuerint phtisis significabitur. Post hec vero supinus iacens statuatur: et totius eius venter perquirat: attendendo si tumor vel dolor iueniatur ibi cū comprimitur: et precipue in loco epatis: et splenis: et oris stomaci. Deinceps precipiatur ei vt incidat. Cuius gressuum attendatur virtus. Deinde aliquid cōstringere iubeatur: et sue cōstrictionis fortitudo cōsideretur: debilis.n.si fuerit oīum nervorū debilitatem demonstrabit. Postea vero precipiat vt currat: et attendat an post cursum asma ipsum invadat: vel tussis. Manus preterea ipsius et pedes adinvicem comparando respiciant. Una n.fortasse altera maior iuenietur. Juncturarū quoque dispositio cōsideranda est si ad motiones scilicet preparate sunt. Deinde crura sunt inspicienda an in eis vene magne et grosse: et ample inveniātur: ex his.n.varices et alephantia sepe accidunt. Alia ēt omnia que in cōplexionibus attēdēda fore diximus ad has adiuvant cognoscendas. Dixit enim Halyabbas in eodem capitulo de corporis figura. Corporis aūt iudicāda est figura cōpositione bona eorū ad invicem proportione in quantitate spissitudinis magnitudinis parvitatis cōgrua: vt non sit quidem caput grossum subtile collum: pectus strictum oiaque membra ad invicem dissona: vt his parvis: illa sint magna: vt si quidem caput parvum collum grossum: pectus ab his diversum aut capite parvo totū est corpus magnū: et longum: pedes breves aut econtrario. Hec oīa in natura īvenire mala visui turpia. Sic ergo mēbra ad invicem collata bone pportionalitatis in magno: et parvo: in macie: et pinguedine in longo et brevi. Sic enim sic mēbra inveneris sanitatis signa et bone figure et bone cōpositionis. Dehinc linguam scrutare et visum et loquere ei vt respondeat: vt cuius sit sermonis et facundie cognoscas. Sed et pectus diligenter intuere: ne forte sit illis cōtor: aut parva sup ipsum caro malū: hoc enim plurimū hmōi asma et tussis accidit. Si vero cum his quoque pectus strictū fuerit: et spatule fluxe: vt quasi alas videat habere: dorsumque fuerit incurvū hmōi ptisim non effugiet: maximeque si est adolescēs: aut iuvenis est etate catarri ꝗ fient illi q̄ plurimi. Dehinc etiam manus inspicias et cōiunge: ac visu cōmensura: et si alteram: altera minorem inveneris: aut vtraque breves: quēadmodum manū quā medici assimilant et configurāt manibus lupiculi malum est: et ab actionū prohibet bonitate: imo etiam turpe: hec Rasys et Haly abbas ꝑ theorice.

¶ Capitulum nonum de hominibus temperate nature et est Conciliator.

Ius statura iter tres dyametros obtinet equalitatem: et inter pinguedinem et macredinem siſr habitum observat mediocrem. Color eius est albus rubeo pmixtus cutis splendida: manus et pedes in oībus dispositionibus medij. Caput corpori proportionabiliter: grāde toti corpori vt spera cerea manibus vtrisque leviter compressa. Figurantur nares erecte: linealiter et perpulcre et oculi caropositi inter nigrum et varios medij. In quibus humiditas clara inexistit. Et pilus in dispositionibus medius: et ad unum corpus omne mediū reperitur. Similiter et his que sunt ex anime parte ꝗ in moribus et alijs temperatum invenitur. Et huic dispositioni opposita contrarium protestantur.

¶ Capitulum decimum eiusdem de qualitate et est Aristoteles ad Alexandrum.

Quior vero et spantior creatura cui cōvenit mediocritas stature et nigredo oculorum et capillorum et rotūditas vultus: albedo vero cōmixta rubedini: et fusus color spatus cū itegritate corporis: et rectitudine stature et mediocritate capitis in parvitate: et magnitudine: in raritate verborum nisi cum necesse fuerit: mediocritas in sonoritate vocis et sublimitate. Quando etiam natura declinat ad nigredinem et croceitatem tūc optima est temperantia: et creatio hec placeat tibi. Hanc habeas tecum et ego interpretor quidē per modum separationis: tu aūt ipsum temptabis in rectitudine intellectus.

¶ Capitulum.ix.de homine bone nature et est Aristoteles ad Alexandrū ſm aliā trāslationem aliquā.

Ile vero est optime memorie.i.itellectus et bñ cōpositus in nā qui hz carnes molles humidas: medias inter aspitatem: et lenitatem: mediocris stature habēs vultū rubedi suffusum albedine: habēs etiā māsuetū aspectū. Cuius capillos planos esse opz. Habēs mediocriter magnos oculos: et declinantes ad rotūditatem. Et caput mediocriter magnū cū equalitate: collū bñ dispositū. Cuius humeri declināt ad iferius vel habēs declives humeros: carens carnositate circa crura et genua: habēs vocē mediocrem inter vocē acutā et grossam: habēs palmas longas cū lungis digitis declinantes ad subtilitatem: moderati risus. Cuius aspectus cōmixtus est letitie: et iocunditati.

¶ Capitulum.xij.de physionomia signorum sapientie philosophi: et est Conciliator.

Tatura ipsius erecta cum carnis equalitate color albus modica rubedine particīpās. Capitis figura ipi inest antedicta magna sufficienter et expansa: oculi inter varios et nigros quorū intuitus letanti est similis: manus quidem plane cū digitorū divisione et modesta articulatione. Capilli inter multos et paucos: medij inter planos et crispos sub nigros et flavos et mediocris barba et pulchra et sufficienter rara: hec Conciliator.

¶ Capitulū.xiij.de significatione vt supius et est Rasys.

Uius signa sunt q eius statura est recta: carnis quoque in equalitatē: et est albus parvam habēs rubedinē admixtā. Capilli cuius inter multos et paucos et planos et crispos sūt medij: et nigros: et rubeos. Manus quoque sūt plane digitos habētes divisos: Frons ēt est magna: et oculi iter varios et nigros sūt medij: molles quoque sūt: et eius intuitus ridēti vel gaudenti silis ivenit: hec Rasys.

¶ Capitulū.xiiij.de physionomia signorū boni intellectus et nature: et est Conciliator.

Uius caro levis est et mollis cum paucitate inter crassiciem et macredinem tendēs. Facies ipsius non multam participat carnem. Eius sūt spatule aliqualiter elevate: venter et dorsus non carnosi. Extrema decenter extēsa.

Statura media: mitis aspectu. Eius color inter album & rubeum medius: inter lucidus & clarus: subtilis cutis. Capilli medij. Et ei sunt oculi antedicti scilicet vt dixit in capitulo duodecimo.

¶ Capitulum. xv. de significationibus corporum calidorum: & est Rasys.

b Ec citissime crescunt: que & tangentibus calida occurrunt: & macra existunt: & gracilia. Uene quoque eorum manifeste sunt: & motus velox: & omnia que in eis considerantur velocia. Obstinati preterea sunt: pauci somni multorum capillorum crisporum: & in nigredine intensorum. Eorum color Ruffus: atque rubeus cum obscuritate quadam: & hec Rasys.

¶ Capitulum. xvi. de significationibus corporum frigidorum: & est Rasys.

b Ec tarde crescunt: capilli quoque tarde eis nascuntur: hebetis existentes ingenij: & timidarum operationum. Pulsus eorum paruus: & anhelitus occultus: tangentibus apparent frigida. Et hec habentes corpora: non sunt in coitu potentes: & sunt parum generantes filios: debilis desiderij: & multi somni: & hec Rasys.

¶ Capitulum. xvij. de significatione corporum humidorum: & est Rasys.

b Orum motus multum inuenitur leuis eorum quoque caro mollis & membra laxa: iuncture eorum & ossa occulta. Uirtus similiter pauca: & parum patientes laboris: & cum laborant velociter dissoluuntur: & velociter in eis apparet ex labore dissolutio. Corpulenti preterea sunt & multum dormientes & debiles: & paucos habentes pillos: & hec Rasys.

¶ Capitulum. xviij. de significationibus corporum siccorum: & est Rasys.

b Ec corpora aspera sunt & macra & dura & fortia: & multum rigida: & multi patientia laboris. Quorum iuncture & corde manifeste multorum sunt preterea capillorum & pilosi & hec Rasys.

¶ Capitulum. xix. de significationibus corporum calidorum & siccorum: & est Rasys.

b Ec corpora in vltimo plurimis abundant capillis nigris & spissis. Macilenta quoque vltimo reperiuntur. Que & tangentibus calida occurrunt cutis habentia spissitudinem: & asperitatem: & neruos fortes. Que cordas habent manifestiores & ossa & iuncturas: & sunt paucioris somni. Et pulsus in eis sunt velociores & motus similiter & tactus caliditas & sunt audaciores & obstinatiores. Et hec Rasys.

¶ Capitulum. xx. de significationibus corporum frigidorum & humidorum: & est Rasys.

b Ec vltimo tangentibus mollia sentiuntur & a pilis denudata: & capillos habentia lenes: & venarum angustiam: & iuncturas occultas: & sunt corpulenta multam habentia pinguedinem. Et laxa multum habentia somnum: pigri motus eorum & tardantes. Corporis autem frigidi & sicci & calidi & humidi dispositiones ex simplicium dispositionibus mixte sunt. Ex quibus composite fuerint quemadmodum s. vni earum approp inquant: aut inter eas media existunt. hec Rasys.

¶ Capitulum. xxi. de signis bone complexionis & sensibilis: & est Aristotelis in methaphorizicis.

¶ Textus.

f Signa bene nati: caro mollior non boni habitus nec valde pinguis. Que sunt circa musculos scapularum & collum macriora: & sunt circa faciem in colligata: que sunt circa musculos scapularum ad inferiora remissa. Que sunt circa costas bene soluta: & secundum dorsum non carnosus. Corpus album rubeum & purum. Cutis subtilis: pilli non valde duri nec valde nigri oculos karopus humidus.

¶ Comentum.

b Ic Aristoteles ponit signa bene nati. i. bene complexionati & sensibilis. i. hominis boni intellectus & bone nature secundum quod dicit Rasys libro suo secundo. Et sunt signa decem. Primum est mollicies carnis temperata tamen & non nimis relaxata: qualis relaxatio carnis est in mulieribus: que ostendit flegmaticam complexionem. Unde intelligendum est: vt inquit Egidius Romanus in secundo de anima comento. 94. quod dupliciter reperitur mollicies: vna que rara & bene disposita: ita quod non subterfugit tangentem: & talis bona est: quia ostendit temperamentum propter primarum qualitatum refractionem: vt vult philosophus in secundo de anima. Et Galenus in primo de complexionibus. Relliqua vero in mulieribus & in indiuiduis male complexionatis. Et enim boni habitus idest carnis paucitas & non multitudo nimia sed mediocris. Et iterum mediocritas eius in crassicie & macie ita quod teneat medium inter macrum & crassum siue macilentum. Et istud idem dicit Auerroys. 4. colliget h &c. De signis temperate complexionis totius corporis: & Conciliator vt dixi superius in capitulo. 14. & 12. & Rasys in. 13. capitulo patet & tenet Galenus in afforismis vt inferius patebit. Secundum signum est quod partes circa musculos scapularum scilicet cum quibus mouentur scapule: & etiam circa musculos colli non debent esse nimis pingues & carnose. Est autem musculus ipsius motus voluntarij &c. vt patebit inferius. Tertium signum est quod partes faciei non sint colligate imo sint bene distincte & ordinate quo ad situm & figuram. Quartum signum est quod partes circa musculos scapularum versus collum sint eleuate & admodum graduum descendant inferius remisse & basse: idest non nimis alte: nec sint incompacte & ponderales. Quintum est quod partes circa costas sint bene scitte. i. bene distincte adinuicem: vt discerni possit. Uel bene soluti. s. a carnibus vt non sint carnose nimis vt patebit in suo loco. Sextum est habere dorsum vt prediximus de costibus. Septimum est color medius inter albedinem & rubedinem: clarus & purus &c. Octauum est subtilitas cutis que est de precipuis signis temperate complexionis. Unde etiam Aristoteles libro de animalibus dicit: quod inter omnia animalia cutis hominum est clarior & alias rarior & magis tenuis: & quod complexio hominum inter alias est temperatior. Nota documentum generale quod subtilitas cutis arguit tenuitatem humorum & spirituum & per consequens subtilitatem ingenij cum debito instrumento applicato & cognoscitur ex colore non accidentali & claritudine ipsius & a rugis & eorum motu precipue in facie in cogitando & mouendo musculos: & etiam in manibus & ex tactu &c. vt dixi. Nonum signum est quod pili non sint nimis duri nec nimis nigri sed medium inter mollicie & duricies & inter nigredinem & rubedinem: ita dicit Rasys: & hoc etiam videtur velle

Auerrois quarto colliget h cap. vt supra dicit q pili habentes cōplexionē tēperatā sunt flaui tendētes ad rubedinem tpe puericie sed tpe iuuētutis erūt nigri. Idē sentit Auicēna scda primi in caplo de cōplexionis equalitate vbi dicit. Et capilli inter pillositatē et lenitatē: et crispitudinē: et planiciē. et in tpe puericie trahāt aliquātulum ad rubedinē et in tpe iuuētutis ad nigredinē aliquātulum. Decimū et vltimū signū est oculus karopus: qui. s. est medius inter varios et nigros: et mollis: humidus: et clarus: vt dicit Rasys: vt iferius in suo loco patebit. Et huius 3ria dispositio habet ab Auicenna scda pmi. Fen. tertia caplo quinto de signis eius qui egreditur ab equalitate supflue. i. qui h3 malā cōplexionē et cōpositionem dū ait. Cumq eius cōpositio dissimilis fuerit erit malus et ingenio sui et intellectu sicut ille qui magnum h3 vētrem: et digitos curtos: et faciē: et caput rotūdum et staturā magnā: aut ille qui h3 caput paruū: et in facie et frōte carnis multitudinē: et ēt in collo et pedibus: et est eius facies medie sphere similis. Et si ipsius mandibule magne fuerint: erit valde diuersus: et simil'r si caput et frons rotūda fuerit. Sed facies valde rotunda: et collū vehementer grossum: et in oculis motus habuerit tarditatē erit hoibus oibus a bonitate remotior. Omnia pdicta signa supius assignata ab Aristotele sunt tēperate complexionis: et bone nature: et boni intellectus Auerroys qrto colliget h de signis complexionis totius corporis: inquit ista sunt signa significatiua sup complexiones vniuscuiusq mēbroz principaliū et seruiētium ei. Et cognoscēdo ista: et cōparationē vnius ad alterum faciēdo cognoscemus totius corpis cōplexionē temperatā et distēperatā: eo q corpus cuius cōplexio erit tēperata erit de necessitate mediocre iter maciē et grassiciem: et color erit albus mixtus rubedini: et capilli eorū sunt flaui tendētes ad rubedinē in tpe sue puericie: et cū sunt facti iuuenes erūt capilli eoz nigri et tactus tpatus inter caliditatē et frigiditatē: et iter asperitatē et lenitatem. Et sensus eoz erit in vltimo tēperātie: et itellectus eoz mediocris inter velocē et tardū et hec est via cognoscendi coplexionē tēperatā. Sed cōplexionē que exit a temperātia indicabimus fm multitudinē signoz qz illa iudicabunt ex aggregatione istoz signoz. hoc est ab accidētibus et opationibus sicut a crassicie: et macie: et a colore pilis et alijs similibus. De causis aūt istoz signorum qz haberi pōt vel ex dictis vel dicēdis trāseo gratia breuitatis. Possunt nihilominus oīa signa reduci ad tēperantiā quattuor qualitatū ad mediū reductaz. Ex tēperātia. n. istaz cōsurgit tēperata cōplexio ad quā sequit bona dispositio sensus et intellectus: ita q pōt formari sillocismus ad ppositū sic. Illa que pueniūt ex qlitatibus tēperatis: sunt signa bone nature: et tpate cōplexionis: et boni sensus et intellectus: sed pdicta signa sunt ergo &c. vel. S3 mēbroz equalitatis est huiusmodi &c.

¶ Capitulum. xxij. de signis insensibilis et hoīs grosse nature. et est Philosophi.

¶ Textus.

Que sunt circa collū et crura carnosa complete: alias cōplexa: et colligata. Cotile rotunde musculi scapulaz sursum expansi. Frons magna circularis et carnosa oculus croceus. Crura circa cauilla carnosa et grossa et rotunda: mādibule magne carnose lumbi carnosi. Crura longa: collū grossum: facies carnosa sufficienter: motus aūt et figurā: et mores in facie scdm silitudinē accipit.

¶ Commentum.

Superius nunciius nature physionomizauit de signis bone cōplexionis et bone nature. Inter hec ponit hnīc signa oppositarum pdictionū. s. illius qui est grosse nature et mali itellectus quales sunt hebetes et stolidi. Et qz stoliditas et insensibilitas causanē vt in pluribus ex dominio frigiditatis videlicet in flegmaticis et mulieribus que sunt viris stolidiores et diminute rōnis et discretionis: et diminuti iudicij quo ad intellectū. Quare etiam phs primo politicoz dicit: cōsiliū viroz esse perfectum: pueroz in cōpletū: mulierū inualidū. Verū est quantum ad sensum tactus possunt enim talia frigora sustinere: que nullus vir substinet: vt ipsi in hyeme aspprissime in aqua et pedibus rudis incedunt: et non ledūt. Similiter puenit stoliditas ex dominio frigiditatis: vt tenet in melancholicis. Signum hoc est in asino. Cum igitur quasi dicit omnia signa posita proueniunt ex frigiditate: precipue ex humiditate vt ex siccitate. Et hoc generale signū fit in documētis nostris pro secūdo libro inferius. Ponit hic multa signa que intelligere oportet ex opposito dictorum que superius allegauimus: et sunt signa duodecim. Primum est habere circa collū et crura carnosa complete idest multū. Aliqua littera nō h3 cōpleta sed cōplexa: et colligata idest male distincta et inordinata. Et ista distinctio intelligit ad totū caput et precipue faciē: vt per oppositū patet in phabitis sic aut bona dispositio et ordinatio istaz partiū pbabilitatē et bonā dispōnem nature: et plenū dñium virtutis formatiue habet sup ipm sicut per oppositū: mala mēbroz distinctio et ordinatio quo ad sitū et figurā fit pp indispositionē materie ratione nimie frigiditatis vel hūiditatis vel siccitatis propter qd virtus formatiua nō pōt plene sup ipsas dominari. ¶ Secundum signū est Cotille rotūde idest genua rotūda a carnositate nimia aut cū multitudine carnis. ¶ Tertium signū est q musculi scapulaz propter collum sunt depressi et nō cōditionate formati. Genua sunt cōmissiones femoz et cruriū: et dicta genua: eo q in vtero sunt genis opposita. coherent enim sibi ibi: et cognata sunt oculis lachrymarum indicibus et misericordie. Nam a genus genua dicitur. Denīq cōplicatum gigni formariq hominem dicit: ita genua sursum sint quibus oculi formātur: vt caui ac reconditi fiant. Ennius. Atq genua cōprimit arta genua. Inde est q homines dum ad genua se psterūt statim lachrymāt. Voluit. n. eos natura vterum maternum rememorari: vbi quasi in tenebris consendebant anteq ad lucem venirent vt tenet Ysidorus in vndecimo ethymologiaruz. ¶ Quartum est: Frons magna circularis idest rotūda et grossa vt tenet Rasys carnosas idest indecentes habens carnes. ¶ Quintum signum patet. ¶ Sextum est multa carnositas crurium et circa cauillas et grossicies rotundas. ¶ Septimum signum est magnitudo mandibularum ratione nimie carnositatis: vt intendit etiam Auicenna secunda primi vt notaui superius. Gulielmus in erice male exposuit istum dictum dicendoq per mādibulas intendit labia: licet labia grossa denotent grossiciem humorum: vt in secundo libro patebit tamē philosophus hic non intelligit loqui de labijs. ¶ Octauum signum est: nimia carnositas circa lumbos: nates: et coxas. ¶ Nonū signū est longitudo cruriū. ¶ Decimum

signum est grossicies colli nõ laudabilis. ¶ Undecimū signum est facies cum multitudine carnis laxe. ¶ Duodecimum & vltimū signū est qđ accipitur ex motibus & signis morū & faciei. Quales aūt sint huiusmodi intelligit fm similitudinem timiditatis quasi dicat ex quo insensibilis cõicat & assimilatur timido in causis timiditatis: vt etiā magis videndū est in capitulo de signis timiditatis inferius. Sed potest adhuc aliter exponi vt dicunt & forsan melius ꝙ insensibilis accipiat morē & motus & figuram faciei: fm similitudinem alicuius faciei: vel alicuius non vtentis sensibus ex aliquo accidente. Uel aliter insensibilis accipit morem & huius faciei fm similitudinem idest tales quales sibi conueniunt fm cõditionem suam: idest mores grossos & ineptos & penitus distinctos. Istum textum optime exposuit Conciliator sub istis verbis accipiendo ab Auicenna dum ait. Caput ipsius magnum informe: aut paruum: facies magna carnosa rotunda medie sphere similis: mandibule magne & frons similiter: aut in acutum tendens cõstricta: que circa collum carnosa compressa. Lumbi carnosi crura longa Genua rotunda. Digiti manuum & pedum breues & in articulati circa pedes ei⁹ carnis multitudo: spatule cum carnositate sursum expanse. Uenter cū rotunditate forinsecus eminēs in oculis eius mot⁹ habēs tarditatem: & color valde est alb⁹ ipsi⁹ aut fuscus valde.

¶ Capitulū. xxiij. de signis fortis. Et est philosophus in methaphoricis.

¶ Textus.

Illi duri figura corporis erecta ossa coste formantia & extrema corporis magna & venter amplius & cõtractus ad se: armilati & distantes: nec valde colligati nec oino dissoluti. Collū forte nõ vehemēter carnosum. Pect⁹ carnosum & latum. Ancha antracta pecten dorsū cõtra ctū: oculos karopos: nec valde expansos: nec oino clausos: fuscus color: qui est i corpore: acuta frons erecta: nõ magna: non macra: nõ lenis nec oino rugosa.

¶ Cõmentum.

Hic philosophus physionomizat & diuiditur textus iste in duodecim partes eq̄les. Quantum vero ad primā partem ponit signa fortis per modū habitus se habentes secūda ibi pilos molles ponit signa oppositi sui que se habent p modum priuationis & istud seruat in omni loco istius operis. Ad primum est duritiea pilorum seu capillorum: qđ signum est audacie & fortitudinis corporalis q2 causatur ex caliditate qua etiam causatur audacia. Secundum signum est statura corporis erecta & nõ inclinata: quod etiam fit ex habundantia caloris: vt dicit phs vndecimo de aīalibus vbi reddens rationem quare inter oīa animalia homo incedit erectus: dicit ꝙ hoc ideo est quia est ceteris aīalibus calidior. Calor autē facit incrementū sursum per lineam rectam: sicut est etiā motus ignis. Unde etiā in ipso genere hominū: qui sūt ceteris calidiores: sunt quo ad staturam plus recti. Eius etiā signum est in senibus & iuuenibus: iuuenes. n. pp dominium caloris incedunt plus ereti. Senes vero pp diminutionē caloris incedunt versus terram inclinati. ¶ Tertiū signū est fortitudo & magnitudo ossium costarū & vniuersaliter extremitatū: que oīa iterū sunt signa multi caloris cū multa tñ humiditate: vt enim dicit Albertus secundo de anima. Calidum & humidum simul iunctum faciunt magnam diffusionem: cuius signum etiam accipitur ab etate puerili: que fm Galienū & Auicennam & etas & tempus incremēti eo ꝙ ista etas est calidior & humidior propter vicinitatem ad suam originem que est ex calido & humido. Unde etiam in etate puerili: que durat per primum septēnium pueri propter excellentiam istarū qualitatū in eis plusꝙ dimidietatem perficiunt sue quantitatis: vt dicit Albertus vbi supra. Quartum signum est venter amplius idest latus: & ad se contractus: idest non expansus nec extensus quasi faciens sicut in pinguibus & ventrosis. Talis enī extēsio ventris siue vētrositas quando est nimia & mollis est signum diminuti caloris naturalis & dominij flegmatis. Ut enim dicit nuncius nature pinguedo & adeps est maxime in animalibus frigidis & humidis: cuius signū est in porcis qui sunt animalia frigida valde & flegmatica & sunt ventrosa. Et ait Auicenna secunda primi doctrina secūda cap. 3. de signis complexionū. Pinguedinis & adipis diminutio semper caliditatem significat: quoniam pinguedinis & adipis materia sanguinis est & vnctuositatis &c. & corpus quidē carnosum absq3 multa adipe & pinguedine: est corpus calidum & humidum: & hec Auicēna. Eadem sententie tangit Joānitius in hysagogis dum abundantia carnis fit ex abundantia caloris & humores pinguedinis diminutio. ¶ Quintū signum est armi idest humeri lati & magni ita ꝙ bonum spacium sit inter eos non tamen nimis magnū: sed moderatum & hoc intendit. Causa autem magnitudinis humerorū eadem est cum causa magnitudinis aliarū partium. s. pectoris & extremitatum. ¶ Sextum est collum non vehementer carnosum & forte idest neruosum & satis grossum: vult enim dicere ꝙ collum debet esse grossum non ratione carnositatis multe sed magnitudinis ossium colli & neruorū: & est forte. Ratio quia sūt neruis sint ad deferendum virtutes sensibiles & motiuas a cerebro ad ptes alias corporis vt vult Galenus &c. Uidetur arguere magnum cerebrum: vt medici & philosophi tenent: & precipue quando aiunt de paruitate capitis. & tenet plusꝙ commentum secundo tegni cõmento. 42. dum inquit. Si ergo caput est paruū sequitur cerebrū esse paruum: ad paruitatem autem cerebri & totius capitis sequitur ventriculos eius strictos esse & nucham & dorsum: & costas & neruos: & collum que ab ipso oriuntur stricta & parua esse: vbi enim radix est parua oportet illud quod nascetur ex ea esse paruum: ad stricturā autem ventriculorum eius sequitur debilitas operationis virtutis imaginatiue cogitatiue & memoratiue: quidem ipsa sunt organa illarum eo ꝙ sicut dicit Galy non erit spiritui animali amplitudo in qua conuersetur: hic autem spiritus est istarum virtutum organum. Primū quidē liberos eius expetens habere meatus vt ita prohibite suscipiat & reddat formas apphensibiles. Ad paruitatem aūt nuche sequitur paruitas: & tenuitas neruorum motiuorū: & per illud debilitas motus: adhuc aūt paruitas costarum. Ad quam sequitur strictura pectoris: & in anhelitu nocumentum. Sequitur etiā ad paruitatē cerebri tenuitas neruorū sensibiliū: & per hoc debilitas omnis sensus ad oēm enī operationē officialiū membrorū & specialiter operationū aīalium: intelligerem debita forma: debita quātitate: & debito membro: & situ composite. Scire autem oportet ꝙ paruitas capitis concomitās spermatis seu istrumēti paucitatē potuit esse.

ſicut princeps dicit cum fortitudine virtutis informati-
ue ſeminis vtilis. Quare contingit ipſuz eſſe bone figu-
re: ⁊ erit illud minus malum q̄ ſi cum paruitate fuerit
male forme eſt ergo paruitas capitis ſecundum hoc di-
ſtinguibilis in malicie ſue ſignificatione ſm plus ⁊ mi-
nus. Si magnitudo capitis conſequitur fortitudinē vir-
tutis operantis circa multa ⁊ bona materia eſt cerebri
bone compoſitionis ſignum. Si vero conſequuntur ſo-
lum materie multitudinem erit ſignum non bone com-
poſitionis cerebri. Uult autem per virtutez eam: que in-
formatiua dicitur a principio creationis inherēs ſemini
virili cuius proprie eſt hec virtus. Poſtquā capitis ma-
gnitudo conſequens fortitudinem virtutis circa multa
⁊ bona materia operantis eſt ſignum bone compoſitio-
nis cerebri conſequens autem ſolum materie multitu-
dinem. Et eſt ſignum praue compoſitionis ⁊ per conſe-
quens collum ⁊ cetera mēbra ⁊ arguit debilitatem vir-
tutis motiue ⁊ ſenſibilis. Si collum eſſet groſſuz ratio-
ne oſſium ⁊ neruorū denotat robuſtiores virtutes ſiue
ſint ad deferendum virtutes ſenſibiles ⁊ motiuas a ce-
rebro ad ptes alias corporis vt vult Gallenus (ſicut di-
ximus) ſiue ad tēperandū calorem intrinſecum ad hoc
q̄ det virtutē ſentiendi vt vult Ariſtoteles nihilominus
ſemper ſunt ad roborandum corpus: ⁊ ergo magnitu-
do neruorū ceteris paribus nulluz facit ad fortitudinez
corporis: ⁊ phs topicoruz. 3. ait Robur exiſtit in neruis
⁊ oſſibus. Unde Yſidorus nerui quanto fluant denſio-
res tanto propenſius augent finitatē q̄ aūt magnitudo
oſſiū faciat ad fortitudinē de ſe patet eo q̄ oſſa ſunt cor-
poris fundamentum: ⁊ motuū ſubſtentamenta vt patet
ex anotbomijs diuerſorum animalium. ¶ Septimum
ſignum eſt Pectus carnoſum ⁊ latuz: latitudo. n. pecto-
ris ſignificat multitudinē ſpirituuz ⁊ eorum nobilitatē
⁊ ſubtilitatem ⁊ magnaz virtutem ⁊ caliditatez cordis.
Unde etiam pectus hominis vt dicit princeps philoſo-
phorum eſt pectoribus aliorum animaliuz latius reſpe-
ctu ſui corporis: ⁊ amplius. Cuz. n. vt dicit ſpiritus in ho-
mine ſint nobiliores: ⁊ ſubtiliores q̄ in alijs aīalib⁹ opz
regionem ſpirituum ſcilicet pectus eſſe amplam ⁊ lataz
vt ſpiritus habeant locum. Carnoſitates etiam pectoris
ſignificant multitudinē ſanguinis ⁊ per conſequens ca-
liditatem cum humiditate. Magnitudo autem caloris
⁊ ſanguinis ac ſpirituū multitudo ſunt cauſa fortitudi-
nis. Pectus ergo latum ⁊ carnoſum eſt fortitudinis ſi-
gnum. Et de carnoſitate pectoris loquitur etiam Auer-
roys quarto colligeth cap. de ſignis cōplexionis cordis:
Carnoſitas inquit pectoris ſignificatur ſuper cōplexio-
nem cordis ⁊ temperantia cordis: ⁊ temperantia carnis
pro maiori parte ſequitur temperātiā cordis: ⁊ proprie
caro exiſtens in pectore. Caro autem ſignificans ſup tē-
perantiā cordis non eſt macilenta nec pinguis ſuperflue
hec ille. Et bene dicit q̄ caro ſignificans temperantiam
nō debet eſſe macilenta nec pinguis ſuperflue. Macilē-
tia. n. ſuperflua prouenit ex ſiccitate nimia. Pinguedo
autez ſuperflua ex nimia frigiditate ⁊ humiditate. vnde
Raſys lib. ij. debemus inquaz diuidere ſiue diſtingue-
re inter corpus carnoſum ⁊ pinguem. Carnis. n. multi-
tudo ſanguinis multitudinem ⁊ calidam ⁊ humidaz ſe-
quitur complexionem. Multa. n. pinguedo humidita-
tis multitudinez: ⁊ frigidam ⁊ humidaz imitatur cōple-
xionem hec ille. Ex quibus diligens lector cauſaz in quo
ꝑmittit̄ de carnoſitate pectoris habebit: ⁊ magis ample
inferius dicet̄ in ſecundo libro de thorace. ¶ Octauum
ſignum eſt ancha antracta ideſt ad interius tracta. Eſt
iſtud ſignuz ponit Raſys expreſſius dicens. ancharum
quoq3 oſſa cum exterius tendūtur fortitudinis demon-
ſtrent multitudinez ⁊ vtilitatez: alia littera habet ancha
atracta ideſt ad aliud extra ſe tracta ideſt extra extenſa.
Et vult dicere q̄ magnitudo ancharū ita q̄ aliqualiter
exterius extendat̄ ſic q̄ illa magnitudo earū non ſit ra-
tione carnoſitatis: ſed magis rōne magnitudinis oſſiuz
eſt ſignum fortitudinis: dicendo autez q̄ non debet eſſe
ratione carnoſitatis. Carnoſitas. n. nimia partiū inferio-
rum precipue in comparatione ad carnoſitatem partiuz
ſuperioruz: eſt ſignuz flegmatis ⁊ cōſequenter timidita-
tis: cuius ſignuz eſt in mulieribus: ⁊ in viris. Mulieres
enim q2 ſunt viris frigidiores habent partes inferiores
ſicut nares ⁊ huiuſmodi plus carnoſas ⁊ groſſiores. Et
quāto plus ſunt frigide tanto inferius ſunt magis groſ-
ſe quod fit vt dicit Albertus ſcdo de anima tractatu ſe-
cundo cap. 3. q2 frigiditas vincens in eis ingroſſat nutri-
mentum ipſorū qd̄ ſua ponderoſitate trahitur inferius
q2 mēbra inferiora in eis multum augent̄ ⁊ ingroſſan-
tur. Et cōtrarium in viris pp calorem in eis vincentem
nutrimentum ſubtiliare ⁊ ſurſum eleuare: ita q̄ paruz
deorſum imittitur. Et dico membra eorū ſuperiora ſi-
cut collum pectus ſpatule p comparationē ad inferiora
ſunt groſſiora. Et hec loquendo de groſſicie que fit ra-
tione carnoſitatis: rōne vero ſolius magnitudinis oſſiū
mēbra inferiora debent eſſe groſſiora in viris qui ſunt
fortes q̄ in feminis vt dictum eſt. Ponit autem Ariſto-
teles partem pro toto per anchas. n. intelligit nates ⁊ co-
xas ⁊ alias partes inferiores. ⁊ poſteriores: groſſicies. n.
omniū iſtaruz partiuz non rōne carnoſitatis ſed magni-
tudinis oſſium eſt ſignū fortitudinis: ⁊ audacie: vt patet
per Raſym ſecūdo libro capitulo de ſignis ancharū co-
xarum crurium atq3 pedū. ¶ Nonum ſignum eſt pecten
contractum deorſum ita q̄ ſit ratione acutū in inferio-
ri parte ⁊ ſupra verſus ſuperius latum vbi continuatur
cum ventre debet eſſe latus in inferiori vero vt dictum
eſt. Eſt autē pecten proprie pubes inferior ⁊ ponitur hic
pro illa parte in qua creſcunt pubes ponēdo contentum
pro continente. ¶ Decimū ſignū eſt qd̄ accipitur ab ocu-
lis circa qd̄ ponit duas conſiderationes quarum prima
accipit̄ a colore oculorū. Unde dicit q̄ oculus karopus
.i. bruni ſeu camellini coloris ſignificat fortem. Et iſtud
ſignuz accipitur a Leone: qui eſt animal fortiſſimum: ⁊
hz oculos karopos vt dicetur in ſuo loco. Et tenendo q̄
Ariſtoteles det hoc ſignum fortitudinis moralis poteſt
dici q̄ per iſtum colorez oculi intelligit colorem: qui nō
eſt niger nec ſubalbus: ſed inter iſtos medius: talis eniz
color ſignificat complexionis primarum qualitatuz tē-
perantiam quod patet per Auerroym quarto colligeth
capitulo de ſignis temperantie cerebri. Ubi etiam aſſi-
gnat ſecundam cauſam colorum oculoruz ſcilicet qua-
litatiuaz ſeu complexionalē: ⁊ quātitatiuā ſeu localem.
Et qualitatiuaz aſſignando dicit ſubalbedo oculi ſigni-
ficat frigiditatez cerebri ⁊ fit ſubalbedo pp paucitatē di-
geſtionis pp qd̄ color propinqui⁹ colori aque ſimplicis:
nigredo ſignificat caliditatem cerebri quia nigredo fit
propter exceſſus decoctionis adurentis partes terre-
ſtres in re dominantes medius igitur color inter iſtos
fit ex temperantia decoctionis: que eſt minor iſta que fa-
cit nigredinē: ⁊ maior iſta que facit albedinē: aſſignādo

vero causas istorum quātitatiuas seu locales dicit ꝙ nigredo pluries fit ꝑꝑ multā humiditatē aut quia posita est in profundo multū sicut tu vides in riuis profundis: quia propter profunditatem apparent velut nigri eo ꝙ nō recipiunt tātū splendoris sicut si essent largi & pauci. Oculus vero subalbus est ſm cōtrarietatem scilicet ex parua quātitate humiditatis: & positione illius ad interius hec ille. Et istas causas oculorum etiam reddit Aristoteles decimonono de aīalibus. Ex quibus oībus patet ꝙ color medius inter nigrū & subalbum fit ex humiditate temperata quātitatiue: & ex tēperata caliditate & frigiditate: & dicit Jesus haly in libro oculorū capitulo primo in natura oculi & eius cōplexione. Natura autē oculi propriata sibi est caliditas: cōplexio autem eius naturalis est humida: caliditas autē eius ꝑꝑ multitudinem que ei admiscetur de venis & arterijs: & ideo ē lenis motus: & aliquā frigiditas eius cōditioni dñatur: frigiditas tñ nō ex natura ꝓpriata sibi est. Et ex hoc probat̄ cōditio oculi ꝙ est calida ꝑꝑ velocitatē motus ei⁹ & amplitudinem venarū: & est color eius rubeus & tactus eius calidus. Cōstructio facta probat̄ humiditas cōditiōis eius ꝑꝑ lenitatē tactus & multitudinē humiditatis: & ſm siccitatē conditionis eius est durities tactus & est siccitas exiccatiua. Et probatio oculi per colorē quia oculus glaucus est minoris coloris & ad frigiditatem declināꝰ: & est minoris humiditatis & maioris siccitatis: & ꝑꝑ hoc videt de nocte melius: quia humectant̄ oculi a frigiditate aeris: & ex hoc ꝓbat̄ ꝙ oculus glaucus est frigide cōplexionis: vt patet in oculis anglorū: quia frigiditas in regionibus eorum & in tactibus eorū & cōditionibus eorū frigiditas oculi eorū sunt glauci. Et hoc ꝓbat̄ siłr: quia oculus glaucus est frigidus: quia accidit senib⁹ de glaucedine oculi qñ stant cōditiones & pluries humiditatis: & ideo plus qđ accidit ei est infirmitas vaporū & infirmitas ꝑꝑ multitudinem infirmitatū eius. Et inquantū fuerit oculus eius magis niger: est pluris humiditatis & caliditatis. probatio eius: oculi ethiopū & nigredo eorū qđ generat cōditiones & regiones eorū. Color subalbidus & varius est cōditio tēperata apud Aristotelē in libro de aīalib⁹ capitulo decimo sub his verbis oculus caprinus laudari reperitur. Candidum oculi magna ex parte simile in oībus est: at qđ nigrū dicit̄ variat. Alijs enī atrū. Alijs admodū cesum. Alijs fuluū. Alijs caprinum qđ morum optimorū indicium est & ad cernendi claritatem primatum obtinet: in phisionomia magna huius vltime clausule quo ad significationem: oppositum asserit vna cum conciliatore: asserente tales oculos passionem maniacā ac stoliditatē indicare: & hoc etiam a nobis in secūdo libro cōfirmabit̄. Ad hoc respondetur ꝙ oculi caprini potest esse duplex cōsideratio: vno modo quo ad venas intra ipsum existentes nō cōsiderando colorem. Alio modo quo ad colorē absolute nō considerando venas ꝓprimo modo: ipse & cōciliator in phisionomia contemplantur. Secundo modo ab Aristo. in libro de aīalibus cōsideratur; & ab eodē etiā in phisionomia ad Alexandrū talis color laudatur & hic ab Auicenna in libro canticorum antimonialis appellatur: & ista distinctiōe stante in verbis Aristotelis tollit̄ contradictio. Secūda vero cōsideratio circa oculos est mediocris eorum clausura: & expansio nimia cum clausura eius ita ꝙ exterior pellicula claudit q̄si oculū: vt fit in somnolentis fit ex nimia frigiditate: & humiditate: cuius signū est in ebrijs in quibus clauduntur oculi ita ꝙ vix possunt eos aperire propter nimiā humiditatē que fit ex fumis nimijs a nimio potu resolutis: & ad cerebrum eleuatis. Fumi etenim & vapores tales propter cerebri frigiditatem ingrossant̄: & ita descendunt ad oculos & eos aggrauant & claudunt. Similiter clauduntur oculi ex nimia frigiditate: cuius signū est in dormientibus quorū oculi clauduntur ꝑꝑ hoc ꝙ calor naturalis aperiens oculos: & in eis motum & sensum faciens in vigilia in somno trahit ad inferiora vt in alio loco patebit. Nimia vero oculi expansio ita ꝙ ex toto videantur ꝑꝑ paruitatē pellicule: que oculum circundat eius cōtractio causatur. Ex oppositis causis: hoc intelligendo per istam expansionem eminentiam vel per eminentiā quia ista fit ex humiditate vt dicetur inferius. Medius ergo status oculorum talis scilicet ꝙ non sint nimis expansi vel nimis clausi causatur a predictis temperatis & ad mediū redactis. Oculi igit̄ karopi & non nimis expansi: nec omnino clausi est signum precipue fortitudinis moralis: quia enim ista fortitudo vt virtus cōsistit in medio inter audaciā & timiditatem: vt dictū est. Signa ista que causantur ex nimia caliditate sunt signa audacie ea vero que causantur ex nimia frigiditate sunt signa timiditatis prout patet ex superioribus tūc oportet ꝙ ista signa que causant̄ ex istis qualitatibus temperatis & ad mediū redactis: sicut est oculus karopus nec omnino expansus: nec omnino clausus sint signa fortitudinis. Et licet isto modo exponant aliqui tñ ista expansio & clausura oculi ſm aliquos potest aliter intelligi nō in dispositione & figura oculi in se sed magis ad motum oculi cū tarditate vel velocitate: vt enim dicit Auerroys vbi supra. Velocitas motus oculorū significat super caliditatem cerebri: sicut tarditas super frigiditatem. Et mediocritas in istis significat tēperātiā: hec Auerroys. Et etiam sic dicetur de passibus & deambulationibus inferius in suo loco. Et hic nota pro illo loco ſm istum ergo oculus nō valde expansus idest non diu tentus apertus acute: & nimis diu ad respiciēdum: nec omnino clausus: idest non nimis diu tentus clausus: qui scilicet medio modo inter velocitatem & tarditatē clauditur & aperitur signū est temperate cōplexionis & cōsequēter fortitudinis vt dictū est. Vel forsan potest illud adhuc intelligi quātum ad oculorum situm sic scilicet ꝙ oculus non valde expansus dicatur nō prominens foris nec extra protensus: oculus vero non omnino clausus intelligitur qui non est nimis profundus in capite positus ac si sit clausus: sꝫ medio modo se habēs: talis enī situs oculorū significat fortitudinem: quia sumit̄ istud signū a Leone sicut ab eo qui est animal forte: & habet oculos karopos & non ꝓfundos: nec foris eminētes: sed medio modo se habentes: vt dicentur in suo loco. Ultima expositio videtur plus esse ſm intentionem Aristotelis quia in loco iam allegato inferius istam dispositionem oculorum dicit esse meliorem. Undecimum signum est fuscus color in corpore: qui etiam prouenit ex caliditate aliquantulū tñ remissa. Unde phs libro de vegetabilib⁹. Cum dominatur frigus in commixtione maiori apparet albedo: vel color ei proximus: siue tendens ad nigredinem per se significat caliditatē: color igit̄ medius inter album & nigrum qualis est fuscus significat temperatā qualitatē: & ita pōt esse signū fortitudinis in oculis propter causam in precedentibus de oculis positam vt dicit Guilielmus nutrice: & male inspexit illud capitulū super

ritus de signis bone cōplexionis: vbi dicit philosophus oculus karopus humidus idest quandaꝫ humiditatem participans ⁊ oīno siccitate priuatus. Et in isto loco absolute dicit oculos karopos: si nos aspicimus leonū oculi sunt cuꝫ aliqua siccitate: qꝛ fortitudinem ratione caliditatis magis propinquā esse testamur. ¶ Duodecimū ⁊ vltimuꝫ signuꝫ est frons acuta recta .i. non incuruata qḋ intelligitur per transuersum: qꝛ per longum debet esse aliqualiter caua in medio: ⁊ sic anguli frontis sunt eleuati aliquātulū ⁊ acuti: qualis est dispositio frontis leonis vt dicetur inferius. Macra idest non valde carnosa qḋ attestatur sup debitaꝫ habitudinem capitis. Natura .n. se ingeniauit ꝙ caput careat carnositate ne si esset carnosum nimis ponderaret: ⁊ errigi nō posset: vt dicit philosophus in lib. de aīalibus. Sciendū est ꝙ duplex est fortitudo: vno eniꝫ modo sumit̄ pro vigore corporali. Alio modo pro vigore anime seu pro virtute morali: de qua phs loquitur tertio ethicoꝝ ⁊ dicit ꝙ est circa terribilia: ⁊ non circa quecūqꝫ terribilia: qꝛ non est circa infamiaꝫ nec circa inopiaꝫ: nec circa egritudinē ⁊ alia huiusmodi. Licet oīa ista sint terribilia: sꝫ vt dicit circa maxime terribilia sicut illa que sunt circa mortē ⁊ non circa mortē quācūqꝫ: sed circa optimā: sicut pro liberatione patrie: vt fecit Oratius Cocles ⁊ vt multi alij. Dico ad ppositum ꝙ fortitudo primo modo dicta bene opponitur imbecillitati: sed de ista non loquit̄ phs: sed de fortitudine secūdo modo dicta ⁊ illa non opponit̄ imbecillitati eo ꝙ de tali fortitudine dicit phs in fine tertij ethicorū. phās pro hoc ipsam non esse virtuteꝫ corporis sed aīe. Multi inquit habentes corporalem vigorē non sunt fortes ⁊ econtra. Alij parum habentes de virtute corporali sunt fortes opponit̄ ergo ista fortitudo timiditati ⁊ audacie vt medium in quo est virtus opponitur extremis vitijs vt patet per philosophum vbi supra. Per hoc probatur ꝙ timiditas: ⁊ fortitudo habent fieri circa ideꝫ: quia cōtraria habent esse circa idem subiectuꝫ: sed fortitudo ⁊ timiditas sunt contraria: ergo habent fieri circa idem. Et per idem etiam probat ꝙ fortitudo non est circa infamiam hic fortitudo non est circa istud: quod est timendum ⁊ quod timere est bonum: sed timere infamiaꝫ est bonum: quia hoc est signum verecundie: que est virtus que est circa infamiam: ⁊ non est fortitudo: per hoc etiā patet: ꝙ nec est circa inopiam: nec circa egritudineꝫ eo ꝙ ista vt dicit: ⁊ quecūqꝫ alia que non sunt in potestate nostra sunt a nobis timida. Dico igitur quod omnia signa posita hic de fortitudine sunt auteꝫ signa audacie: eo qḋ fortitudo est circa ista circa que est audacia: ⁊ magis participat cum audacia ꝙ̄ cum altero extremo: scilicet timiditate. Et nihilominus per pertinaces: vt euitetur omnis instantia posset dici breuiter quod Aristoteles ponit hic signa audacie intelligens fortitudinem corporalem audaciam: cui opponitur timiditas: vt extremum vitiuꝫ vitio extremo. Causa autem quare intelligat vitium propter aliud est quia cōmunicat in causis: caliditas enim est cā audacie ⁊ fortitudinis corporalis. Et inquit plus/ ꝙ̄ cōmentum secundo tegni. cōmēto. xxxv. Quis naturaliter audax naturaliter fortis naturalr̄ timidus quēadmoduꝫ in amore dicitur: adaptat autem animam fortitudini ⁊ audacie: fortitudo caloris innati ⁊ spirit⁹ multitudo signuꝫ cuius est iuniores senioribus audaciores esse ⁊ alia calidiora frigidioribus audaciora ⁊ facientia insultum ad rapinam ⁊ causa huius est quia ligans ⁊ vniens animam corpori est calor innatus cuius saluatio saluat eam in illoꝝ ergo hic fuerit multus ⁊ fortis erit anima fortius corpori alligata per illum: quare resultabit ex eo bonitas spei: ⁊ credulitas: ⁊ aptitudo confidendi circa omnia minantia mortem ⁊ audiendi magis ad terribilia nisi mos in contrariuꝫ adduxerit: fortasse aūt ⁊ non propter hoc: sed qꝛ sanguinis feruor in eis prohibens omne apprehensiue operationum minus facit prouisores periculi ꝙ̄ plus audentes in periculis. Unde fortes naturaliter: vt plurimum naturaliter sunt audaces. Unde etiam Rasys oīa ista signa vel saltē plura eorū: que hic Aristoteles ponit esse signa fortis ipse ponit signa audaces ⁊ eodem modo sub rubrica audacie ponit cōciliator ⁊ sub istis verbis cōprehēdit. Statura ipsius erecta ossa fortia extrema ⁊ coste iūcture magne solide: pectus magnū latū: armi idest humeri quadrati collum plenum forte viuiduꝫ musculosum spatule fortes: ⁊ tota spina solida musculosa. Uenter magnus in se contractus: lacerti coxarum cruriuꝫ magni neruosi validi: superiora inferiorib⁹ maiora ⁊ pleniora: cutis spissa cōgesta frons magna venosa: oculi eminētes carpoti vt neqꝫ sint omnino aperti: neqꝫ totaliter clausi supcilia erecta: capilli rigidi non sine pilis sꝫ in pectore ⁊ in spatulis multum pilosum: hec conciliator. Quia ista sunt signa audacie que significant dñiuꝫ caliditatis in corpore: sꝫ pdicta signa sunt hmōi ergo ⁊c. minor pꝫ ex predictis.

¶ Capitulum. xxiiij. de physionomia hominis timidi ⁊ est Aristoteles.

¶ Textus.

Signa timidi pilli molles: corpore inclinat⁹ non erectus: que sunt sub vmbellico sursum tracta. Circa faciem subcroceus: oculi imbecilles ⁊ palpebrizat: ⁊ extrema corporis imbecillia: ac crura parua. Manus longe ⁊ subtiles: lumbi autē parui ⁊ imbecilles. Figura contorsa vel condensa: in motibus omnino non inuerecundus: sed inclinatus. ⁊ stupefactibilis. Mos qui est in facie mobilis est ⁊ sollicitus est: hec Aristoteles.

¶ Cōmentum.

Positis signis fortitudinis: hic ponit signa sui oppositi .s. timiditatis qꝛ oppositoruꝫ eadem est disciplina. Ubi sciendum ꝙ ex quo timiditas opponitur fortitudini: vt extremuꝫ vitiū virtuti seu medio oppositorū autē opposite sunt cause ⁊ signa. Quia igitur fortitudo causatur ex dominio caliditatis ⁊ humiditatis tēperate precipue sed magis ex dominio caliditatis: vt in precedētibus dictum est: tunc per oppositum oportet ꝙ timiditas causetur ex dñio frigiditatis ⁊ etiā humiditatis vel siccitatis intemperatarū vt in melanchonicis patet vt inferius dicetur: precipue in tertio libro in cap. de Saturno. Et sicut igitur posuit. xij. signa fortitudinis: que testant̄ super dñium caloris: ita ponit duodecim signa timiditatis pdictis signis quasi opposita: que testant̄ super dñium frigiditatis ⁊ humiditatis. Quorum primum est mollicies pillorum. Secundum est inclinatio corporis siue incuruatio: sicut .n. calidi naturaliter sunt erecti in statura corporis: vt pꝫ in iuuenib⁹ sic frigidi sunt corpore inclinati vt in pcedentib⁹ notaui hic addit cōciliator ꝙ ipsi aspiciūt terrā qn̄ ambulāt. Tertiuꝫ signū est partiū que sub vmbelico sunt sicut pectinis ⁊ hmōi sursū tractio sicut eniꝫ in fortibus pecten est supius versus vētrē elatus ⁊

dorsum cōtractuʒ ita cōtrario in timidis versus ventrē contractum ⁊ inferius latum. Quartum signum est color faciei subcroceus idest non ex toto croceus sicut color pallidus vt etiaʒ tenet cōciliator: talis eniʒ color significat frigiditateʒ: sicut omnis color qui est circa citrinuʒ vt patet de alijs: vt pluribus locis patebit. Quintuʒ signuʒ est: oculi debiles: ⁊ imbeciles quod pōt intelligi de debilitate oculi in se ⁊ etiam virtutis visiue. Utraqʒ.n. debilitas causat̄ ex nimia humiditate ⁊ frigiditate sicut ⁊ oculi visus causatur ex calore ⁊ humore tēperatis: vt patet de sensu ⁊ sensato. Palpebratio etiam idest nimis motus est etiā signuʒ timiditatis vt dicetur in alio loco. Sextum signum ex se patet scilicet paruitas ⁊ imbecillitas extremitatuʒ causaʒ dixi superius in pluribus locis ⁊ precipue in capitulo de diuisione sexus. Septimuʒ signum est paruitas cruriū. Octauuʒ signū est longitudo ⁊ subtilitas siue paruitas manuū ⁊ digitorū: Longitudo quidem fit ex humido in longum se diffundente: paruitas vero fit ex nimio frigore constringente. Nonū signum est paruitas ⁊ imbecillitas lumborū: ⁊ ancharuʒ oīa enim producta ꝓueniunt ex frigiditate: sicut intuenti patet: Aliqui dicunt ꝙ Aristoteles dicit paruitas crurium ⁊ similiter paruitas ⁊ imbecillitas lumboruʒ ⁊ ancharum sunt signa timiditatis intēdit de paruitate ossiū istarum partium nō de paruitate carnositatis: eo ꝙ partes iste sunt carnosiores partibus superioribus ⁊ istud prouenit ex frigiditate vt dictum est. Et ad hoc non dicit simpliciter lumbi parui: sed addit imbecilles: ⁊ debiles: debilitas eniʒ lumborū prouenit ex debilitate ossiū: ⁊ eorū paruitate sicut ⁊ ecōtrario fortitudo eoruʒ fit ex ossium magnitudine: vt dictum est. Ista expositio vniuersaliter semper non est tuta quia melancholici semper non habent mēbra carnosa: nec ossuosa sed exhausta vt multotiens notaui ratione frigiditatis: ⁊ siccitatis: vt pʒ. Tamen physionomi qn̄ dicunt ꝙ paruitas partiuʒ inferiorum significat fortitudinem ⁊ audaciā hoc fit ex parte carnis aliquādo: quādo vero dicūt ꝙ significat timiditatem: ⁊ hoc etiaʒ ex parte eiusdeʒ qꝛ carnis multiplicatio in partib⁹ inferioribus arguit dn̄ium frigiditatis: ⁊ si ibi paucitas carnis fuerit fortitudinē largit̄. Unde quādo Rasys lib.ii.cap. de signis ancharū ⁊ coxaruʒ: ⁊ cruriuʒ atqʒ pedū dicit cuʒ calcaneuʒ est gracile timoreʒ significat: grossum vero ⁊ forte cum fuerit fortitudineʒ indicabit: patet ꝙ loquitur de gracilitate ⁊ grossicie ossium solum: quādo vero vlterius subdit cū crura grossa fuerint hebetem ⁊ inuerecūdum demonstrabunt patet ꝙ loquitur de grossicie propter nimiam carnositateʒ cum paruitate ossium. Quādo auteʒ vlterius dicit. Coxe auteʒ cum exterius multas habent carnes fortitudinis imbecillitatem atqʒ laxitatē declarant patet ꝙ hoc verum est quādo cum hoc ossa coxaruʒ fuerint parua. Unde subdit qn̄ vero coxarū ossa prominent audaciam significabunt: qđ.s. fit qn̄ ossa sunt magna ⁊ caro modica. Qn̄ vero vlterius dicit: ancharuʒ quoqʒ ossa cum exterius tendunt̄ foris demonstrant fortitudinem ⁊ virilitateʒ prout etiaʒ superius fuit allegatuʒ ꝙ scʒ fit qn̄ anche non sunt carnose ⁊ ossa eorum magna. Ulterius vero subdens Ancharuʒ gracilitas mulieꝝ significat amatoreʒ: ⁊ corporis debilitatē ⁊ timorē: pʒ ꝙ loquit̄ de gracilitate ossiuʒ ⁊ nō carnositatis aliter contradiceret sibi. Ubi dicit ꝙ nates parue: ⁊ que oīno videntur delicate significāt audaciā. Ubi pʒ ꝙ loquitur de paruitate carnis ⁊ nō ossiuʒ. Est ergo secūda regula generalis ꝙ paruitas ossium lomboꝝ ancharū coxarū ⁊ aliaruʒ partiū inferiorū cum multitudine carnis est signum timiditatis causam dixi. Paruitas vero earūdem partiū in carnositate cum ossium tamen magnitudine: est signū audacie ⁊ fortitudinis: quia hoc prouenit ex caliditate: ⁊ illud intendit philosophus hic in precedenti textu. Decimum signuʒ est figura corporis turpis ⁊ inordinata est etiam signū timiditatis: quā quideʒ significant turpitudo. Similiter fit ex frigiditate materia mēbrorū ingrossante: que quideʒ materia sic ingrossata inobediens est virtuti formatiue: ita propter indispositionē materie resultat turpitudo figure. Non confidas in turpi aspectu: qꝛ dispositio mala organorum arguit fraudulentiā anime ⁊ malaʒ dispositioneʒ. Ideo Rasys fecit capitulum de habentib⁹ malos mores sub istis verbis. Huius signa sunt facies feda coloreʒ cum quadaʒ obscuritate rubeum habens: cutis faciei sicca: totius corporis macies rugosa facies: ac capillorum nigredo ⁊ lenitas: ⁊ Conciliator ait in capitulo proprio facies ipsius est feda infirmis similis cutis faciei ⁊ toti⁹ corporis sicca macies oīs corporis: frons rigosa longa stricta in acutum conducta oculorū motus tardus habens maculas nigras capillorum nigredo ⁊ asperitas que omnia cū effectu in quodā sociorum notaui hec conciliator. Undecimū signum est ꝙ aliquis sit in moribus non inuerecūdus imo verecūdus ⁊ inclinantes: idest in motu progressiuo incuruatus vel inclinatus: idest remissus ⁊ mollis. Incedit enim timidus non erectus vt audax. Pōt tn̄ exponi remissus in motibus.i. tardus ⁊ stupefactibilis. Istud potest intelligi effectiue quasi ducēs per motus suos alios in stuporem: habet.n. motus mirabiles ⁊ derisibiles. Uel pōt intelligi passiue pro stupidus. Stupor.n. fit ex apparentia alicuius effectus cū ignorantia cause. Et quia timidi sunt insensibiles ⁊ stolidi: ⁊ male intelligentes. Et per cōsequens nesciunt causam reruʒ aduertere: quasi omnia videntur eis mirabilia: ⁊ de omnibus vertūtur in stuporem. Duodecimuʒ ⁊ vltimum signū est: mos faciei sollicitus.s. intuitus eius est similis intuitui alicuius tristis: ⁊ de aliqua re solliciti eo ꝙ timidi propter eorum sollicitudineʒ cor habent cōpressum: ⁊ ita calore ad intra recurrente faciem habēt colore desolatam. Et ad hoc ipse dixit notabiliter. Mos faciei mobiliʒ ⁊ sollicitudine quasi dicat ꝙ talis mobilitas prouenit ex sollicitudine vt dictum est. Ex predictis est elliciendum ꝙ ex frigiditatis dominio arguatur timiditas: ex caliditatis vero audacia ⁊ fortitudo corporalis. Signa enim timiditatis posuit Almansor in lib.ij. dum ait. Timidi quorum capilli sunt plani ⁊ statura curua: ⁊ musculi cruris inferiores sursum ascendunt. idest deficiunt. Color citrinus: ⁊ oculi debiles: ⁊ frequenter palpitātes. Minus quoqʒ ⁊ pedes subtiles: ⁊ macri intuitus vero eius intuitui tristis similis est. Et cōciliator sub eadeʒ rubrica ait: hominis timidi statura est inclinata non recta terram inspiciens circa facieʒ color subcroceus aut sublimidus. Oculi imbecilles frequenter palpitantes. Que sub vmbellico sunt sursuʒ retracta. Corporis debilis extrema curta parua manus longe ⁊ subtiles lumbi parui vacillātes: idest in cōpositi: nates magne: crura ⁊ pedes parui īarticulati ⁊ intuitus stupefactibilis ⁊ tristis: ⁊ capilli plani: hec conciliator. Scias ꝙ ego vidi eos ambulantes cū genib⁹ flexibilibus ⁊ caducis cū residuo corporis summisse.

¶ Capitulum .25. de physionomia ornatissime verecundi et est Aristotelis.

¶ Textus.

Signa ornati in moribus acutus rubeus in corpore: color sanguineus: facies rotunda pectus sursum tractũ: in motibus tardus et loquens tarde: et vox plena spiritu. Oculus hylaris non splendidus: niger nec valde apertus: et nec omnino clausus: palpebrizantes tarde: oculorum enim qui palpebrizant hi quidem timidum: hi autem calidum significant. et hec Aristoteles.

¶ Cōmentum.

Hic philosophus ponit signa ornati: siue verecūdi qui in verecūdo opponitur: et signa sūt septē. ¶ Primū est ꝙ in moribus est acutus sollicitus et intētus et valde studiosus circa bonos mores: quī enim et vbi et quibꝯ et in quibus opꝫ timet displicere et confundi. Et ideo multū acute studen̄t in moribus esse cōpositi. Et istud signū sumit̄ ex moribus et signis apparentibus vt de se pꝫ: hec Guilielmus nutrice. Ego nescio si tēporibus Aristotelis fuerūt homines ornati siue verecūdi: nostris vero tēporibus verecundant̄ vt ait Collumella de re rustica circa principiū libri: vbi ita inquit. Attonitiqꝫ miramur: effeminatorū ꝙ a natura sexū viris denegatū muliebri motu mētiantur: decipiantqꝫ oculos spectātiū. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas: quottidianā cruditatē laconici excoquimus et exusto sudore sitim q̄rimus: noctesqꝫ libidinibus et ebrietatibus: dies ludo vel somno cōsumimus. Ac nosmetipsos ducimus fortunatos: ꝙ nec orientē solē vidimus: nec occidētē. Itaqꝫ istā vitā socordē persequit̄ valitudo. Nā sic iuuenū corpora fluxa et resoluta sunt: vt nihil mors mutatura videat̄. ¶ Secūdum signū color rubeus in corpore quasi sanguineus et precipue in fronte. Sciendū est ꝙ in fronte et oculis: sicut in capitulo de oculis dicetur apparēt passiones aīe et precipue apparent pp̄ qđ etiā ab Aristotele vocat̄ locus verecundie et honoris: ratio est q̄ frons est iudiciū persone. Cellule cerebri que sunt organa virtutis imaginatiue: q̄ tristicia vel leticia decentia vna cū iudicio rōnis siue virtutis cogitatiue que sibi vitia subito descernit̄ s̄m diuersas affectiones et passiones istaꝝ virtutū. In fronte enim tanq̄ in p̄te corporis nobili vitia: et virtutes diuersis modis discernunt̄: et ob hoc alterat̄. Et ēt frons est oiū neruorū a cerebro descendētiū spiritus sensibiles quasi turris et ad defendendū. Inter .n. eius cōcauitatem oēs hmōi nerui descendunt ad sensus: quoꝝ ministerio obiectis sensuum per species suas ad sensum cōem cuius etiam sedes est in fronte et sensu cōmuni ad imaginatiuā et de imaginatiua ad cogitatiuā virtutē se multiplicātibus ab ipsa cogitatiua q̄ in brutis scꝫ extimatiua applicat̄ fit iudiciū s̄m ꝙ aīa diuersimode afficit̄: et s̄m ꝙ illas affectiones frons tanq̄ pars propinquior et plusq̄ partes remote alterat̄ vt dictū est. Et ita passiones aīe p̄cipue apparēt in fronte: et p̄ cōsequens signa de fronte sicut de oculis multū sunt notāda. Ad propositū intelligit hic per colorē rubeū illū qui est in rubedine tēperatus: et cum aliquali albedine mixtus talis etiā significat bene natum: vt dixi in capitulo .21. de bene cōplexionatis et sic nō est cōtrouersia inter Aristotelē et Rasyꝫ: qui dicit ꝙ color ruffus sit signū inuerecūdi: vt dicetur in sequenti capitulo. Intendit .n. Rasys p̄ colorē ruffus colorē flāmeū obscurū ruffū et spissū: qualis est color flāme lignoꝝ viridiū. talis .n. significat stulticiā et demenciā: et temeritatē audaces et furiosos: vt dicūt philosophi. et oēs legiptimi auctores. Et ita talis color pōt esse signū inuerecūdi vt vult Rasys. ¶ Tertiū signum est rotunditas faciei. Ista rotūditas dꝫ intelligi respectiue ad longitudinē nimiā: ita ꝙ facies verecūdi est plus declinās ad rotunditatē q̄ longitudinē. Quia s̄m Rasym. Cuius facies est longa inuerecūdis est. Illa autem rotunditas non oportet esse nimia q̄ s̄m eundē. Cuius facies est vehementer rotunda fatuus est: et per cōsequens inuerecūdus: et ita debet tenere medium inter nimiā longitudinē: et nimiā rotunditatē. Et per istud soluitur cōtrarietas. ¶ Quartū signum est pectus sursum tractum idest eleuatum in medio: ac si esset parum gibbosum significaret inuerecūdiam: vt patebit in cap. methafrenon. vbi vult ꝙ talis eminentia significet non intelligibilitatem. ¶ Quintū signū est tarditas in motibus siue in mouēdo et etiam in loquendo in modo: q̄ nimis velociter moueri et quo ad motum progressiuū: et quo ad alios motus non est facetorū et verecūdoꝝ sꝫ magis minorū et vagorū. Tarditas aūt in loquendo potest intelligi vno mō pro morositate: ita ꝙ verecundus non loquatur celeriter et precipitanter: sed tractim et morose. Unde philosophus de secretis secretorum inquit. Qui loquitur et mouetur motu manuū est inuidus eloquens deceptor. Qui vero abstinens a motu manuū: hic est perfecti intellectus bone dispositionis et sani consilij. Arguit intemperantiā caliditatē cū imensa caterua spirituū effundentium se ad musculos progressiuos aut lacertorū lingue et p̄ter debitū mouēt eorū mēbra. Preterea phs in cap. de equalitate ad Alexandrum dicit ꝙ oportet esse in raritate verborū nisi cum necesse fuerit. Unde Bias phus. Noli cito loqui: est .n. insanie indiciū. Expertus sum .n. de multis qui celeriter et precipitanter loquūtur: qui sunt nimis inuerecundi: vt maniaci faciunt. Confidentia autē maniaca est confidentia bestialis: que nulla regulatur rōne regunt̄ .n. tales a falsis imaginationibus: que ita eis accidunt ex quo accidit cōfidere vnde esset disperandū. cum .n. tales ab ira forti capiunt̄ pp̄ feruorē aduste colere corruptā habētes cogitationē non prouident periculis: quare indeliberate aggredientes stulte cōfidūt ad similitudinē irate bestie: que mittit se in telum: et talem cōfidentiā videt̄ habere vehemēter iratus a passione ire ductus et non ratione. Immo et similis cōfidentia in habētibus cor calidum existit: etiam non iratis: superflua .n. caliditas pp̄ feruorē: quem inducit in sanguinē facit hominē ineptū: sicut dicit philosophus motui aūt apta bonitas autem apprehensionis et iudicij est officiū virtutis apprehensiue: et sanguine quieto indiget et non moto pp̄ quod tales sunt minus rationantes et frequenter irascūtur: cui quo et quādo et quantū non oportet: vt dicit plusq̄ cōmentator in cap. 35. sc̄do tegni. Unde bene dicit versificator. Impedit ira animū ne possit cernere verū. Ideo dicunt primos motus non esse in potestate nostra. ¶ Sextum signū est vox plenissima. i. vox satis grossa. Uox enim nimis gracilis significat frigiditatē et ita sup̄ insensibilitatē: et per cōsequēs sup̄ inuerecūdiā. Non opꝫ etiam vocem esse nimiam in sonoritate q̄ oppositū indicat: vt tenet philosophus ad Alexandrum. Qui habet grossam. i. valde grossam vocē et sonorā est bellicosus

& eloquens. Qui habet dulcem vocē est invidus suspiciosus: & hinc intelligit de voce gracili. Etiā ait pulchritudo etiam vocis indicat stoliditatē & insipientiam. Et in capitulo de equalitate ait. Mediocritas in sonoritate vocis & sublimitate denotat equalitatē complexionū & ista superior est cōformis ad intellectum philosophi. ¶ Septimum & vltimū signū accipitur ab oculis circa quos ponit quattuor cōsiderationes. Prima est de oculorum ylaritate. Secunda de colore: non.n. sunt nimis splendidi siue ignei vt dicet inferius de oculis inverecūdorum: nec etiā nimis nigri sed medio modo se habentes. Tertia est de oculorū clausura & apitione: istud satis añ expositū est. ¶ Quartum est de palpebrizatione: verecundus.n. palpebrizat tarde non multum nec velociter. Unde phs ad Alexandrum ait. Cum videris hominem frequentantē in te visum & cum respicis conteretur: & ex hoc erubescit & maxime si invitus suspirat & lachryme appareant in oculis eius: hic diligit & timet te. Si vero cōtrarium erit invidus & cōtemnet te. Et hoc etiā cōfirmat dicens ꝙ nimis & velox motus palpebrarum potest esse ratione caliditatis nimie facientis spiritus motivos mobiles & sensibiles: & tunc significat astutiam: & caliditatē: sed nulla istarū competit ornato & verecundo & cōcludo. Igitur non sibi competit nimia palpebratio. Sed videt contra istud ꝙ timiditas competat ornato & verecundo. Est enim verecundia timor ingloriationis. Sed dicendum est ꝙ timor & timiditas non sunt idem: est enim timiditas vt vitium mala: q timiditas idem est qđ pusillanimitas. Timor aūt non semper est malus: ideo aliqua non timere est malum. Et igitur timiditas nō cōpetit verecundo vt dicit hic Aristoteles. Licet timere similiter cōpetat: & istud patet per Aristotelem tertio ethycorū cap. de fortitudine cap. nono circa principiū dicentē quedā metuere honestū sit: & nō metuere turpe: veluti infamiā qui timet humanus est verecūdus: qui non timet impudens est: & vt inquit Auerroys super loco preallegato dicit: quedā vero oportet timere & eorū timor decens est: non timere vero indecēs vt actiones infamabiles: qui timet has & formidat hic verecūdus est: qui vero non est inverecūdus tamen aliqui dixerunt pauperē esse fortē: & infamiā timentē sed hec iste: habere igit talē timorē: nō est timiditas & vitiū quod patet p eūdē qui ibidē dicit: neq vtiq siquis iniuriā circa pueros vel vxorē timet vel invidiū vl aliquid taliū timidus est. Et sic pꝫ ꝙ non est idē eē timidū & hr̄e timorē & per cōsequēs: quid ad dubiū dicendū.

¶ Capitulum. 26. de signis inornati siue inverecundi. & est Aristoteles.

¶ Textus.

Signa inornati oculus apertus & splendidus palpebre sanguinee & grosse & curue musculi scapularum sursum erecti figura non recta: sed parum curua.

¶ Commentum.

Hic philosophus ponit signa verecūdi quē vocat ornatum sui oppositi inverecundi. Et est sciendū ꝙ verecundia prout Aristoteles. 4. ethycorū: est timor ingloriationis. i. cōfusionis & inhonestationis: & vt idē dicit non cōuenit omni etati & statui: q nō cōuenit senibus sed tantum iuvenibus: quorū primū sic probat. Illis non conuenit verecundia qui nihil agūt: vel saltē nihil agere debent: de quo sit verecūdandū: senes sunt hmōi & igitur. Secundū probat sic. Illis maxime cōuenit verecundia qui maxime molestant concupiscentijs & passionib⁹: & q ui multis modis peccāt de quib⁹ sunt verecūdādi: sed iuvenes sunt hmōi igitur &c. Unde quantū ad ista duo dicit ibidē Aristoteles. Laudamus vtiq iuvenes verecūdos senes aūt nullus laudabit qñ verecūdat. Similiter verecūdia nō cōuenit virtuoso & studioso. Verecūdia.n. vt dicit est de pravis: virtuosus autē & studiosus non operat prava igit ei nō cōuenit verecūdia. Ex quibus oībus pꝫ cōplere quid sit verecundia. Est enim timor ingloriatidnis seu dehonestationis rōne cōmissionis alicuius rei turpis prave & illicite. Et lꝫ ibidē dicat Aristoteles qđ verecundia nō sit virtus sed passio tñ q est timor ingloriationis: circa quē quidē timorē pōt eē excessus & defectus & mediū: ideo verecūdia vt virtus que cōsistit in medio opponit Cathoplexie & inverecūdie tanq vitijs extremis. Est enim Cathoplexia nimis excessus circa timorē ingloriationis. Unde dicitur Catho grece qđ est trās & plico plicas quasi trāsplicatio vl tra modū implicatio alicuius cū isto timore. Inverecūdia vero est istius timoris nimis defectus. Est enim inverecūdus qui penitus nullā timet nec curat cōfusionē: & prosequit oē qđ delectat credēs oē qđ est ad libitum sit etiā licitū. Que pcipue fiunt atq reperiunt in illis in quibus lumen discretionis & recte rōnis est diminutū quales sunt hoīes brutales grossi insensibiles & bebetes quoꝝ signa posita sunt in pluribus locis & in cap. de homine grosse nature. Vidimus.n. quedā mingere corā populo in igne: & erat legatus cuiusdā regis. Qui enim sunt insensibiles & stolidi sunt etiam inverecūdi. Ideo pp conuenientiam istam inter insensibiles & inverecundos statim postq posuit signa in sensibilis posuit signa inverecūdi: p oppositū in alijs capitulis semp premittit passiones habentiū p modū habitus: & deinde se habentes p modū privationis. Istius ergo inverecūdi posuit quattuor signa. ¶ Quorū primū accipit ab oculis circa quos ponit duas considerationes: prima est de nimia apertura & ardue intuētibus vt notavi in depredatoribus & furibus. Aliqui exponunt nimia apertura in eminētia & fortis pro eminētia oculoꝝ. Oculi.n. multū apti & foris pminentes & acute intuentes significant inverecundiā vt dicit Rasys. Ego puto ꝙ causa istius sit multitudo spirituū cū maxima igneitate effundentiū ad musculos oculorum: q sūt causa extensionis ipsius musculi. De prominētia oculorū dicemus in secūdo lib. cap. proprio. Tamen ſm Rasym. Magnitudo oculorum sic foris pminentiū nimis humidā pretendit complexionē vt dicem⁹ inferius auctoritate Blasij de Parma & aliorū auctorum. Scđa cōsideratio sumit a splendore oculorū. & istā ponit etiā Aristoteles inferius dicens. Quibus oculi sunt ignei. i. admodū ignis splēdentes & scintillantes sunt inverecūdi & referuntur ad canes. Persepe notavi significare diuium ingenij in maleficijs & detestabilibus negocijs: vt sunt lenones homicide &c. vt in scđo libro patebit in suo loco: imitādo naturam caninā: vt intuenti pꝫ: recurre ad librū de aīalib⁹ si altius vis scire. ¶ Secūdū signū est palpebre sanguinee. i. rubee ad modū sanguinis & grosse vt addit Rasys qđ fit rōne sanguinis indigesti & grossi in palpebris cōgregati. Cuius signū est in senib⁹ qui frequēter habēt pp dictā cām rubedinē palpebraꝝ vt ēt accidit illis qui

frequentant ganeam. ¶ Tertium est erectio scapularũ vt in precedentibus expositum est. ¶ Quartum et vltimum est statura corporis aliquantulum curua cuius et causa ante dicta est. Et in eodem capitulo ponit Rasys tñ cum aliqua differẽtia et inquit. Inuerecundus est cuius oculi multum sunt aperti et foris pminentes: et acute intuentes: eius quoqꝫ palpebre grosse. Statura autẽ eius non multũ longa. Cum vero incedit: pectus parũ per anterius tendit. Cuius preterea spatule sunt motus festinus. Color vero ruffus multũ habens sanguinẽ. Facies rotunda: torax parum per gibbosus. De suis insuper significationibus est: ꝙ oculi multũ aperiunt: et sunt acute intuẽtes: sunt etiã multũ loquaces. Hic Rasys dicit ꝙ statura inuerecũdi non est multum longa: et addidit: cum vero incedit paruũ per anterius tendit. Et hoc etiam forsan intendit philosophus qñ dixit signa recta et cetera. Et addidit etiã Rasys signa aliqua: q̃ hic nõ ponit Aristoteles dicens ꝙ motus eius est festinus color ruffus. Color vero ruffus quid sit declarat in libro Egidij de vrinis in suis carminibus dum inquit.

¶ In ruffum vergens puri color emulus auri.

¶ Equalis: purus: medius: cui se liquor vnit.

¶ Corpus eucratici validos denunciat actus.

Et dicit Rasys multum sanguinem et cetera. Est sciendũ ꝙ licet sanguis sit melior thesaurus nature et ppriũ vehiculũ anime: tñ qñ fuerit nimis excessiuus et precipue cũ hic est grossus et indigestus: et est impedimentũ anime in suis operationibus et precipue quantũ ad operationes aiales: vnde etiaꝫ videmus ꝙ habitantes in regionibus frigidis et multũ pp caliditatẽ et humiditatẽ cõplexionis eorum in sanguine habundãtes nõ sunt ita astuti et prudentes sicut habitantes in regionibus calidis qui pp complexionis eorũ frigiditateꝫ in sanguine non abundant: vt patet per Uegetiũ de re militari: lib. 5. cap. De quibus regionibus sint eligendi tyrones dum ait. Rerũ ordo deposcit vt ex quibus prouincijs. s. vel nationibus tyrones eligẽdi sunt prima parte tractetur. Constat quideꝫ in oĩbus locis et ignauos et strenuos nasci. Sed tñ vt gens gentem precedit in bello: et plaga celi ad robur non tantũ corporũ: sed etiaꝫ aĩorũ plurimũ valet quo loco ea que a doctissimis hominibus cõprobata sunt non omittam: oẽs nationes que vicine sunt soli nimio calore siccatas amplius quidẽ sapere: et minus habere sanguinis dicunt: ac propterea cõstantiam: ac fiduciam co minus habere pugnãdi qꝛ metuunt vulnera qꝛ exiguum sanguinem se habere nouerint. Contra septẽtrionales populi remoti a solis ardoribus inconsultores quideꝫ: sed tñ largo sanguine redũdantes sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur de temperatioribus legendi sunt plagis: quibus et sanguinis copia suppetat ad vulneruꝫ mortisqꝫ contẽptũ et nõ possit deesse prudentia. Quare et modestia seruatur in castris: et non parum prodest in dimicatione consiliũ. Et ita sanguinis multitudo: et rubedo faciei cum alijs signis concurrentibus possunt significare stoliditatem et insensibilitatem et per consequens inuerecundiam. Ulterius vero circa istud qđ dicit Rasys qđ motus festinus significat etiam inuerecundiã: est sciendũ ꝙ licet sit supra dictũ ꝙ insensibilitas et stoliditas causetur ex nimia frigiditate et spirituum sensibiliũ imobilitate nihilominus potest etiam fieri ex nimia caliditate saltem per accidens. Ex nimia enim caliditate spiritus sensibiles efficiuntur nimiũ mobiles ad quorũ nimiã mobilitatẽ sequit indiscretum et diminutum iudicium de agendis: sicut est et naturaliter stolidis cuius signum est in iratis qui propter nimium motuꝫ sanguinis et spirituũ nihil vidẽt vt etiaꝫ tactũ est supius in cap. 13. Ergo Aristoteles elenchorum primo inter alias cautelas: quas docet supra in istis ponit istaꝫ ꝙ aduersarios prouocent ad iram eo ꝙ vt dicit cõturbati minus prouident. Istud patet inferius in pluribus locis. Quare igitur insensibiles saltem per accidẽs possunt fieri ex caliditate nimia et per cõsequẽs inuerecundi: patet ꝙ motus festinus etiã põt esse signũ inuerecũdie. Istud aũt signũ cum alijs que ponit Rasys nõ ponit philosophus: qui satis intelliguntur per signa inuerecũdie eis opposita: que superius exposita sũt. Et conciliator in sua physionomia sub eadem Rubrica inquit. Statura eius non multum longa: color ruffus: facies rutunda: oculi plurimum aperti: frons proeminẽs: acute intuentes et intente palpebre grosse sanguinee: pectus: in anterius cum incedit tendit: scapularuꝫ musculi sursum eleuati. Torax aliquãtulum gibbosus: multũ loquax et verus eius signum est multa oculorum apertio: et acutus intuitus. Hi quidem calidum: hi vero timidum significant. Et hec Conciliator.

¶ Capitulũ. 27. De signis animosi siue magnanimi: et hec Aristoteles.

¶ Textus.

a Nimosi signa: frons bene magna et bene carnosa et lenis: q̃ sunt circa oculos facies detur humilior et somnolentior: neqꝫ intẽse aspiciens neqꝫ remisse: in motibus tardus erit et remissus figura et more qui est in facie: nõ precepe sed videtur bonus.

¶ Commentum.

i I N isto capĩo Aristoteles ponit signa aĩosi et sui oppositi. Unde sciendũ est ꝙ Aristoteles intendit hic per animosum magnanimũ. Magnanimus auteꝫ secũdum ꝙ dicit quarto ethycorum est qui magis q̃ se ipsũ dignificat dignus existens: idest magnanimus est qui reputat se dignum magis: et in rei veritate est magis dignus et non solũ magis sed maxime. Et qꝛ vt dicit Aristoteles ibidem. Dignitas dr̃ ad bona extrema iter que honor est maximũ. vt dicit et pbat: qꝛ istud est maximũ inter bona exteriora: qđ attribuimus dijs et qđ maxime desideraẽ a cõstitutis i dignitate: et qđ est primũ in optimis: tale aũt bonũ honor: igitur oĩuꝫ bonoꝝ exterioꝝ maximũ. Jđ Isidorus dicit magnanimus ab eo ꝙ sit magni animi et magne virtutis. Cui 9trius est pusillanimus. Magnificus a magno faciendo vocabulũ trahit. Est ergo magnanimus qui maxime se ipm̃ dignificat honore: et maximo honore. Et qꝛ maximo honore est dignus sequit ꝙ in oĩ genere virtutum sit virtuosus: vt ibidẽ deducit Aristoteles: lꝫ enim nobiles et diuites honorent: sm̃ veritateꝫ tñ solus bonus honorandus est: q̃uis iste in quo nobilitas cum diuitijs et cum bonitate cõcurrunt magis dignus sit in honore. Et ante istam particulã dicit: non est dignus honore paruus existens. Uirtutis enim p̃mius est honor et attribuitur bonis. hec Aristoteles: ex quibus ps ꝙ magnanimus sit in oĩ gñe virtutũ virtuosus cũ sit magno hon re: imo maximo dignus. Ex quo et vberius patet inter diffinitiones magnanimi iaꝫ p̃missas. Oportet aũt vt ibidem dicit Aristoteles magnanimus a caymo et pusillanimo differt. Est enim caymus qui magis se ipsum dignum facit dignus existens: pusillanimus est

qui siue magnis: siue paruis: siue immoderatis dign⁹ existens adhuc minoribus se ipsum dignificat. Istius ergo magnanimi siue animosi. ꝛ pusillanimi sibi oppositi Aristoteles ponit hic signa ꝛ ponit signa aiosi que sunt quinqꝫ. ¶ Primum est frons bene idest temperate magna: ꝛ bene idest temperate carnosa: ꝛ bene ꝛ temperate lenis: ita ꝙ nõ sit nimis rugosa nec nimis lenis: sicut accidit habentibus complexionem temperatam: vt dictum est. ¶ Secundum signum est humilitas ꝛ somnolentia aliqualis in facie ꝛ circa oculos. Et istud signum alio modo sumitur a more apparēte in facie. Uidemus enim cōmuniter: ꝙ contempti ꝛ aliquādo cōtemnentes in facie apparent quasi somnolēti aliquātulum oculos claudendo ac si sint somno grauati: pretendentes in facie quādam humilitatem ex conceptu ꝑcedente presertim cum admoduꝫ humilis non sit contēptiosus vt statim dicetur. Magnanimus aūt est cōtemptiuus vt ponit Aristoteles vbi supra per multas magnas conditiones. Est enim contemptiuus etiā proprie vite qñ periclitatur quasi tunc nec dignus existat viuere. Item contemnit cōuiuere quibuscūqꝫ sed solum amicis: eo ꝙ cōuiuere quibuscūqꝫ est blanditorium ꝛ seruile. Iteꝫ contemnit quecunqꝫ parua: nec plangit nec deprecatur pro paruis etiam necessarijs: sicut hodie faciunt bedani vt superius dixi: ꝛ ꝑcipue cōpatriote mei cū suis oratorijs ꝛ scholis in tēpore noctis: vt etiam in tertio libro dicet inferius. Ad propositum redeundo. Iteꝫ operatur: loquitur odit amat manifeste: talia enim facere latēter est timidi vt sunt illi. Magnanimus autē non est timidus propter quod vt dicit libere propalatur cum contemptiuus sit. Hec Aristoteles ex quibus patet consequenter ꝙ debet esse in facie humilis ꝛ somnolentus vt dictuꝫ est. ¶ Tertium signuꝫ accidentaliter de modo viuendi: nec enim intense ꝛ fixe nec nimis remisse sed mediō modo videt: cuius intellectus satis patet ex precedentibus capitulis ꝛc̃. ¶ Quartum signum est tarditas ꝛ remissio in motibus: ꝛ istud idem etiam dicit Aristoteles vbi supra addens vnum signuꝫ quod hic non ponit. Sed ꝛ motus in quo grauis videt magnanimū esse ꝛ vox grauis ꝛ locutio stabilis ꝛ istud probat sic. Iste qui studet circa pauca non est festinus qđ patet per oppositum: qꝛ studens circa multa est festinus ꝛ velox in motibus: similiter qui non est contemptiosus habet graueꝫ voceꝫ: qđ similiter patet per oppositum quia iracundi ꝛ contentiosi vociferant acute: sed magnanimus studet circa pauca: ꝛ non est cōtentiosus eo ꝙ quasi nihil magnum existimet pro quo studet vel cōtemnit: immo vt ibidem premittitur magnanimi non est recordari malorū ꝛ iniuriarum: sed magis talia displicere propter iras auteꝫ ꝛ iniurias consueuerunt esse contentiones: igitur magnanimus non est contentiosus ꝛ per cōsequens in voce grauis: ꝛ in motibus non festinus. ¶ Quintuꝫ signū est bonitas in facie siue precipitio: idest bona dispositio faciei sine aliquo defectu ꝛ deformitate: vel potest aliter intelligi ista bonitas faciei pro benignitate: habent enim magnanimi non facies austeras nimis vt caymi ꝛ superbi: sed ad benignitatem declinātes. De isto capitulo Rasys non fecit mentionem sub nulla rubrica Et Conciliator in sua physionomia bene dixit cum additione capillorum inquit. Frons ipsius sufficienter carnosa ꝛ lenis. Et que sunt circa oculos apparent somnolenti non intēse aut remisse respiciens: in motibus tardus non preceps moribusqꝫ temperatus: capilli fortes ꝛ subrufi ꝑ capillos fortes intelligit non tenues neqꝫ molles: sed medio modo se habentes cū aliqua ruffedine: vt noteui.

¶ Cap. 28. de signis inanimosi. ꝛ est Aristoteles.

¶ Textus.

i N animosi signa sunt rugosa facies ꝛ macra: oculi confracti: simul autem ꝛ confracta oculorum duo significant: hec quidem mole ꝛ femininuꝫ aliud vero dimissuꝫ ꝛ pauidum: in figura humilis ꝛ in motibus remissus.

¶ Cōmentum.

p Ositis signis animosi: ponit signa sui oppositi: scilicet inanimosi siue pusillanimi. Ponit auteꝫ signa quattuor. ¶ Primuꝫ est rugositas ꝛ macies faciei que duo sunt signa frigiditatis ꝛ siccitatis precipue: vt patet in senib⁹ ꝛ melancolicis. Licet etiam fiant aliquādo ratione caliditatis ꝛ siccitatis vt patet i colericis. Et ꝙ macies isto modo fit signum dominij melancolie habet. Ideꝫ sentit Auerroys quarto colliget h. ¶ Secundū signū est oculorum confractio. i. indecens ꝛ inepta oculorum corrugatio vt exponunt aliqui ꝛ bene que fit ex causis iam dictis. Et addit ꝙ talis contractio oculoꝝ significat duo. s. molliciem ꝛ femineitatem. Item pauorem. i. timiditatem. Et debemus intelligere eum esse pectore angusto. Cognoui quendam qui propter amplitudinem pectoris in maxima ira erat animosus in armis ꝑ dñiuꝫ colere: tamē post iram erat timidus auarus ꝛ cetera talia. ¶ Tertiuꝫ est humilitas figure: quod dupliciter pōt intelligi. Uno modo qđ signum accipitur pro dispositione corporis que quidem in animoso est humilis qꝛ non est elegans ꝛ pulchra. Alio modo ꝙ accipiantur signa pro statura corporis: que etiam est humilis: idest breuis ꝛ non multum alta. ¶ Quartum est remissio. i. pigricia in motibus. Sed hic occurrit dubium: ꝛ est Guilielmus nutrice. Remissio enim ꝛ tarditas in motibus est vnū de signis animosi: vt dixi superius: ꝛ ita non poterit esse signum inanimosi. Idem enim non est signuꝫ oppositorum. Sed dicendum est ꝙ remissio ꝛ tarditas in motibus dupliciter potest accipi vno mō pro nimia pigricia: siue pro pigricia simpliciter q̄ prouenit ex nimia frigiditate: ꝛ illa est signum inanimositatis: vt dicit Aristoteles. Alio modo accipit pro pigricia in respectu ꝛ ꝑ quid siue pro velocitate temperata eo modo quo aliud dicitur pigrum vel tardum per oppositum ad nimis velox ꝛ talis tarditas prouenit ex temperantia complexionis: ꝛ est signum animosi vt dictum est. Ex quo. n. animoso quasi nihil est magnum vt dictum est auctoritate Aristotelis quarto ethycoruꝫ ideo vt ibidem dicit est ociosus ꝛ piger qꝛ ad nulla mouet: nisi ad illa ex quibus est magnus honor: ꝛ pauca operatur nisi magna ꝛ notabilia aut nobilia: ꝛ ita est piger ꝛ ociosus ex proposito ꝛ quadam electione. Inanimosus vero est piger in motibus ex natura ꝛ timiditate ꝛ sui ipsius paruipensione ꝛ ita tarditas in motibus est signuꝫ animosi: ꝛ inanimosi diuersimode: ꝛ ita obiectio non procedit.

¶ Capitm. 29. de hoībus seruilibus: ꝛ est Aristoteles.

¶ Textus.

ſ Eruiendi signa sunt oculus cōfractus genu flexibilis inclinatiões capitis ad dexterā mot⁹ manuū: suppini: dissoluti: ambulationes duplices: hoc quidē circū clinatum quidē inclinant: alij vero tenentes lumbos: ꝛ oculorum despectiones qualis vtiqꝫ fuerat Dionysius sophista.

¶ Comentum.

Postq̃ Aristoteles posuit signa ianimosi ꝛ pusillanimi: hic ponit signa hois seruilis ꝛ sui oppositi.s. nō seruilis. Et primo ponit signa hois seruilis qꝛ i pluribꝰ inanimosi est siłis. Inanimositas.n. ꝛ seruilitas pcedunt quasi ex eisdē causis. Signa aūt sunt sex. ¶ Primū est oculoꝝ cōfractio.i. indecens corrugatio vt superiꝰ expositū est. ¶ Scōm signum est genuflexi.i. flectentes genua cuilibet ad beniuolentiā captādā vt inquit. Guilielmus nutrice. In hoc loco valde ipse errauit. Ego puto ipsū nō habuisse physionomiā praticā qꝛ aliter dixisset: imo philosophus intēdit genua flexibilia in suis ambulationibus qñ incedit: flectit genua qꝛ incessus talis seruitutis est signū vt dicet in scdo libro inferius. Expositio Guilielmi potius ptinet mēdicātibus q̃ seruis: qꝛ flectunt caput ꝛ genua eoꝝ ad captādū elemosinam: tñ istud signū nō est a natura: sed ab arte ꝛ cōtra intētionē philosophi. ¶ Tertiū signū est capitis ad dexterā inclinatio ꝛ istud signū est ratione laxationis mēbroꝝ ꝛ precipue nervoꝝ originis. Dicit pfatus Guilielmus ꝙ mos seruoꝝ est flectere genua corā dominus: ꝛ similiter se incuruare eis inclinādo se nō solū cū capite: sed etiā cū toto corpore cuius cām non affero. Uidi virū diuitem cum tali habitudine processu tēporis egentiū venisse. Et ita fuit Dionysius sophista. ¶ Quartū signū est motꝰ manuū supini ꝛ dissoluti: idest inordinati incedentes. ¶ Quintū signū est ambulationes duplices.i. duplicē modū in ambulando habētes: qꝛ aliquādo circūinclinant se: ꝛ aliquādo tenēt lombos: de talibꝰ intēdit Aristoteles inferius cap. de motibꝰ partiū totius corporis ꝙ sint adulatores. Et ita bene ponit eē seruilis: eo ꝙ seruiles multū adulatoribꝰ assimilāt: ꝛ referunt ad canes: ꝛ talē dispositionem hñt religiosi nostri tēporis pcipue obseruantini. ¶ Sextū signū est oculoꝝ despectiões.i. deorsum spectantes: nō.n. in vidēdo eleuant oculos: sed respiciunt versus terrā vt faciūt etiā canes ꝛ illi socratici cynedi quos modo dixi. Alii aliter exponunt. Habent oculoꝝ despectiones qꝛ vilē ꝛ despectū habēt aspectū: tñ hoc nō affero. Et subdit exemplificando dicens ꝙ talis fuit Dionysius sophista. Et vt pꝫ quasi oīa ista signa accipiuntur a moribus apparentibꝰ. Et de talibus Cōciliator scribit. Oculus cōfractus cōuersas dspectiones imitans genus flexibilis: inclinationes capitis motꝰ manuū implicitī: circūuoluti ambulatiões duplices.

¶ Capitulum.30. de hominibus nō seruilibus sed amaris vel bestialibus. ꝛ est Aristoteles.

¶ Textus.

Amari signa sunt facie remissus nigri coloris: macer. Que sunt circa facieꝫ q̃si abrasa: facies rugosa: recti crines ꝛ nigri.

¶ Comentum.

Positis signis hois suilis ponit signa hominis nō seruilis siue amari qui suli opponit. Intelligit aūt per amarum hoiem bestialē qui cū sit q̃si cōtinue amarus: ꝛ i dignitate nāe nullius est ciuilitatis: pp qd̓ q̃si bestia nullius amicitiā curat: ꝛ nulli penitꝰ seruit: q̃les pcipue sunt melancholici: ꝛ pcipue in quibꝰ dñat melancholia innaturalis ꝛ adusta qui hñt mores ferinos. Istiꝰ igit hois amari ponit sex signa dñium melācholie i corpore ptendentia. ¶ Primū igit signū in facie remissus: q̃si cōsiderans. Istud ꝓprius est melancholicoꝝ: qꝛ sunt multum cogitatiui ꝛ imaginatiui. ¶ Scōm signū est color niger in corpore: qui fit ex adustiōe partiū terrestriū dñantiū in re vt supra dictū est in cap. de signis fortis. ¶ Tertiū est nimia macies: que ēt est signum dñij melācholie: vt per Auerroim quarto colliget h. cap. de signis dñij melācholie: vt in pcedenti allegatū est. ¶ Quartū signū est ꝙ nō est pilosus in facie.i. in partibꝰ faciei q̃ cōsueuerūt esse pilose: qd̓ etiā fit rōne frigiditatis ꝛ siccitatis vt patebit in alio loco. ¶ Quintū signū est rugositas faciei: cuiꝰ cā ēt dicta ē. ¶ Sextū ꝛ vltimū: est ꝙ hꝫ crines nigros ꝛ rectos.i. nō crispos sꝫ planos. Nigri.n. capilli significāt superadustionē eoꝝ ꝛ ꝙ igneitas hꝫ illū denigrare: vt dicit Auerrois quarto colliget h cap. de signis tēperantie cerebri: ꝛ lꝫ tortuositas capilloꝝ significet supsiccitatē: vt dicit idē Auerrois: ꝛ pp istud per hoc ꝙ capilli cum tangunt ab igne sunt tortuosi rōne nimie siccitatis: que euenit eis ab igne. Et ita capilli istoꝝ cū sint sicci dberēt esse quantū est hoc tortuosi: nihilominus p accidens sūt recti rōne nimie aperitionis poroꝝ ex caliditate rōne grossiciei fumoꝝ terrestriū eoꝝ quibꝰ generant pp qd̓ capilli erunt duri fortes ꝛ grossi: ꝛ sic manebūt plani sicut satis dictū est. Circa pdicta occurrit vnū dubiū. Dictum est.n. ꝙ signa hec dicta pretendūt dñiū melancholie in corpore: ꝛ cū hoc est dictū ꝙ aliqua eoꝝ ꝓueniant ex caliditate sicut statū dictū est de nigredine capilloꝝ: ꝛ eoꝝ planicie que non vident simul stare eo ꝙ melancholia est frigida ꝛ sicca. Et dicendū est ꝙ duplex est melancholia.s. naturalis ꝛ nō naturalis que alio modo vocatur cholera nigra: ꝛ vtraq̃ est frigida ꝛ sicca: sed indifferenter qꝛ naturalis est frigida ꝛ sicca: per se innaturalis est frigida ꝛ sicca per accidens: fit.n. ex adustione humorū. Isti autem humores rōne nimie caliditatis adusti fiunt sicci: quibꝰ ex siccitate calor debilitatur pp consumptionē humiditatis que nutrimentū ꝛ fomētū est caloris: ꝛ ista nimia caliditas p accidens causat frigiditatem ex quibus ad propositū patet ꝙ nō est cōtradictio in dictis: licet.n. melancholia sit frigida ꝛ sicca: tñ aliqua fit ex causa calida: ꝛ ita aliqua signa melancholie possūt in caliditatem reduci. Licet autem predicta expositio sit magnoꝝ viroꝝ: tñ qꝛ videtur implicare aliqua dubia: ideo ad vitandū oēm calūniam videtur mihi dicendum ꝙ oīa signa hic posita significant superdñium melancholie naturalis: presertim cum melancholia innaturalis fiat in corpore pp accidens rōne mali regiminis: ꝛ alijs causis accidētalibus plusq̃ ex natura: ꝛ ita Aristoteles nō ponit signa de tali melancholia eo ꝙ passiones acquisitas ꝛ accidentaliter aduenientes non cōsiderant hic qm̃ nullum predictoꝝ signoꝝ causat ex caliditate: sed magis a frigiditate ꝛ siccitate qd̓ patet de nigredine corporis ꝛ capilloꝝ de quibus istud minus videt. Dicit.n. Auerrois quinto colliget h cap. de significationibꝰ coloꝝ. Licet nigredo oñq̃ fiat ex multo calore sicut nigredo in ethiopibꝰ: tñ q̃nq̃ fit necessario ex partibꝰ siccis terrestribus. Et q̃nq̃ pp frigiditatē sicut vinū nigrū: hec Auerrois. Idē pꝫ per Auicēnam dicētē sicut frigidū dealbat humidū: ita denigrat siccū. Et oīa patebunt in cap. de coloribus. Et ita nigredo capilloꝝ in hominibꝰ amaris nō est rōne caliditatis: sꝫ magis rōne terrestritatis ꝛ frigiditatis ꝛ siccitatis: ꝗ Aristoteles ad hoc inueniēdū nō dixit simplr̓ crines nigros sꝫ addit rectos sine aliq̃ tortuositate ꝛ crispitudine: ꝛ talis capilla-

tura. Saturno attribuit: vt in .3. lib. dicemus. Redeamus ad propositum. Nigredo enim capillorum ex nimia caliditate non fit sine crispitudine: vt pz auctoritate Auerroys et aliorum illustrium. Et illam applicamus marti vt patebit. De alijs aut signis amari nulli dubium est quod ex frigiditate et siccitate possunt esse: ergo ista expositio videtur esse melior quam prima. Ulterius sciendum est quod ex quo homines cholerici ex complexione etiam videntur et inueniuntur aliquando satis amari et distorti et bestiales: sicut et melancholici: pot dici quod predicta signa significant super dominium cholere presertim cum fere omnia possint fieri ex caliditate et siccitate sicut ex frigiditate et siccitate: preter rectitudinem capillorum. Tamen ratione terrestritatis et ponderositatis sunt cum rectitudine: nihilominus in tactu sunt asperi ratione siccitatis. Aliqui dicunt: vt superius dictum est. quod licet capilli in calidis et siccis debent esse crispi et tortuosi per se tamen per accidens propter causas antedictas possunt esse recti. De his tamen quilibet teneat quod sibi verius videtur. Et Conciliator in sua physionomia exponit sub istis verbis: Demissus facie et oculis: et que circa faciem quasi abrasa facies rugosa: cogitans: suspiciosus: non rectus macer capilli recti coloris lutei. Aliqui scribunt istud capitulum sub titulo de auaritia. Utrumque pot concedi: quia omnia signa que arguunt dominium siccitatis precipue melancholie causant auariciam vt dicemus in tertio lib. cap. de Saturno.

¶ Cap. 31. de signis hominis iracundi. et est Aristotelis.

¶ Textus.

I Racundi signa: rectus corpore et figura bene latus animosus: subruffus: spatule distantes et magne: et late: extrema magna et fortia: lenis circa pectus et circa bubones: homimenti circumcursus capillorum deorsum.

¶ Comentum.

h Ic ponit philosophus signa iracundi vbi sciendum est quod vt dicit idem quarto ethicorum: mansuetudo est medioctitas circa iras propter illicitas iniurias: est. n. medium inter iracundiam et irascibilitatem: quia mansuetus est ille qui irascitur in quibus oportet: et iste vt dicitur laudatur quia vult imperturbatus esse et non duci a passione: sed secundum quod ratio ordinabit. i. non irascitur secundum impulsum passionis sed magis secundum dictamen rationis. Et isto modo irasci est virtus. Unde Plato in thymeo. Ira lz ex vitiosis partibus insit anime tamen cum bene ordinatur idoneum instrumentum est vite humane agende. Multa. n. sunt que per virilem anime commotionem recte in hac vita fiunt et ordinantur vt videntur. s. quotiens iusta iracundia comitem sibi et auxiliatricem rationem prestat hec Plato. Uidemus quoque in apibus experientiam que decenter irascuntur et debite: quia numquam ledunt homines nisi ipse prius molestentur in proprio alueario. Irritate vero iniuriantem longo aeris tractu persequuntur pro earum defensione. Irascibilis aut est: vt dicit phs vbi prius qui omnino ab ira deficit. Et talis vt dicit: vituperatur non irascens in quibus oportet et vt oportet et quando: insipiens videtur esse. Et ex isto ordine illos fuisse reor quos philosophos antiquitas rudis putauit: quos minus quam irascibilitas afficiebat: et isti fuerunt lapidei seu marmorei et exangues: quos non nominabo gratia honestatis. Isti fuerunt melancholici intensi et sine discursu. Ad propositum. Iracundus aut est qui in iras superabundat. Unde Isidorus in decimo ethymologiarum dicit iracundus dictus qui accenso sanguine in furorem compellitur. Irascitur. n. quibus non oportet: et magis quam oportet: et velocius quam oportet et plurimo tempore hec ibi: et talem puto fuisse Alexandrum magnum. Istarum ergo passionum genera phs intendit ponere in isto capitulo ponit aut solum signa iracundi et mansueti: inirascibilis aut signa non ponit quia satis haberi possunt ex signis hominis seruilis et timidi et pusillanimi cum quibus communicant in causis quia in frigiditate. Et etiam haberi possunt per opposita signorum iracundi cui opponitur sicut extremum extremo. Ponit autem signa iracundi nouem que sunt nimie caliditatis dominium significant vt pz omnia transcurrendo ex antedictis. ¶ Primum est recte stature. ¶ Secundum est quod habeat corpus bene latum et precipue pectus propter multitudinem spirituum: et est quod subdit pro tertio signo dicens quod est animosus. i. plenus calido et spiritu. Et vtitur hic philosophus quadam specie demonstrationis: que est quidam color rethoricus: vt patet ex alijs ponit. n. consequens pro antecedente: vel effectum pro causa. Ad caliditatem. n. spirituum sequitur animositas sicut effectus ad causam. Et accidentaliter hic animosus non sumitur sicut supra. 27. cap. pro magnanimo. Magnanimus. n. non est iracundus nec litigiosus: vt ibi dictum est: sed accipitur improprie pro audace. ¶ Quartum signum est: quod est subruffus in colore quasi flameus sicut in prehabitis dictum est: et talis color est sicut sunt mora gelsa immatura persepe vidimus Ut nuper in ecclesiastico principe maximo et deceptore excellentissimo dertusione hispana spurio maximi sacerdotum filio. ¶ Quintum signum est quod hz spatulas magnas et distantes sicut ante expositum est. ¶ Sextum signum est: quod hz extremitates magnas et fortes. ¶ Septimum est quod circa pectus et sub alia loca que vocantur emuntoria sunt lenes. i. sine pilis ratione magne caliditatis cordis et apertione pororum: que non sinit materiam pilorum aggregari. ¶ Octauum signum est quod habet mentum bonum non nimis rotundum nec acutum: sed medio modo vt in suo loco dicetur in secundo libro. Et sit bene proportionate faciei. ¶ Nonum et vltimum signum est quod habeat capillos dependentes. Aliqui allegant Rasym de significationibus capillorum dum inquit. Pili in capite vel in toto corpore stantes erecti timorem significant: assignando contradictionem inter Aristotelem et Rasym dico quod significant timiditatem. Quando phs dicit capillorum deorsum: intelligit de pilositate totius corporis: quia est signum precipuum caliditatis: et pili aliquantulum eleuati non tamen nimis. Et quando Rasys dicit de timore: et rectitudine pilorum: istud prouenit ex ventositate eleuante pilorum mam quod est dominium frigiditatis et per consequens timorem denotat. Et Conciliator in cap. de signis iracundi ait: Statura erecta late spatule distantes magne extrema musculosa cursus contersus: capilli deorsum oculi sanguinei: dentes lati longi inequales et inordinati: color subruffus.

¶ Capitulum trigesimum secundum. De signis mansueti. et est Aristotelis.

¶ Textus.

m Ansueti signa: fortis specie: bene carnosus: caro humida multa: bone magnitudinis et commensuratus: figura curuus cursus capillorum sursum vulsus.

¶ Commentum.

p Ositis signa iracundi ponit signa sui oppositi scilicet mansueti: et sunt sex signa que videntur temperantiam caliditatis et humiditatis protendere. ¶ Primum signum est quod est fortis in specie ratione intellectus propter in-

strumentum vel instrumēta proportionata.i.boni ha-
bitus ratione cōpositionis & complexionis. Et istud ca
pitulum est proportionatum ad capitulum. De homini
bus tēperate nature vt superius est tactum in cap.9.10.
xi.12.13.14. Ita in facie non est sicut iracūdus q2 est hor
ridus:sed magis fixus ita q dispositio vultus eius est
dispositio hois fortis.i.cōstantis & stabilis. Mansue-
tus mitis vel domitus quasi manu assuetus:& ita mo-
destus a modo dictus & temperie: nec plus quicq nec
minus agens. Mitis lenis & mansuetus & cedens ipro
bitatibus & ad sustinendā iniuriam tacens quasi mu-
tus vt p3.x.ethimologiarū. ¶ Secūdū signū:q est tem
perate carnositatis. ¶ Tertium signum q habet carnē
tpate humidā & mollem. ¶ Quartum q est bone idest
temperate & cōmēsurate.i.pportionate magnitudinis:
q2 nec nimis paruus nec nimis magnus:s3 i statura me
diocris:& habet mēbra bene pportionata quātitati cor
poris. ¶ Quintum est q non est tantum erectus in sta-
tura corporis sicut iracundus: Immo respectu stature
iracundi est aliquātulum curuus.i.inclinatus non tamē
tantum sicut timidus. ¶ Sextum & vltimū signu3 est:
q habet capillos non tantū pendentes vt iracūdus: nec
ita pilosus & sursum vulsos idest eleuatos seu erectos:
non tamē nimis q2 tunc significarēt timidū vt dicit Ra
sys. Sed differentia inter pilorum qualitatem:inter ira
cūdū & mansuetu3 est in tactu:q2 pili mansueti sunt ali-
qualiter molles & iracūdi rigidi. Et Cōciliator ait. Eius
statura curua caro mollis humida:habitudine mensu-
ratus oculi ad clausionem procliues:capillorum cursus
nullus in altu3 tendit:colore subflauus: hec Cōciliator.
Omnia sunt signa mensurate humiditatis:q2 ebulitio-
nem sanguinis & spiritus feruor deprimitur ab humi-
do & resistente tn̄ cū freno rationalis intellectus. Et hec
est cā ire debite applicate vt superius dictum est.

¶ Cap.xxxiij.de signis ironis:& est Aristoteles.

¶ Textus.

i Ronis signa oculi sunt rugosi:somnolen
tus facie more videtur.

¶ Cōmentum.

d Iomedes libro secūdo ait. Ironia est ora
tio pronunciationis grauitate in cōtrariū
reddens sensus verboru3. Uel ironia est
turpitudo quedā per contrarium:que co
natur ostendere. Uel fm vgucionem ironia est sententia
pronūciationi contrarium habens intellectū:scilicet lau
dare:sic vt vituperare itelligatur. Unde dicitur ab iron
quod est cōtrarium & onomia nomen q2 facit pronun-
ciationem contrariam intellectui vt vulgo putatur: per
ironem intelligimus derisorem:qui.s.defectus aliorum
recitat vt solacium & risum inducat: vt faciunt aliqui &
quida3 nostri ciues quia sunt sine aliqua virtute & stabi
limento rationis q quasi semper abundant in proferen
dis alienis maculis in angulis publice loquendo:dicen-
do talis hominis vxor meccha ē ego feci sic & sic. Et po-
stea ipsi sunt maximi cerui & habent consortem prosti-
bulam. Ad propositum redeūdo. Pro cuius intellectu
& etiam aliquorum capitulorum sequentium est scien-
dum q sicut habetur ex secundo & quarto ethicorum:
in colloquijs iocosis & in conuictu est virtus & vitium.
Sunt enim in talibus media in quibus consistunt vir-
tutes:& extrema que sūt vituperabilia & vitiosa. Nimi-
enim excessus in colloquijs derisorijs dicitur bomolo-
chia:& inde dicuntur bomolochij qui scilicet in derisio-
ne aliorum superabundant desiderantes omnino risu3
& ob hoc conuicia de se & de alijs merentur: recitant nō
curantes q conuiciatos cōturbant. Tales ergo dicunt
bomolochij quasi sup vomolochi a vomo vomis: & lo
gos q est sermo quasi superflue excessiue euomētes ser
mones:q̄uis hec nō sit deriuatio vocabuli greci s3 me
thaphorice sumptu3. Nimius aūt defectus in huiusmo
di sermonibus dicitur agria. Et inde dicūtur agrij siue
agrici idest agrestes & duri quales sunt amari:de quib9
iam dictu3 est:qui neq3 ipsi dicūt aliquid ridiculū & di-
centibus molesti sunt:& indignantur. Medium autem
inter ista dicitur eutrapolia vnde dicūtur eutrapoli qui
sc3 sic curialiter alios derident q nullū cōturbant neq3
contristant pp̄ter qd̄ vt dicit Aristoteles tales gratiosi
appellantur. Similiter etiam circa sermones nō deriso
rios & magis seriosos est virtus & vitia extrema. Qui-
dam enim omnia causa delectationis laudant:& in nullo
alijs contradicunt extimantes quodcūq3 oportere sine
tristitia:& tales vocantur placidi:quida3 autem istud fa
ciunt non causa delectationis aliorum sed magis cau-
sa proprie vtilitatis & tales dicuntur blandientes siue
adulatores. Et sunt illi precipue qui habent fronte3 ten
sam & subtilem & lucida3 vt dicit Conciliator & in secū-
do libro dicitur:& tales sunt Bononienses sui tempo-
ris vt refert hic idem Conciliator. Puto q causa ten-
sionis est cōplexio cholerica q2 sua siccitate extēdit. Lu
ciditas vero denotat subtilitatem pellis & humorum:&
per consequens spirituu3 & ideo ingeniū declarat(sicut
dixi) Adulatores & dolosi propter mobilitatē spirituū.
Quidam autem ecōtrario predictis quo ad omnia con
trariantur nullum curantes:sed quoscūq3 in sermoni-
bus suis indifferenter perturbantes & vocantur discho
li & litigiosi & etia3 isti magis q̄ primi:vt dicit Aristote-
les sunt vituperabiles. Medij aūt inter istos sunt lau-
dabiles qui.s.respiciunt quos oportet:& vt oportet & ta
les vocantur amici non ab amicitia que procedit ex affe
ctu & dilectione & de qua determinatur octauo ethico-
rum:sed ab amicitia que est quida3 habitus consistens
in cōformitate affabilitatis que potest esse ad ignaros &
notos cōsuetos & incōsuetos:vt tn̄ singulis cōgruit. Nō
enim simpliciter vt dicit conuenit cōsuetos & extraneos
curare nec contristare tales igitur quibus op3 colloquū
tur:differunt autem ab his qui in dignitatibus & qui-
buscunq3 alijs differunt magis & minus notis. Et simi
liter fm alias differentias singulis tribuētes quod de-
cet & fm se desiderantes delectare & innocentes contri-
stare. De predictis tendit Aristoteles hic & in sequenti
capitulo signa ponere:& hoc facit breuiter more suo po
nendo solum signa antiquorum per hoc dando intellige
re signa aliorum & precipue suorum oppositorum. Po
nit.n.in prima parte istius capituli signa eutrapoli que
intelligit per ironem. In secunda vero parte ponit signa
placidi:qui est vnum de extremis oppositis amico:vt di
ctum est. Et etiam pro parte ponit agrici qui opponitur
eutrapolo. Et tamen placidos agricos & precipue placi-
dos intelligit p pusillanimes propter similitudine3 quā
habent cū pusillanimo vt intuenti p3. Et ita per pusilla
nimu3 non intelligit hic directe illu3 qui opponit magna
nimo quem supra appellauit animosum:quod tn̄ posset
dici. Potest eni3 magnanimitas sicut q̄libet alia virtus
hr̄e diuersa extrema diuersis rōnibus sibi opposita:co

ꝙ circa vnū ⁊ idē pōt multipliciter peccari ⁊ errari: licet nō in vno possit bene fieri. Et ita ⁊ placidus ⁊ agricus ⁊ blanditor ⁊ alij hm̄oi possunt opponi magnanimo eo ꝙ magnanimus hꝫ conditiones istis oppositas vt supra pꝫ in cap. proprio. In sequēti vero capitulo ponit signa bomolachi ⁊ etiā discholi ⁊ litigiosi: vtrūqꝫ .n. intelligit per amatores cōtumeliarū ⁊ hī eo ꝙ tales cōuicia recitant: vt dictū est. Cōuiciū āt cōtumelia q̄dā est ꝫ Aristotelē vbi supra. Signa aūt amici Aristoteles directe nō ponit q2 pōt reduci ad ironē vel magis proprie ad mansuetū: de cuius signis ⁊ causis in precedenti dictū fuit. Quātū aūt ad primā particulā istius .33. capituli ponit duo signa ironis siue eutrapoli: quorū. ❡ Primū rugositas oculoꝝ ⁊ exteriorū pelliculaꝝ oculos regentium. ❡ Secūdū est ꝙ habet in facie morē somnolenti. Et ista duo signa sunt satis cōgrua. Irones .n. sunt aliq̄lr inuerecūdi: ⁊ aliq̄liter cōtēptiui eo ꝙ nō verecūdant alios deridere: defectus eorū recitādo pp̄ qḋ vident ipsos aliquātulū cōtēnere: vt facit pictor quidā cū tribus suis socijs cōterraneis nostris. Rugositas aūt oculoꝝ significat inuerecūdiā: cuius signū sumit a simia q̄ habet oculos rugosos: ⁊ est aīal valde inuerecūdū vt dicit Aristoteles in libro de aīalibus. Somnolētia aūt aliq̄lis faciei significat cōtēptū. Unde ēt magnanimi: qui sūt cōtēptiui vt dictū est cap. ō aīoso hn̄t hm̄oi somnolētiā faciei vt expositū est supius. Un̄ Cōciliator cap. de derisorib9 ait: dicit ei9 oculos rugosos: ⁊ est eius facies silis somnolēti.

❡ Capitulum .34. De pusillanimis siue placidis ⁊ agricis. Et est Aristoteles.

❡ Textus.

p Usillanimi signa sunt: paruorū mēbroꝝ ⁊ paruorū articulorū ⁊ sunt macri: paruorum oculorum ⁊ parue faciei.

❡ Cōmentum.

p Ositis signis ironis seu eutrapoli hic ponit signa placidi ⁊ ēt aliquātulū agrici. Et precipue placidi q2 agricus cōuenit multū cū amaro in cōditionib9 suis. Un̄ pōt dici ꝙ signa hoīs amari: de quib9 visum est superius cap. 3. sunt etiā signa agrici. Placidus aūt multū assimilat pusillanimo in cōditionibus in signis: ⁊ signoꝝ causis: Signa .n. hic posita significāt supdn̄iū frigiditatis: sicut signa pusillanimi: vt ex dictis pꝫ. Signa aūt q̄ ponit plane sunt ēt eorū cause ex dictis ⁊ dicēdis. Ulterius sciendū est ꝙ pōt dici ꝙ ꝑ pusillanimū etiā itelligit blāditorē q2 de eo nō ponit ꝓpria signa: vel pōt dici ꝙ signa hoīs seruilis de quibus supra visum est in cap. iā allegato: sunt etiā signa blāditoris pp̄ cōuenientiā: quā inter se habent in signis sicut ibi dictū est de quinto signo p̄cipue qḋ significat seruilē: ⁊ ēt adulatorē: vt inferius pꝫ ⁊ patebit. Et Cōciliator eius sunt plani oculi facies mēbra ⁊ articuli ⁊ est macer.

❡ Ca. 35. De signis amatoꝝ cōtumeliaꝝ: ⁊ ē Aristoteles

❡ Textus.

a Matores cōtumeliaꝝ sūt quibuscūqꝫ superius labiū est eleuatū: ⁊ specie precipites sunt superrubicundi.

❡ Cōmentum.

h Ic p̄bus ponit signa bomolochi .i. loq̄ces qḋ est supflu9 sermo vt dictū est superius in cap. 34. ⁊ p̄nt dici discholi seu litigiosi: quos vocat amatores cōtumeliaꝝ: ⁊ signa sunt tria. ❡ Primū est: ꝙ hn̄t labiū superius eleuatum ita ꝙ dētes ⁊ gingiue apparēt: sic ꝙ labia ⁊ gingiue sūt p̄eminētes sicut est i canib9: vt i scd̄o lib. dicet. ❡ Scd̄m signū est ꝙ in specie .i. in aspiciēdo sunt p̄cipites q̄si ꝙ species visiue sint mobiles: habent .n. oculos mobiles pp̄ mobilitatē calidoꝝ spūū in eis regnātiū: pp̄ quā ēt cāꝫ sunt ēt rubicūdi in colore qḋ est. ❡ Tertiū signū: qḋ exponat sicut dictū est in cap. 31. supius. De iracūdis. Et tales notaui habere ambulationes p̄cipites: ⁊ in cōmensuratas vt meo socio patet. Et Cōciliator ait. Labiū si superius eleuatū p̄ceps in simile ⁊ rubicūdus est signū cōtumeliarū. Et Ptolomeus p̄hs ait labia supiora parua ⁊ aliquātulū eleuata verbosū accusatorē ⁊ sūme inuidum declarant: vt expertus loquor: ⁊ sunt seminatores discordiaꝝ: vt etiā in quodā socio expertus sum. Et idē dicetur in .2. lib. ad rectificandum memorias propter excellens vitium quod notandum est.

❡ Cap. 36. de signis misericordis: ⁊ est Aristoteles.

❡ Textus.

m Isericordes sunt quicūqꝫ sunt albi coloris ⁊ puri: ⁊ habēt oculos quasi cū q̄dam lippitudine: ⁊ nares deorsum distantes ⁊ semp plorāt isti tales ⁊ amatores mulieꝝ sunt ⁊ generatiui feminaꝝ: ⁊ circa mores interrogatiui ⁊ bene nati: ⁊ semp cōmemoratiui. Calidi horū autem signa sunt. Misericors est sapiens: timidus ⁊ ornatus: īmisericors est indisciplinatus ⁊ inuerecundus.

❡ Cōmentum.

b Ic Aristoteles ponit signa hoīs misericordis. Et circa hoc facit duo. Primo dat signa ꝓpria. Scd̄o ibi hoꝝ autē signa dat q̄dā ꝑ cōe ꝓuerbiū dicta: circa primū ponit nouē signa quasi dn̄ium frigiditatis ⁊ humiditatis tēperantie caliditatis p̄cedētia. ❡ Primū est ꝙ sunt albi coloris: puri .i. pulchri non plūbei: qui .s. nō declināt ad fuscedinē: sed magis ad aliqualē rubedinē: vbi sciendum est ꝙ ꝫm Auerroim .5. colliget h. cap. de significationibus colorū. Albedo ꝓuenit aliq̄n̄ do ex cōmixtione partiū aqueaꝝ cū terrestrib9 q̄n̄ est i rebus humidis: ⁊ tūc significabit cōplexionē frigidā ⁊ humidam: aliq̄n̄ aūt ꝓuenit ex dn̄io mixtionis partiū terrestriū cū partibus aereis ⁊ fit ex calore aut tēperātia caloris: ⁊ subdit exēplificādo sicut tu vides hoīes hn̄tes pulchrā albedinē: hec Auerrois: ⁊ de tali forsan albedine intendit hic Aristoteles: ⁊ ista albedo significat tēpantiā q2 cū fit ex dn̄io partiū terrestriū ⁊ aereis: frigiditas ⁊ siccitas partium terestriū ꝑ caliditatē ⁊ humiditatē partiū aerearū ⁊ ecōtrario de ista āt mā in plurib9 locis dictū est: in processu. ❡ Scd̄m signū est ꝙ hn̄t oculos cum lippitudine q̄dā nō magna tn̄. ❡ Tertiū est ꝙ hn̄t nares in inferiori pte distās .i. latas. Nā tales notaui hr̄e narē q̄si tumefactā amplā tn̄ sine ordinatiōe materiei. Licet Rasys dicat ꝙ hn̄tes nares latas sūt luxuriosi. ❡ Quartū signū est ꝙ sunt ploratiui .i. faciliter ⁊ sine magna occasiōe plorant: qḋ etiam sicut ⁊ lippitudo oculorū fit ratione nimie humiditatis capitis cuius signū est in mulieribus que citissime plorant ⁊ etiā decrepiti aliqui propter eandem causam. ❡ Quintum signum est ꝙ tales amatores mulierum: sunt enim ex complexione flegmatica vel plus ad istam declinant. Unde diligunt mulieres q̄ etiā sunt flegmatice sicut silē diligit sui silē. ❡ Sextū signū est ꝙ sūt gn̄atiui mulierū qḋ fit ēt q2 sunt frigidi cū sint

flegmatici de quo sufficienter cōprehendi potest. ¶ Septimum est: q̄ sunt indagatiui multum & interrogatiui de factis & de moribus hominum: & istud est vnum de proprijs flegmaticorum: cuius etiā signum in senibus qui multū sunt interrogatiui. ¶ Octauū signum est q̄ sūt memoratiui in ore: memoriter.n. retinent & libenter recitant facta hominum & gesta precipue ab antiquo: sed occurrit dubiū: humidi enim non habent bonā memoriā: vt patet in de memoria & reminiscentia: & ita nō sūt memoratiui. Isti autem sunt humidi & habent capita multū humida cū sint ploratiui multū vt dictū est. Sed dicendū est quod vt dicitur in secūdo lib. in capite sunt diuerse cellule & organa diuersorū sensuum interiorū: que quidē organa sunt in diuersis partibus capitis sita: & ita potest esse q̄ aliquibus eorū existentibus humidis reliqua sint plus sicca. Et ita in proposito misericordes licet habeant cellulas anteriores capitis humidas propter quod sunt multum ploratiui tñ cellulam posteriorē: que est cellula memorie possunt habere plus siccam: propter qd̄ possunt esse memoratiui. ¶ Nonum & vltimū signū est: q̄ sunt bene nati calidi: habent enim caliditatem .i. astutiā benignā & nō malā vel aliter q̄ nō sunt nimis stolidi sicut sunt illi quibus per excessū frigiditatis & humiditatis dominatur. Sed industriā satis cōpetētē eo q̄ cōplexio eorū aliqualiter īclinat ad tēperantiā & caliditatē: sicut dictū est. Deinde cū dicit bonum autem ponit quedam signa ex cōi prouerbio sumpta: forte.n. apud grecos fuit ꝓuerbiū: misericors est sapiens .i. disciplinatus & timidus idest verecundus. Et ꝑ oppositū īmisericors est indisciplinatiuus & inuerecūdus: & ita esse aliquē disciplinatū & verecūdū est signū misericordie sicut ecōtrario esse disciplinatū & inuerecundum est signū hoīs austeri & īmisericordis. Non ponit autē signa īmisericordis & austeri eo qd̄ ꝑ oppositū ad signū misericordie possunt sumi: vt aliqui dicunt: vel possunt forte melius dici q̄ in ista parte: hoīū autē signa excusaret se de positione plurimorū signorū misericordis: & etiā de positiōe sui oppositi .s. austeri & īmisericordis: q̄ satis pꝫ ex signis sensibilitatis .i. verecundi: cum quibus concordat misericors & ex signis insensibilis: & inuerecundi: & etiam amari & inseruilis & litigiosi cum quibus cōmunicant īmisericordes de quibus est dictū: hec Guilielmus nurice. Et Cōciliator in eodē capl̄o ait. Color eius subalbus purus: oculi eius quasi lippitudine caligantes humidi nares deorsum distantes: ploratiui sunt & muliebres: feminarū amatores: feminarū grā tiui negociorū cōmemoratiui aliorū: curiosi sunt & calidi. Dicitur etiā q̄ misericors sit sapiens timidus & ornatus: & īmisericors indisciplinatus: & inuerecūdus.

¶ Capitulum trigesimum octauū. De signis luxuriosi. & est Aristoteles.

¶ Textus.

1 Luxuriosus est albi coloris rectis capillis: & grossis: & nigris: tempora pilosa: oculus pinguis & insanus.

¶ Cōmentum.

b Hic philosophus ponit signa luxuriosi & sunt quattuor que omnia pretendunt dominiū caliditatis & humiditatis. Luxuria significat appetitionē rei grate: rationi nō obtēperate: vt tenet Cornucopie. Intelligit hic philosophus luxuriosos illos: qui frequenter vtuntur coitu: scꝫ in actu & in potentia: coitus notus est. Est enim actus nature ad expulsionē spermatis ad quem ex se ipsis alia lia furiose mouentur & agunt absq̄ doctrina. Et quidē duplex est .s. naturalis & inaturalis: & vterq̄ de fine sumunt exordiū .s. si .n. ad generationē quam intendit dirigitur naturalis dicet̄ simpliciter. si quoq̄ ad euitāda nocumenta que ex seminis retentionis proueniunt: naturalis dicetur secūdū quid cum prosit indiuiduo & non speciei. Si vero ad aliud vt ad delectationē vel obprobriū dei & nature non solum innaturalis: sed oīno preter naturaꝫ & simpliciter merito detestandus cōprobatur. Et de istis intelligit philosophus in hoc loco non singulariter ad conseruationem speciei: sed solū ad declinationē agentis. ¶ Primū signum est color albus rubedinem habens admixtā vt etiam dicit Rasys: cuius color est signum caliditatis & humiditatis: vt in pluribus locis dictum est superius: non intelligit de albo puro q̄ significat flegmaticā cōplexionem quando dicit purus vult dicere pulcher sicut est sanguineus color inter alios colores. Color pellis alba quasi ꝑspicua est propter quod color sanguinis apparet per ipsā: & resultat vnus color qui est rubei īmutantis per albū desuper extensum: & hic vocatur color naturalis & pulcher: quando corrugatur pellis ex frigore etatis denigrant̄ vel pallescunt homines eo q̄ rubor sanguinis non apparet. Et color talis .s. ex albo & rubeo mixto arguit temperamētum & in moribus magnanimitatē & liberalitatē cum audacia vt pꝫ apud physionomos talis color dicitur cādidus vt est apud Suetoniū de Cesare dictatore. Aliqui exponunt q̄ talem colorē facit luna auctore Julio firmico. Dico q̄ male intelligūt: q̄ luna habet dominiū super flegma & rebus aquaticis & femineis q̄ inducūt colorē molē & subterfugientē non ꝑspicuū qui inducit pusillanimitatē vt intuenti patet. ¶ Secūdum signū est capilli recti & nō crispi & magni & grossi & q̄ significāt multitudinē materiei ī qualitate & quātitate. Recti capilli & nō crispi q̄ significaret superdñium siccitatis. Si essent plani significant supdñiū humiditatis: q̄ est materia spermatis. Sperma.n. est humoralis humiditas seu sāguinea delata per venas ad testes ex corpore toto: q̄ ex omni mēbro per resudationis modū & ex principalibus proprie & ex cerebro plurimū fm̄ Hyppocratem de aere & aq̄ & regionibus. Inquit quibuscūq̄ vene de post auriculas incidunt̄ eis vltra prorsus ab omni generatione orbant̄: vñ vt dixi nō cōuersa adhuc sed apta cōuerti. Est enī superfluitas quātitatiua digestionis quare multe aeritatis & pauce terrestritatis: que fit cū dispartitur in mēbris resudatio de venis .3. digestione iam cōpleta in eis: & digestio sanguine: & subtiliato: & recipit alterationē in ipsis mēbris: & fit ꝓpinquus alterationi & assimilationi mēbrorū sperma eorū q̄ iam iunctus est ipsis & actꝰ nutriētes venas & arterias & reliqua mēbra dura cū carēt cibo alteratiōe nō interueniente multa: sed sola assimilatione succedente digestio erit ꝑfecta: & de sua vi illius & proprie: qui vnitus est principalibꝰ mēbris pars separata q̄dā & mittit̄ per venas ad testes: & ibi spermatis naturā assumit. Dixit enim Auicēna in .3. de aīalibꝰ. Et q̄dā humiditates nascunt̄ in aīali cū ipso & cū ipso nascit̄: & quedā post vt lac & spma: & lac alterat̄ ī mamillis: & lac fit ex sanguine superfluo: & ille sanguis qui trāsit in lac nō est ꝺcoctus: decoctiōe sūma: sꝫ spma fit ex sanguine bono: & ꝺcocto: decoctione bona: & cōpleta. Et dico q̄ sūma digestiō est q̄rta digestio: & dico q̄ nutrimētū primo digerit̄ ī stomacho: & post fit sanguis ī epate: &

post in venis: ꝛ quarto in mēbris: ꝛ post quodlibet mē
brum preparatur istud ad similitudinem sui. ꝛ tunc tali
nutrimento fit sperma. Et quanto de homine exit sper/
ma multum discoloratur ꝛ debilitatᷓ suū corpus magis
ꝙ̄ si quadragies expiret d̄ suo corpore sanguis tātus: q2
sperma est res habilitata ad transeundum in mēbra: ꝛ
cū exit aufert naturale nutrimentum mēbri: qn̄ erit in
maiori quātitate ꝙ̄ id qđ fit residuū de nutrimēto mē
bri. Et propter hoc dixerunt medici antiqui qđ sperma
fit de humiditate nuꝑ coagulata: ꝛ in mēbro est nutri-
mentum. ꝛ illud nutrimētū hoc superfluū qđ differt ab
eo in quātitate ꝛ illud trāsit in capillos. Et qđ est super/
fluū in quātitate: ꝛ non differt in qualitate est sperma.
¶ Tertium signum est multitudo pilorū: circa tempo-
ra: ꝛ etiā circa vētrē vt addit Rasys tale enim est signū
bone digestionis ꝛ multitudinis caliditatis ꝛ humidita
tis vt in alio loco dicetur: vbi redditᷓ ratio quare aues
garrule in vētre sunt pilose. Multitudo enim pilorum
circa tēpora: est ꝑꝑ multas venas ꝛ arteriā terminan-
tes circa illum locum. Ideo multitudo materiei est de-
lata ibi magis ꝙ̄ alibi. Idem significat pilositas circa ti
bias vt Aristoteles dicet inferius. Et in. 8. de aīalibus
inquit. Uiri multorū pilorū ad coxas: ꝛ a parte inferiori
sunt multi coitus. Et idem significat pilositas in barba
ꝛ breuiter per totum corpus: tn̄ nimia pilositas totius
corporis: ad naturam magis pecudis ꝙ̄ hominis tēdit
quia significat distemperantiam. Et hec ratio sensualitati
est subiecta vt tenet palemon. Hermes ꝛ Joannes hy-
spanus ꝛ alij doctores. ¶ Quartuꝫ signum est oculus
pinguis insanus. i. in aspectu furiosus: ꝛ accidentaliter
istud signū a more apparentie depositis in furia coeūdi
pro tunc enim aspiciunt furiose ꝑꝑ accēsionē sanguinis
ꝛ spirituum: oculorum lacertis tumefaciētibus. Ideo
habent oculos grossos ꝛ quasi preeminentes. Rasys in
preallegato cap. ait: huius signa sunt albedo coloris ꝛ ru
bedo admixta capillorū ꝛ multitudo ꝛ grossicies leni-
tas atꝙ̄ nigredo: ꝑterea ꝙ super tēpora multos habeat
pilos: ꝛ ꝙ eius oculi sunt grossi. grossicies. n. oculorum
est signum dominij humiditatis. Et Conciliator scribit
oculus pinguis motibus insanus super tempora eius pi
li sunt multi grossi: ꝛ recti. i. non crispi eorum que circa
ventrem inferioreꝫ multitudo color albus admixtus. [illegible]
cum rubedine conspersus sunt signa luxurie. Ego infi-
nitos physionomizaui qui sunt sūme luxuriosi ꝛ vt plu
rimum in bino sexu nephandissimi: ꝙ talis fuit comple
xio ꝛ cōpositio: caput formosuꝫ collū grossum ꝛ viuidū
facies magna mentū rotundū gula amplexa: ꝛ sub men
to valde carnosa ꝛ laxa: nasum magnū spatule late: na-
res ample: pectus magnū: ꝛ venter pinguis: ꝛ crura sub
tilia: oculi risui: habitudo sanguinea ꝛ precipue adusta
vt color mori gelsi imaturi: vt superius notaui. Pale-
mon quidē sui tēporis hoīs noxij hic silendo noīe sub
scripsit qđ de Fauorino putāt intellexisse: hunc etenim
ait tensam frontē habuisse: genas molesas laxum: cer
uicē tenuē: crura grossa: planos pedes tanꝙ̄ pulpis con
gestis: vocē femineā: muliebria verba: partes omnesꝙ̄
artus sine vigore: luxuriosum dissolutum ipatientia li-
bidinū turpia scelera cōmisisse: atqꝫ passuꝫ ab alijs male
dictuꝫ: insuꝑ temerariuꝫ: veneficijs studentē: obiectūqꝫ
ipsi letale venenū clanculo vendicasse: vt narrat Albert⁹
in de aīalibus: ꝛ Cōciliator in suo lib. de physionomia.
¶ Capitulum trigesimum octauum de signis amatoris
somni. ꝛ est Aristoteles.

¶ Textus.

Maiores somni sunt qui habent superiora
a maiora: ꝛ calidi alias curui: ꝛ habent carneꝫ
bone habitudinis: ꝛ pilos circa ventrem.

¶ Commentum.

Hic Aristoteles ponit signa somnolēti ꝑ
b cuius euidentia est sciendum ꝙ vt patet ꝑ
Aristotelē ꝛ per Cōmētatorem suū in de
sensu ꝛ sensato. Sōnus ꝛ vigilia sūt paſ-
siones sensus cōis qđ sic declarāt cū. n. aīal dormiēs nō
careat in somno instrumentis sensuū exteriorū: nec in-
strumētis motuū: ꝛ tn̄ nec sentiat nec moueatᷓ: ꝑꝫ ꝙ cō-
prehēdens sensibilia recessit ab istrumētis sensuū exte
riorū ad interius corporis comprehēdens autem sensi
bilia omnia sensuum ꝛ sensus cōis: cum ille dicit diuer
sitatem ꝛ multitudinē oīum sensibilium omniū sensuū
exteriorū vt pꝫ in secūdo de anima. Igitur sequitur ꝙ il
lud qđ in somno recessit ab instrumentis sensuum exte
riorum est sensus cōis. Ex quo sequitur ꝙ somnus est
sensus cōis ad interius corporis ad suū principiū. Uigi
lia est motus istius virtutis ad sua istrumēta extra cor
pus. Et ꝙ somnus sit introitus sensus cōis ad interius
corporis: ex quo vlterius sequitur ꝙ sensus exteriores
nō sentiāt: probat Cōmētator vbi supra per signa eo ꝙ
vigilanti accidit simile q2 transeunt ipsa sensibilia ꝛ non
cōprehendit ea. Et hoc est qn̄ cogitāt de aliquo maximo
tunc. n. quiescūt istrumēta anime sensibilia ꝛ sensus cō
munis inducitᷓ ad īterius adiuuādū virtutē cogitatiuā:
que viget apud quietē aliquoꝝ sensuū: hec Cōmētator.
Ex quibusdā īterpositis subdit. Et signū ꝙ vtutes sen
sibiles ꝯhuntᷓ apud somnū īteri⁹ est: q2 qn̄ homo cogi-
tat de aliq̄ re difficili: maxime contingit ei somnus ita ꝙ
quibusdā hoīb⁹ accidit silē morti. s. ꝑꝑ debilitatē virtu-
tuꝫ extrinsecarū: ꝛ per vsum virtutū intrinsecaruꝫ in cō
prehendēdo nobilia: ꝛ videndo spiritualia existentia in
mundo: scilicet Angelos ꝛ celos huiusmodi. hec Cōmē
tator. Et quia cor est radix ꝛ principium sensus cōmu-
nis: ꝛ cerebrum est primum ipsius instrumentum cum
quo: vt subdit vbi prius idem Cōmentator. ꝛ dicit idem
quarto colligeth capitulo de accidentibus somni ꝛ vi-
giliarum. Et cum somnus sit introitus sensus cōmunis
ad interius corporis manifestum est ꝙ primum istius
introitus est a cerebro: ꝛ finis ad cor. Et vtrūꝙ̄ istorum
est causa istius introitus: sed cor est causa primaria ꝛ ce
rebrum secundaria. Ex quo sequitur ꝙ somnus fit
propter introitum sensus communis ad interius cor-
poris ad suum principium quod est cor. Quia vero eis
quod accidit omni animali causa cōmunis est calidum
frigidum humidum ꝛ siccum: ac compositum: ꝛ sic cuꝫ
ex eis introitus sensus communis ad cor fit propter
hoc ꝙ calor naturalis est solum sensus communis. si-
cut nec aliquis alius potest explere suam operationem
contrahitur ad suum principium: quod est cor. Con-
tractio vero caloris naturalis ad cor accidit sibi per suū
contrarium quod est frigidum ꝛ humidum quemad-
modum expansio eius ad extra fit per caliditatem ꝛ sic
citatem sequitur ex omnibus ꝙ somnus fit propter fri
giditatem: ꝛ humiditatem quem dominatur in cere-
bro ꝛ vt idem dicit quarto colligeth capitulo: vbi supra
profunditas somni fit propter determinationem mul-
te humiditatis cum frigiditate super cerebrum aut su-
per membrum cōmunicans secū. ꝛ istud probat in de
sensu ꝛ sensato vbi prius per signum q2 quādo aliquis

cõcedit cibaria frigida ⁊ humida accidit ei multus ſom
nus. Modũ autẽ ⁊ cauſam ꝙ.ſ.contractio caloris na
turalis: ⁊ per conſequẽs ſenſus cõmunis ad cor fiat per
frigidum ⁊ humidũ dominãtia in cerebro: optime po-
nit dicẽs: humiditas nata eſt opilare vias caloris natu-
ralis q2 venis ⁊ neruis: ⁊ prohibet ſpiritus inueniendo
ad inſtrumẽta propria: ſicut nubes prohibẽt ſolẽ adeo
ꝙ nõ põt venire ad extrinſecum: frigiditas vero nata eſt
mouere calorẽ naturalẽ ad ſuã originẽ q2 eſt cõtraria ei
et ſi nõ corrupet ſtatiꝫ calor naturalis. hec ille. Somnus
igit̃ fit pp humiditatẽ ⁊ frigiditatẽ in cerebro dñantes
ſcꝫ fit aũt per dñium iſtaꝝ qualitatuꝫ in cerebro duplici
de cauſa. prima eſt cibi digeſtio ⁊ ipſius digeſti in mem
bris vnio ſiue inbibitio. Scda eſt fatigatio que accidit
inſtrumẽtis ſenſus: ⁊ calori naturali. Et ꝗtũ ad primũ
eſt ſciẽduꝫ: qđ aĩa que eſt vno modo vna: ⁊ alio mõ mul
ta: ideo habet in ſuis virtutibus operationes ꝑ aggre-
gationẽ eorũ. Cum ergo fuerit ſibi neceſſaria actio ali-
qua indiget inſtrumẽtis quibus vtit̃ in alijs actionib⁹
ad illã actionem vt vigilet in vna actione: ⁊ ideo calor na
turalis apud digeſtionẽ cibi refertur ad actionẽ virtu-
tis nutritiue ⁊ hoc eſt ad interiora corporis. Deinde ve-
ro cũ cibus digeſtus ⁊ alteratus in ſanguinem miſſus
fiunt ad cor: ⁊ deinde ad vnũqđq3 mẽbrum ſm conue
nientiam ibi ad cerebrum illud: qđ conuenit ſibi ſcilicet
pars frigiditatis: ⁊ humiditatis: ⁊ qñ mẽbris aduene-
rit nutrimentum humefiunt ⁊ infrigidantur: magis ꝗ3
ante maxime mẽbrum naturaliter: qđ eſt frigidum ⁊
humidum: ⁊ ideo dum cibus digeritur caliditas natu-
ralis patitur a cibo ⁊ humefit: ⁊ infrigidatur. Nutrimẽ
tum.n. vno modo eſt ſimile: alio modo diſſimile: ⁊ fiũt
etiam in mẽbris vapores groſſi ex quibus turbatur ſpi
ritus naturalis: ⁊ grauatur ⁊ mouetur redire ad ſuum
principium quod eſt cor. Et q2 cerebrũ eſt frigidũ ⁊ hu
midum: ⁊ omne mẽbruꝫ leditur in maiori parte per ele
mentum qđ in eo dñatur: ideo in hora nutrimenti inter
oĩa mẽbra cerebrũ ledit̃: ⁊ calor eius infrigidat̃ ⁊ humi
ditas ſua augumẽtat̃: ex quibus oĩbus cauſat̃ ſomnus
Et calor eius đbilitat̃ humiditate augumẽtata: que pro
hibet trãſituꝫ caloris naturalis ⁊ ſpiritus: vt dictuꝫ eſt:
debilitat̃ actio eius in ſe ⁊ alijs mẽbris. Secũda autem
cauſa cõtractionis naturalis caloris ad cor eſt de gene-
re iaꝫ dicte cauſe qñ calor naturalis fuit q2 ſparſus ⁊ di
minutus ꝑ motũ in loco ſiue ꝑ labores corporales ⁊ per
motus apprehẽſionis ſenſus ſiue ꝑ labores aĩales ſta-
tim aĩa mouebit ipſuꝫ in ꝓfundũ corporis vt agat ꝑ il-
lum in reliquas poſtremi nutrimẽti ꝑtes ⁊ ſic augmẽ-
tatur ſubſtãtia eius ⁊ acquirit aliquid loco eius qđ diſ
ſolutũ eſt ab eo. Tertia autẽ cauſa eſt ꝙ qñ motus ſpar
ſerit calorẽ naturalẽ tunc remittet: diminuetur ⁊ aggre
gabitur pp frigus: ⁊ ſic cõtrahitur ad ſuũ principiuꝫ vt
expellat a ſe cõplexionẽ accidentalẽ: hec oĩa cõmẽtator.
Ex predictis oĩbus poſſũt elligi duo. Primũ eſt ꝙ ſom
nus fit ex dominio frigiditatis ⁊ humiditatis cerebri.
Et hoc idem vult Raſys: dicens calida ⁊ ſicca cerebra
ſunt in vltimo gradu paucitatis ſomni in eis parũ pro-
fundi. Frigidum aũt ⁊ humidũ cerebrũ habẽtes mul-
ti ſunt ſomni. Secũduꝫ eſt ꝙ illi in quibus videlicet vir
tus digeſtiua vt in pluribus habent cerebra humida ⁊
frigida ⁊ ꝑ cõſequẽs tales ſunt ſomnolenti. Et ſm hoc
Ariſtoteles inter ſigna ſomnolẽti ponit aliqua ſigna hu
miditatis ⁊ frigiditatis cerebri directe. ſicut eſt hr̃e ſu-
periora magna ideſt habere caput magnũ ⁊ carnoſum
⁊ ſimiliter habere facieꝫ carnoſam ⁊ eſſe curuum ideſt
ſtatura inclinata: ĩclinatio.n. ⁊ ſtatura corporis teſtatur
ſuꝑ frigiditatẽ cõplexionis totius corporis: hec Guiliel-
mus nutrice vt in prehabitis tactuꝫ eſt: ⁊ potiſſimuꝫ ſi-
gnum huius eſt tumefactio circa oculorũ circunſtantiã
⁊ arguit ſomnolentiã: vt multotiens notaui. Aliqua ve
ro ſigna ponit: que ſignificant frigiditateꝫ ⁊ humiditatẽ
cerebri ꝑ accidens indirecte: ſicut iſta que ſignificant ſu
per vigorem digeſtiue virtutis ſicut eſt calidum ex cõ-
plexione vt habet alia littera Et habere carnẽ bone ha-
bitudinis: ⁊ pilos in ventre vt etiaꝫ ex dictis patet. Po-
teſt nihilominus per bonã habitudinẽ carnis in tali cor
pulentia multaꝫ habens pinguedineꝫ: qualis eſt in frigi
dis ⁊ humidis vt dicit Raſys: vt ſupius diximꝰ in cap.
de ſignis frigide ⁊ humide cõplexionis tales.n. vt dicit:
habẽt multũ ſomnũ. Uel poteſt dici ꝙ ponit aliqua ſi-
gna: que ſignificant ſuꝑdñium frigiditatis ⁊ humidita
tis: aliqua que ſignificant ſuꝑdñium caliditatis ⁊ humi
ditatis: non ſolum cũ frigidi ⁊ humidi ſunt ſomnolẽti:
ſed etiã calidi ⁊ humidi ſaltẽ in cõparatione ad calidos
⁊ ſiccos: qui ſunt pauciſſimi ſomni: vt dictũ eſt auctori-
tate Raſys. Et Cõciliator optime ſcribit de phyſiono-
mia amatoris ſõni dũ ait. Eius caput eſt magnũ: humi
duꝫ carnoſuꝫ vene occulte ſuꝑiora ĩferiorib⁹ multũ ma
iora caro mollis: oculus humidus ad clauſurã đcliuis.

Capitulũ. 34. Utrũ longus ſit ſapiens vel ne.

Textus.

Iam trium eſt apud vulgus longus rare
ſapiens paruus nunꝗ3 humilis.

Cõmentum.

Sciendum eſt ꝙ pluribus modis poſſu-
mus intelligere de lõgitudine: primuꝫ eſt
qñ eſt longitudo cruriũ: ⁊ breuitas ab in-
guine vſq3 ad furculaꝫ pectoris. Secũdo
modo qñ colluꝫ eſt longũ ⁊ regio duorũ ventriũ eſt bre
uis ſcꝫ ab inguine vſq3 ad furculã: tñ crura ſunt breuia.
Tertio mõ quãdo totũ corpus eſt longum. Inquit Al-
bertus in libro de ſecretis mulierũ. quedã aĩalia genera
ta ſunt longa ⁊ ſtricta: ⁊ quedã breuia: hoc eſt ex diuer-
ſitate cõplexiõis: q2 ex colerico calido ⁊ ſicco generatur
corpus longuꝫ ſtrictũ ⁊ gracile: eo ꝙ calor in eo multuꝫ
extenditur. Dico igitur ꝙ ex corpore colerico cauſantur
ſpiritus calidi ⁊ ſicci licet ſint ſubtiles tamẽ apprehenſi
ue ſunt inobedientes: vt dicetur in libro ſecũdo. Si ap-
prehenſio ſit ab humido ſiccũ eſt cõtrarium humido tñ
conforme eſt memoratiue. Sequitur in cerebro eſſe q̃li
tates oppoſitas ⁊ cõtra oꝑantiã in vẽtriculis in q̃litati-
bus acutis. Alia ratio eſt ꝙ corpus colericũ cito iraſci-
tur ⁊ inflãmatur: ad quod ſequitur impatientia ⁊ inſta
bilitas ꝓpter quod ſunt in cõtinuo motu ⁊ vacillant q2
non poſſunt pauſare ſpiritus eorũ: ⁊ per conſequẽs nõ
poſſunt habere ſapientiaꝫ: q2 ſapientia non procedit niſi
a temꝑamẽto cõplexionis ſeu forme corporalis: ⁊ abſti
nentia vitioꝝ nõ procedit niſi a cõplexione ſanguinea tẽ
perata: colerica autẽ eſt maligna ſicut pꝫ in carminibus
iam allegatis: ſi proportio mẽbrorũ non obſtat. Si in-
telligis primo modo. ſ. crura magna ⁊ breuitateꝫ ab in-
guine vſq3 ad furculaꝫ pectoris: dico ꝙ non põt eſſe ſa-
piens: ratio eſt ꝙ ex magnitudine crurium ⁊ ſubtilitate
arguitur ignorantia vt tenet philoſophus ad Alexan-
drum: ⁊ idem ſentit Conciliator in phyſionomia de

instrumētorū gressu: dum ait. Crura subtilia nervosa:
aspera fm Aristotelem: videntur abundantiam vene=
ris nuntiare: cum eorū materia nutrimētalis cōvertat
in sperma relatum ad aves. Idē tenet philosophus de
cima particula problematū problemate vigesimo quar
to. Dum inquit propter quid hoīes ꝛ oves pilosi vene=
rei sūt. Aut qꝛ calidi ꝛ humidi fm naturam sunt: opus
est aūt vtriusqꝫ ad coitū calidū.n. expellit: humidū autē
expellitur pp idem aūt ꝛ colerici viri: nutrimētū autem
ipsius paucū quidem inferius aūt pp siccitatē crurium
in superiorē enīz locū accedit multū: ꝛ in sperma cogit.
Et ait etiā cur hyrci homines ꝛ aves veneris sunt avi=
diores. An ꝙ natura humida ꝛ calida sunt: qua quidēz
vtraqꝫ qualitate opus ad coitum est. Calor.n. excernit: hu
mor excernit̄ hec eadē ratio. his.n. vt parum alimentum
deorsum pp crurium vitiationē labitur: sic multum lo
ca petit superiora: seqꝫ in semē cōvertit hec philosoph᷒:
ꝛ maxime si sequitur ventrosa habitudo cum pilosita=
te. Ideo sunt lascivi luxuriosi: quod est contra habitum
sapientie seu scientie. Scientia quidem speculativa vult
totum hominem: sed si alicui vitio succūbit tēpus amic
tit: ꝛ ipsum non est distributū ad congruam materiam.
Si intelligis collum cum brevitate ab inguine vsqꝫ ad
furculā pectoris ꝛ brevia crura dico ꝙ ex talibus scien
tie impossibilitas arguit̄: posito ꝙ in illa parvitate sit la
titudo pectoris ꝛ ypocundria magna arguit fortitudi=
nem virtutis scilicet epatis ꝛ cordis: tamen cerebrūz qꝛ
est frigidū ꝛ exangue: quando collum est valde longuz
ꝛ per consequens multum distat a corde tanqꝫ a fonte
caloris vt tenent philosophi ꝛ medici: ꝛ precipue etiam
Egidius in carminibus de cōplexione cordis ꝛ forma ꝛ
cōpositione: ꝛ de officio eiusdem vbi dicit.

¶ Cor vite sedes vitalis fida caloris
¶ Mansio: nature basis vnica sol microsmi.
¶ Vivifici thalamus tronus ꝛ penetrale vigoris.
¶ In quo fonticulus scaturit qui fomite puro.
¶ Membra regit: vegetat auget disponit adurit.
¶ Hinc stabiles numeros ꝛ physica vincla requiras
¶ Ex quibus humane constant fundamina vite:
¶ Et sementinis hanc incolit insita causis
¶ Et sibi germanam reddit vitis ignea sedem:
¶ Unde datur membro species cognata calori.
¶ In conum consurgit apex: terrestria fundant.
¶ Edificantqꝫ basim sursum leviora feruntur.

Cor enim necessario oportuit mobilitati acquiesce=
re: vt per eius motuz vitalis spiritus infunderet in mē
bris cuius infusio vniversum corpus habet vegetare ꝛ
vivificare. Ad propositum redeundo si collum esset lon
guz ꝛ distans a fonte caloris sicut dictū est. ꝛ per hoc pa
rum de calore ꝛ spiritu terminantur ad cerebrum ꝛ nō
sunt capaces ad operationes debitas qꝛ sunt debiles ꝛ
indigesti: ꝛ per hoc sunt operationis exigue: ꝛ ēt sunt ti
midi sicut nos vidimus ꝙ anseres intrantes domum p
hostium quātūcūqꝫ magnum inclinant capita qꝛ habēt
collum valde longum ꝛ timēt per supra notata: ꝛ caput
eorū non possunt substinere ideo flectunt̄ eorum capita.
Ideo ratione timiditatis sequit̄ insipientia pp organuz
intellectus indispositum. Si intelligis longum absolu=
te: dico ꝙ aliquotiens reperiunt̄ viri ingeniosi: qui sunt
magni ꝛ scientes seu sapientes. Et hoc est quando sunt
bene cōplexionati a tota habitudine ꝛ precipue sangui=
nea: sicut fuit Magnificus Laurentius de medicis: qui

habebat optimam habitudinem excepta facie. Et hodie
est magister Gratianus ordinis minorum philosophus
ꝛ methaphysicus ꝛ theologus sūmus. Et etiaz eximus
ꝛ excellentissimus vir vtriusqꝫ iuris optimus interpres
Thomas sclaricinus: alias gāmarus: ꝛ est homo proce
re stature: ꝛ quam bene complexionatus cum optima
forma capitis ꝛ cum celestibus oculis in profundo posi
tis. Et etiaz hic omnia que ad disciplinas attinent libe=
rales non ignorat ꝛ inter cetera est optimus metoposco
pus: idest physionomus a nobis ꝛ ab alijs huius scien=
tie peritis iudicatur: ꝛ plurimuz artē picture valet. Frā
ciscus: alias Francia acutissimus aurifex ꝛ pictor habē
tur: corpus eius est procere stature: ꝛ bene organizatuz:
Inter aurifices optimus pictor vnus ꝛ iter pictores au
rifices optimus pictor vnus ꝛ inter pictores aurifex per
spicuus: de istis non est intelligendum: sed de mala ag=
gregatione membrorum: Tamen rarissimi isti ꝛ raris=
sime colerici nisi sit bona proportio. De parvis. Et re=
spondeo: nuncius nature de partibus animalium libro
quarto capitulo nono dixit caput cerebri gratia potissi=
mum est a natura fabricatum. Hanc etiam partem ge=
nus omne sanguineum habeat necesse est: ꝛ quidem lo=
co obiecto cordi ob eas: quas exposuimus causas: sed
natura sensum etiam non nullos in eo collocavit: quo=
niaz sanguis eius membri temperatus modice sit ꝛ ido
neus: tum cerebrum tepefaciendum: tum ad sensuum
tranquillitatem atqꝫ integritatem: ꝛ in eodem loco in=
quit. Quamobrem bruta hominibus sunt dementio=
ra: ꝛ enim inter homines pueri viris: ꝛ inter viros po=
miliones deficiunt quāqꝫ alijs viribus forte valeant: cu
ius rei causa est: quam diximus: principiū animi ad mo
duz difficile motu corpulentūqꝫ in his est: concludendū
est ꝙ cerebrum non potest esse tepidum: imo inflamma=
tur: ꝛ continue est igneum propter parvam distantiā: idō
sūt irascibiles: ꝛ subtilit̄ animosi ꝛ sollicīti ꝛ vt plurimū
audaciores. Unde Flavius vegetius d̄ re militari ait nē
cessitas igitur exigit notam stature rationem habere qꝫ
virium. Et ipso homero teste non fallimur: qui Tideuz
minorem quidem corpore: sed fortiorē armis fuisse si=
gnificat. Scientia vel sapientia non procedit nisi a mem
bris bene dispositis cuius organum est cerebrū. Officiū
divinuz est intelligere atqꝫ sapere: tamen ex habitudine
sanguinea potest se frenare sicut dictuz est de Hyppocra
te choo: vt testatur Laertius: qui collum breve habet ex
quacūqꝫ complexione non potest esse humilis nec fide=
lis ꝛ sunt mendaces: quod in pluribus notavi: de qui=
bus vnus est legista quidam compatriota noster. Un=
de Blasius de Parma super quarto physicorum ait:
Propter quid est ꝙ habentes collum breve sunt auda
ces ꝛ vindicativi. Causa est qꝛ isti habent cerebrū iras=
cibile: ꝛ concupiscibile non multum distans a corde: in
quo est generatio sanguinis ꝛ spiritus: hinc est ꝙ alterā
tur a facili causa ab extrinseco: ꝛ ī eis faciliter bullit san=
guis: ꝛ sunt mobiles sine stabilitate. Omne enim calidū
teste philostrato velociter mobile: per oppositum iudi=
cabis de habentibus collum longum ꝛ gracile: tales
nāqꝫ sunt timidi: vt dictum est de collo longo dico tibi
ꝙ esse potest complexio totius corporis adusta: illa adu
stio est tēperata ab humiditate cerebri: ꝛ illa adustio mi
norat̄ in illo lōginquo itinere qñ ꝑvenit vbi est cerebrū
spūs sūt exigui: ꝛ deprimit̄ illa malicia sicut ī plurib᷒ vi
di: ꝛ maxie in doctore q̄dā artista de p̄ria nr̄a hūc pre=

cipuum ingenium ⁊ est longa statura tñ timidus. Semper vidi illos qui habent collum breue esse impatientes ⁊ libere lingue: de numero illorum sum ego propter causam antedictam. Caue ⁊ summe precaue ab illis qui habent collum curtum ⁊ grossum ratione carnositatis: qñ habent vnum spondile eminens: quod apparet manifeste: ⁊ collum flexum ab anteriori parte: isti tales sunt bilingues: loquaces deceptores: fraudatores: ⁊ simulatores: poliphagi. ⁊ multibibi alia dicunt: alia autem faciũt: hoc etiam expertus suz in pluribus locis. In nostra patria sunt tres tales ⁊ summa experientia. vidi in quodaz gallico ⁊ maxime: qui anno millesimo quingentesimo: quo tempore Rex gallorum de statu mediolanensium triumphauit. dum Bononie maneret: fingeretqꝫ se esse Regio legatum conatus est vafricia ⁊ caliditate sua: decipere Illustrissimum principem nostrũ Joãnem Bentiuolum patrie nostre parentem optimum. Sed re cognita maximo cum dedecore abijt. Malignitatem nature illius hominis cum primum illum vidi predixeraz quibusdam meis beniuolis: ⁊ in primis mecenati meo Petronio ballatino viro summi ingenij summeqꝫ prudentie: ⁊ merito sescalcho Illustrissimi principis nostri. Judiciumqꝫ meum quamuis notum iam esset omnibus: tamen corroboratum fuit verbis quorundã nobiliuz gallorum: ⁊ precipue excellentissimi viri Ugerij acrimontis inuictissimi Regis Francorũ legati qui eidem Petronio: hospiti suo de vita moribus ⁊ natura illius cũcta narrauit. Et est sentẽtia nuncij nature in physionomia sua ad Alexandrum: cum dixit qui habet collum breue est valde calidus fraudator ⁊ astutus. Qui vero habet collum grossum est stolidus ⁊ comestor magnus. Idem sentit Conciliator: ⁊ Rasys duz ait; qui collum habet curtum calidus ⁊ est ingeniosus: idest in nephãdis operibus. Tamen nos debemus intelligere qñ membra sunt proportionata aliter est erroneum.

Capitulum quadragesimum: vtrum rubeus sit infidelis, vel ne ⁊ albus timidus.

Commentum.

cupidum hominem insinuant: ⁊ barbarorum timidita-
ti proportionantur: huiusmodi ⁊ assyriorum ⁊ sunt ex-
tra mensuram auari. Capilli autem multi grossi atq; de
pressi cum pilositate reliqui corporis in puero testantur
ipsum cum creuerit melancholiam: idest maniam incur
rere: quia quando augentur in etate representant mul-
tam adustionem preter naturam: que causat egritudi-
nem fatuitatis. Cumq; linea vltima capillorum fronti
imminet animosum talem esse ex hoc ostenditur: ratio-
ne caliditatis: ⁊ hic Martem colocamus. Si autē econ
tra a fronte recedant calidū ⁊ parui intellectus demon
strant. Si quidē vltima linea post sinciput ad q̄d termi
nant capilloꝝ origines descēdit vsus ceruicē i nequicijs

calidum nunciant insipientē in bonis τ libidinosum. Et si quidem vltima linea capillorum ex priori parte cū longe superior a ceruice est tardum: timidū: foemininūq; alius demonstrat. Capilli vero flaui lōgi solares existūt: τ aium habētes eos sic regales videmus esse. Capilli verocani venereos mores indicant: τ si i facie Mercuriū τ Martem collocare possumus sunt alchimiste τ monetarij oīa etiā mala ptractantes. Si Saturnum amplectitur incātationes caracteres: atq; nigromantiam τ similes fatuitates indicant. Nec nō filios rectos obliquosq; patient: Et philosophus de generatione aīaliū ait. Qui autē hō maximū humidissimūq; cerebrū habet: hic solus aīaliū ita afficit. Mulieres nō caluēt quoniā natura eorū similis puerorū nature est vtraq; .n. sterilis seminalis excremēti est. Spadones ēt nō caluescunt qm̄ in foeminas mutant. Et idem .4. cap. Quib⁹ igit hoibus natura pilorū parū calida est: plusq̄ humoris subit calor pro prie nequit cōcoquere: atq; ita humor putrescit calore aeris ambientis: fit .n. putredo queq; a calore: sed nō sub natiuo q; : vt alio loco exposui. Disputationem inter Gallenum τ Aristotelem taceo: q2 non pertinet ad physionomiam. Sed illi qui altius se agit sufficit nobis ostendere canitiem causari ex complexione flegmatica τ a natura propinqua mulierib⁹: q2 experimentū concernit.

¶ Quesitum tertiū Augustini Discipuli ad eundē Colitem Magistrum. De significationibus capitis.

Discipulus

¶ Textus

Inquit phs in methaphoricis. Quicūq; habent caput magnū fatui alias insensitiui referunt ad asinos. Quicūq; habent capita pineata inuerecundi τ referunt ad aues hn̄tes vngues curuas.

¶ Dispositio Magistri ad Discipulum.

¶ Comentum.

Septē conditiones seu formas capitis imaginari possum⁹. Prima est qd̄ nō habeat eminentiā in anteriori parte sed in posteriori. Secunda q2 eminentia sit in anteriori τ nō in posteriore. Tertia q2 careat eminentia anteriori τ nō posteriori: τ sit formaliter spherica. Quarta q2 tempora sint eminentia q̄z anterior pars τ posterior. Quinta q2 sit in forma pineali. Sexta q2 sit maior distantia ab auriculis in anteriori parte q̄z in posteriori. Septima: τ vltima q2 sit in optima forma: τ de ista itelligit Gallenus Auicēna τ Auerroys primo colliget. τ hec est sn̄ia aliorū doctorū τ peritorū. Cuius forma est sicut pila leuiter cōpressa ab vtroq; latere τ causat eminentia anterior τ posterior: τ vbi sunt tēpora fit aliquid planiciei. Vn̄ Auicēna prima tertij cap. x. dicit. Cognitio vero facta fm̄ paruitatem capitis τ magnitudinem eius est q2 op3 te scire qm̄ causa paruitatis capitis in creatura est paucitas nature: alias materie sicut causa magnitudinis eius est materie multitudo. s. materiei spmatis partite in partitione que capitis est nālis. Amplius si fuerit materiei paucitas cū fortitudine virtutis formatiue prime erit bone forme: τ erit minus malum: eo q2 priuati capitis adiungit figure malitiā in creatura. Qd̄ significat debilitatē virtutis sed qd̄ ipsius nō est expers malitie in forma cerebri τ debilitate virtutis: τ cōstrictione meatus virtus moralis τ naturalis vel animalis quapropter physionomici dicūt q2 hic hō est pfidus: timidus: velocis ire τ hesitās in reb⁹. Et etiā Auicēna prima primi: sūma prima: doctrina q̄rta. cap. 2. de anotomia capitis dicit. Que nō sunt ad propositū nostrū omittunt. Et Rasys ait cerebrū formā sequit cranei. Paruū nāq; si fuerit craneum cerebrūq; paruū erit. Et si eius figura corrūpitur cerebri quoq; figura corrūpet. Quapropter caput i paruitate supfluū necessario est malū. Et cuius figura existit feda: sicutq; palmarū cisti similis est: τ ipsius similis mala est. Caput autem melius est: qd̄ i magnitudine moderatū existit. Decentem habens rotunditatē: q. s. ante τ retro emineat: τ ab vtrisq; auribus paruā habet cōpressionē. Hec Almansor. Ait Marsili⁹ ficinus in cōmētarijs tymei Platonis. Quā necessarius est vsus alimētorū tam optimus est rectus sermonis vsus. Ut caput carnosum foret: oportebat materiā seminālem ex qua caput τ cerebrū generādū erat esse crassum. Vn̄ crassus quoq; spiritū euasisset: pterea textura capitis obtusa vaporū exalationem cohibēs: caliginosum spiritum reddidisset. Qd̄ in genitura ex vniuersa carne qūolibs seminali fuit aridi⁹: coactū est in capitis cutē: ita tuti⁹ sine pōdere munitū. Humor āt p iuncturas ceruici primas scaturiēs: cutē hāc dilatauit iūcture vō subiūcte capiti varie sunt: vt caput τ maxille varijs verti motibus possent. Et vbi motus futuri erāt magis oppositi: plures facte sūt: vbi min⁹ paucio res musculi sane diuersi i capite: facie: ceruice: collo: sicut τ in reliquo corpore sūt diuersis v3 oppositisq; motib⁹ seruituti. Caput hoīs est mēbrū nobilissimum. Et vt testatur nuncius nature de partibus aīaliū libro secūdo capitulo .x. Caput hoīs macilētū carneq; prope omni exutum esse necessariū est: nec audiendi sunt. Qd̄ si carnosum est viuacius hoīum genus futurū censeant. Et in .5. cap. ait cerebrū hoīs proportione maximū τ humidissimū est τ exangue. Et in .7. cap. inquit hō inter oīa aīalia plurimū cerebri h3. s. pportione sui corporis: τ iter hoīes mares plusq̄ femine: cordis pulmonisq; locū calidissimū τ sanguine refertissimū hō h3. Vn̄ aīaliū hō vn⁹ erect⁹ est: calor .n. in natura iualescēs icremētū de medio agit pro suo impetu. Itaq; contra multū caliditatis multum humiditatis frigiditatisq; opponit quāquidē copia sit: vt capitis os: qd̄ caluariā nōnulli appellāt: sero admodū induceret: cū diu calor euaporet qd̄ nulli ex ceteris aīalium sanguine predictis euenit. Iuncturas etiam plurimas in capite homo h3 τ plures q̄z femine eadem de cā vt locus spirantior fit: calor enim cordis atq; principio principium cōsentientissimū sensūq; celerime facit: cū sanguis cerebri vllo pacto mutatur atq; efficitur: operationibus cerebri: aut capitis est intelligere imaginari τ memorari. Et scias q2 in parte anteriori capitis sūt duo vētres quibus fit imaginatio τ in medio eius ventris fit cogitatio. est enim imaginatio qua si quedā impressio τ vestigium sensus: vt narrat Themistius tertio de anima: commento .158. τ in postremo eius ventre quo fit rememoratio τ per ipsum totum sunt virtutes: quibus fit regimen: τ iste virtutes infixe sunt in eo: τ sunt forma eius quod est quia vitalis spiritus vel spiritualis digeritur in retibus suis in ipso cerebro inuolutis ab arterijs: τ generaliter ab eo in cerebro aīalis spiritus: τ per istum spiritum fit penetratio virtutis cerebri ad reliqua mēbra habet Haly scdo tegni capitulo q̄dragesimo sexto

in merographo principialium tamen operationem. Ne-
cessarium est caput habere talem formã sicut malleus:
vt dictum est aliter non potest perficere regimen debitũ:
scilicet q pars anterior sit eminens ⁊ postrema similis.
Ratio est quoniam ventriculi habent congruam formã
ad recipiendum quantitates spirituũ in omni loco: idest
pars anterior imaginari: vt postrema pars memorari: ⁊
in medio ventriculo qñ forma ipsius est leuiter cõpressa
nobilior est cogitatiua qz in illo paruo loco vnio est ma-
xima ad diuidendũ congruum ab incongruo ab obiecto
representatiuo in anteriori parte. Quando forma ante-
rior est depressa deficit iudicium. Et qñ pars postrema
deficit in eminentia: ibi non est memoratiua: ⁊ etiam nu-
cha est cõpressa: ⁊ neruorum motiuorũ imbecillis esse
videtur: ⁊ per consequens totius corporis debilitatem.
Si haberet aliam formam: vt dixi est inconueniens: ex
ista forma de necessitate sequitur caput magnum ex ma-
gnitudine capitis de necessitate sequitur magnitudo ce-
rebri ⁊ fortitudo ipsius: quando causa est fortior: effe-
ctus est fortis. Ex fortitudine cerebri ostenditur fortitu-
do colli ⁊ reliquorũ .s. neruorum. Spatulatũ amplitu-
do pectoris ⁊ hyppocundriorũ ⁊ ossium: vt in primo li-
bro diximus. Idem sentit Joãnes Alexãdrinus in par-
ticula secunda epidimiarum cõmento tertio quãdo re-
peritur talis forma regalis est ⁊ optima qz reliqua mẽ-
bra correspondent. Et ideo dixit Conciliator caput non
vltra rationem cõdignam adauget sensum virtutemqz
⁊ magnificentiam denotat: paruo autem cõtrariũ deno-
tat. Unde syrraci principi optimatũ mãdant in ceteros
imperium. Sed vt nulli referunt: maximũ habenti ca-
put: vt ait Tarreus in prouerbijs: formositas ⁊ cõditio
denotatur. Jacobus quoqz de partibus tornacẽsis ma-
xime laudandus est qui de hac re elegantissime scripsit
super primã Fen tertij canonis. Et magnũ caput quã-
do est cũ figura diuersa: ⁊ cũ subtilitate in neruis collũ
autẽ viuidũ ⁊ subtile ⁊ similiter in ossibus signũ est ma-
litie forme cerebri. Habentes .n. magnũ caput sunt fatui
⁊ stolidi: qd signũ accidentaliter est ab asinis sumptũ
magnũ caput habentibus. Et istud est verũ qñ caput nõ
collo ⁊ corpori est proportionatũ. Et iterũ caput magnũ
⁊ collũ paruũ malũ est: hoc .n. prouenit ex inobedientia
materie ⁊ defectu virtutis formatiue: ex quib9 sequitur
mala dispositio ⁊ cõplexio cerebri quã vlterius sequit
stoliditas: ⁊ fatuitas. Caput vero magnũ corpori pro-
portionatum: ⁊ precipue collo ita q collum sit forte: ⁊ me-
diocriter grossũ cũ fortibus neruis ⁊ grossis laudabi-
liter bonũ signũ est. Habentes capita pineata .i. inferius
grossa ⁊ rotũda superius nõ .s. pyramidalia ⁊ acuta si-
cut disposita est pinea tales nunqz sunt verecũdi sed ra-
paces ⁊ vniuersaliter iracũdi ⁊ audaces. Huiusmodi .n.
dispositio capitis signum est caliditatis ⁊ siccitatis cere-
bri: ad quam quidẽ cerebri dispositionẽ predicta acci-
dentia cõsequuntur: ⁊ talẽ dispositionẽ: vt plurimũ ha-
bent Januenses: ⁊ religiosi nostri tẽporis ⁊ maxime bi-
gotti ⁊ hypocrite. Dicit si quis fuerit mobilis ⁊ instabi-
lis audax ⁊ iracũdus calidum cerebrũ videtur talis ha-
bere. Istud pz p relationẽ quã facit Aristoteles: referũ-
tur .n. capita pineata habentes ad aues rapaces ⁊ de pre-
da viuentes: tales .n. sunt calidi ⁊ multe cholere. Caput
magnũ ceteris signis ingeniũ pferentibus est bona-
rum artium receptaculum: secus si in corpore talia non
adsint signa: quia tunc penitus detestandũ est. Et mani-
festum est quod bonitas forme cerebri: ⁊ malitie forme
eius cõparantur fm q est in illo de additione vel dimi-
nutione: quod est quia bonitas forme cerebri fit a forti
virtute: ⁊ multa materia obediẽte: malicia forme eius
quando est cũ magnitudine figure capitis significat q
fuit virtus debilis: aut q materia non fuit obediẽs. Se-
quitur ergo ab illo malicia in eius complexione. Si for-
ma est decens sicut ostensum est: ⁊ vẽtriculus anterior
bone forme: ⁊ satis humidus: qz apprehensio specierũ
fit ab humido retentio fit a sicco quod est in postrema
parte: quãdo cerebrum est magnum oriuntur nerui ma-
gni quoniam arguũt siccitatem in loco qz sunt ex sui na-
tura frigidi ⁊ sicci. Ergo virtus memoratiua est fortis
in retinendo species: ⁊ diu seruatur: quãdo ventriculus
medius est lateraliter aliquãtulũ cõpressus denotat vir-
tutem cogitatiuam in cõponendo ⁊ in diuidendo quod
apprehensum est. propter vnitatem spiritus in illo loco:
⁊ quãdo caput est sphericũ sunt mobiles instabiles ob-
liuiosi: parueqz discretionis ⁊ sapientie homines deno-
tantur. Motus .n. spirituũ nunqz pausat quod in pluri-
mis gallicorum notaui: vt tenet Conciliator. Sciqz quã-
do est forma spherica necesse est habere ventriculũ me-
dium amplum: quãdo spiritus vniuntur inuenientes lo-
cum amplũ non bene ventre se possunt. Ideo virtus ex-
timatiua est fracta spiritus .n. quottidie circũuoluuntur
in gyrum: ⁊ isti tales multa promittũt ⁊ nihil obseruãt
⁊ sunt importuni: auari inuidi: ⁊ nõ considerant de pre-
terito neqz de futuro: nisi de presenti tñ exigue: talẽ for-
mam vidi ⁊ notaui in decẽ milibus virorũ: precipue in
gallis ⁊ religiosis: ⁊ maxime vt plurimũ obseruãtinis
vt erogationum tempore faciliter notari potest: Et non
est confidendũ omnino de habentibus talem formã: ⁊
precipue quãdo est in corpore cholerico: seu melancholi-
co: qui omnino sunt valde crudeli ⁊ lupi rapaces: Ta-
men si forma vel habitudo corporis est sanguinea depri-
mitur malicia antedicta: ⁊ sunt minoris malicie. Mille-
simo quadringentesimo nonagesimo octauo cum essem
apud Casentinum bella gerentibus Uenetis ⁊ Florenti-
nis: ego ibi in seruitio eram illustrissimi Caroli de Ur-
sinis i loco dicto Montalone. Ubi ipse erat obsessũs ab
inimicis eius. Scriba suus reperto pediculo sup crura
vocauit seruũ ad se vt pediculũ acciperet asserens se no-
le dei creaturã interficere. Tũc ego illius formã annota-
ui: caputqz sphericum inueni: ⁊ nationem allemanicam:
Ideo exclamaui O virum belluinũ: ac barrũ in pedicu-
lum aduertentẽ: ⁊ non in hoiem. Tales enim viarũ de-
predatores sunt ⁊ homicide: qui si diti fuerint: tyranni
sunt ⁊ crudeles importuni ac indiscreti. Item ad propo-
situm redeundo: quãdo dicis caput paruum de necessi-
tate malũ: ratio est: q mẽbrum facile ad lapsum in egri-
tudines est vituperabile: huiusmodi autẽ est caput par-
uum. Ex paruitate quidẽ capitis necessariũ est esse cere-
brum paruũ vt dictũ est: ⁊ vẽtriculorũ angustiã. Unde
spiritus nõ possunt perficere operatiões suas. Ideo in-
flãmantur ⁊ conculcantur ⁊ non possunt euentilari: quia
suffocati sunt: ⁊ nõ possunt exerceri in imaginationibus ⁊
nec diuidere ⁊ rememorari: quia receptaculum est par-
uum ad capiendum magnam quantitatem spiritus.
Ideo sunt irascibiles timidi ⁊ retinentes iram. Quo-
niam caput paruũ indicat cõplexionẽ cerebri esse siccã
⁊ calidã propter inflãmationem. Ira sicut dictũ est ac-
censio sanguinis est circa cor: ⁊ diu permanet qz non hz

citissimam euentationem: ideo reminiscitur iniurie et retinet propter siccitatem: et est exigui iudicij: et intellectus et non potest recte discernere. Ideo semper timent: et sūt loquaces falsa contractantes mendaces: bilingues: a quibus omnino fugiendum est sicut ab inimicis: inquit Cōciliator vt dixi. Magnum caput nō vltra rationē et condignum sensum ad auget virtutē: et magnificentiā denotat. Dum tñ virtutis bonitate et non materie mollicie talem esse constiterit: paruū autē cōtrariū denotat isti?. Cū sm Galienū sit omnino praue operationis proprie nota: presertim cum paruitati fuerit figure cōiuncta malitia: hic.n. timidus hominus et perfidus: ac velocis ire: et hesitans iudicatur in rebus. Hic tñ Aristoteles in problematibus versari videtur in cuius quidem libri expositione hos duos in vnā cōem concordiā adnotaui quod presentia cōsiderationis non existit. Caput quidem breue maximeqꝫ cōspbericum sine virtute et sapientia hominē denotat: qđ et gentibus refertur capadocum. Caput pineatū inuerecūdiā denotat. Caput autē inepte prolixum: et orgānizatione obliquū impudicitie signum est. Quod si humile et planum fuerit insolētie et dissolutionis est nota. Similiter et eminentiā in priori parte retinens insolentiā dicunt testari. Caput quoqꝫ in anteriori parte valle quadā cōcauū dolosum denotat et iracūdum. Caput magnū cū frontis latitudine: et vultu quasi gigantis tardum māsuetū fortē et indocilē denotat: et a bobus accipit rationem. Caput etiam longū aliqualiter protensum vt maleolo sit simile: qualia tuscorū sunt capita prouidum denunciant et circūspectum. Caput rectum in medio lene et fere planū mediaqꝫ magnitudine maius sensibus ingentem et magnanimum denotat. Caput quoqꝫ ad oīa mensuratum ingenio denotat excellentem perspicacem et liberalē interdum quoqꝫ timidus reperitur. Hec Conciliator. Ego cum visitarē vulnera magna capitalia habentē cū quibusdā Chyrurgicis: ille genitricē et consortē contumelijs vilipēdens afficiebat. Tūc medicis admirantibus dixi: non vidistis illi caput esse paruū et pineatū: et corpus sūme colericū: que res triplici modo arguebant siccitatē. Et habebat spatulā sinistrā gibbosam vñ ex tali forma et mēbrorū correspondentia profecto non pōt esse aliter: tunc cōsentientes eorū inaduertentiā cōfessi sunt. Euasit tñ egrotans a vulneribus: sed non a fatuitate. Et opꝫ intelligere caput paruum respectu dimensionis corporis et ita magnū aliter non esset verū: et sic puto tibi satisfactum.

¶ Quesitum quartū: Augustini discipuli ad eundem Coclitem de natura frontis contra Plinium.

Discipulus.

¶ Textus

Inquit Plinius: Friuola vt reor et a vulgo tñ narrata: addit morū aspect?. Simili mō apud nos Trogus: et ipse auctor seuerissimus cuius verba subijciā Frons vbi est magna segnē aīum subesse significat: quibus parua mobilē: quibus rotūda iracundum.

¶ Responsio magistri ad discipulum.

¶ Comentum.

Conatus est Plinius ostendere ignorantiā suā: et deridere oēs physionomistas. Nos probauimus physionomiā esse veram in primo libro. Sed in isto loco nos probabimus via tangibili. Primo verba Aristotelica et postea rationes adiungendo et adducendo. Nuncius nature in primo de natura aīalium cap. p inquit. Faciem: partem eam nominamus dum taxat in homine que calue subiecta est. Nam piscis aut bouis faciem dicere non solemus. Partes faciei frons: que sub sincipite posita inter id ipsū: et oculos est. Quibus hec magna segnes. Quibus parua mobiles. Quibus lata mente moueri idonei. Quibus rotunda iracundi. Auicenna etiam in primo de animalibus auctoritate Aristotelis inquit quando frons est lata idest valde lata stultum: quando vero rotunda. i. promptuaria iracundum ostendit. Idem sentit Conciliator dum ait. Cuius vehementer existit magna piger ponderosus iudicetur hobus cōparatus. Et cui parua et angusta existit: stolidus indocilis inquinatus et vorax ostendit: relatus ad sues. Rotunda dicitur iracundiam et insensibilitatem ostendere. Qui oblongam habēt sensibus preualent dociles sunt aliquantulum tñ vehementes esse censentur. Spaciosa nimis et lata rigidioris ingenij: et praue discretionis notam esse aliqui profitentur. Quadrata mēsurate magnitudini capitis et vultus similis et consona: virtuosum sapientem et magnanimū denotat et sunt relati ad leones etc. Dixit Rasys. Qui paruam habet frontē stolidus est. Qui vero magnam habet frontem est piger. Duplici via possumus inuenire veritatem postponēdo hic experientiam. Philosophus.n. intelligit methaphorice et rationabiliter sicut ostensum est a Conciliatore: primo magnitudo frontis comparatur boui: qꝛ bos est animal pigrum et habet frontem magnam. Ex illa habitudine seu forma ostenditur operatio aīalis illius: qꝛ aīa cōiuncta corpori imitatur habitudinē corporis sicut probatum est. Non potest quidem esse magnitudo frontis sine grossicie et magnitudine ossis frontis qđ indicat multitudinē materiei et inobediētiam ad cōgruā formā: et ex crassitudine ossium denotat pars anterior qꝫ sit flegmatica: et vētriculus anterior sic qꝫ erit flegmaticus: quo flegmate spiritus conculcant et inuiscant. Ideo nō possunt vniri et perficere operationes suas: qꝛ virtus expulsiua est debilior. Quanto os etiā est crassū: tanto magis prohibet partem anteriorem cerebri posse mundificari a fumositatibus capitis. Et etiam: et hoc vt philosophus primo de generatiōe: quia virtus vnita fortior est se ipsa dispersa. Ideo spiritus inuiti non possūt discernere congruis actionibus propter nimium vacuū amplum et flegmaticum. Ex opposito qui habent frontem paruam sunt mobiles. Ratio est qꝛ ex nimia paucitate frontis sequitur loca anteriora habere ventriculos paruos et os subtile: que res ostendunt subtilitatē spiritus. Et quando proueniunt ad illum locū reperiunt locum angustum: qui non est capax quantitate sui. Ideo reuerberando retrocedunt et mouent se de illo loco: et incipiunt discernere: et non possunt perficere primū intentum et non retinent illū et reiterando ad illum locū concipiunt nouum conceptum adeo sunt mobiles qꝫ etiam efficiuntur ignei. Unde philosophus in methaphoricis. Quicunqꝫ frontem paruam habēt indisciplinabiles referuntur ad sues. Quicunqꝫ magnam valde tardi referuntur ad boues. Quicunqꝫ autem rotundam insensibiles referuntur ad asinos. Quicunqꝫ autem longam superficiem inflexibiles referuntur ad canes: idest frontem planam sine aliquibus rugis habentes sunt inflexibiles vel insensibiles contumeliosi: et valde irascibiles

idest inijta pertinaces ⁊ obstinati ⁊ idem inferius in isto loco dicet causas. Quicunqȝ autem quadratam ⁊ moderatam frontem habent magnanimi referuntur ad leones. Quicunqȝ protensam habent adulatores referuntur ad passionem que fit. Et intelligit per frontem protensam frontem equalem quasi vltra tensam: vt etiam dicetur. Quicunqȝ autem obnubilosam audaces referuntur ad taurum ⁊ leonem. Uidebit vtiqȝ aliquis ⁊ in canibus: quando canes blandi sunt valde quietam habent frontem: quando autem est nebulositas in eis iracundiam significat: tranquillitas autem adulationem contrarium per relationem ad eosdem. Medius habitus vtiqȝ horum bene ⁊ decenter se habet. Quicunqȝ autem tristem frontem habent: moesti sunt ⁊ referuntur ad passionem quando moesti tristem habent frontem aut faciem qui autem obscuram: ⁊ dimissam planctui sunt referuntur ad passiones quia planctui dimissi sunt. Et hec philosophus. Unde Plautus in redeunte Leonem describens: ⁊ scienter inquit. Ecquem recaluum ⁊ silonem statutum ventrosum: toruis supercilijs: contracta fronte: idest nebulosa: vt etiam notaui in hominibus crudelibus ⁊ homicidis. Et scias quod nunquam potest esse frons magna sine grossicie carnis: ⁊ econuerso frons parua sine subtilitate pellis. Ratio est quia in fronte est expansa substantia carnosa subtilis ⁊ rara propter porrositates necessarias ad expurgandum fumositates cerebri. Si est parua frons ⁊ subtilitas pellis denotantur spiritus subtiles ⁊ nobiles ⁊ econtra crassa pellis spiritus grossos ⁊ opacos notat. Spiritus enim causatur ex vapore temperato sanguinis: vt aiunt illustres: vnde dicendum est quod spiritus est corpus subtile ex vaporibus generatum: Auicenna de viribus cordis ait. Creauit deus ex concauitatibus cordis sinistram: vt esset armarium spiritus ⁊ minera generationis illius. Creauit spiritum latorem virtutum anime in membra animalium tendentium mediante ipso. Creuit itaqȝ primum appendiculum virium anime spiritum ⁊ manationem. Secunda in membris corporis mediante ipso. Produxit etiam spiritum ex subtilitate humorum ⁊ igneitate quemadmodum corpus ex grossicie ipsorum ⁊ terrestritate. Et vbi est grossicies humorum non potest esse ingenium: vt in primo libro dixi. Quando dixit philosophus quibus lata mente moueri idonei. Intelligit latam cum debita quantitate in longitudine ⁊ latitudine. Ratio est: quoniam ventriculus ille habet decentem formam ⁊ spiritus possunt pausare et colligere species congruas: ⁊ deportare ad medium locum diuisionis sui: ⁊ nota quod latitudo frontis incipit a naso vbi terminantur cilia versus commissuram coronalem: et longitudo frontis intelligitur per latitudinem corporis ⁊ sic incedunt vili nerui: vt aiunt anothomici: ⁊ vidi viros doctissimos philosophos habere talem formam. Et imago Dantis quam vidi Rauenne talis est: ⁊ omnia oportet intelligere cum conditionata forma capitis: ⁊ consonantia vultus aliter non est verum. Sic verificatur sententia philosophi quando ait mente moueri idonei: idest ingenium ad omnia discernenda ⁊ perscrutanda. Quando dicit quibus rotunda iracundi: dico quod intelligit per rotundam sphericam quandam eminentiam et promptuariam ad exteriora. Et talem formam necesse est deficere in longitudine frontis. Causa ista est quia spiritus in illo vacuo reuerberantur ⁊ inflammantur ⁊ diu permanet illa inflammatio: sicut faciunt alchimiste curiosi in furnello reuerberationis ⁊ corroboratur istud dictum quando habent collum breue ⁊ colericum quia inflammatio sanguinis est facilis ⁊ permansibilis. Et aliqui dicunt: qui habet frontem planam sine vlla incrispatione vir est litigiosus ⁊ rixosus. Ratio est quia significat cutim frontis grossam: ⁊ ex consequenti ingenium: ⁊ duriciem carnis que non possit plicari ex quo sequitur rudis intellectus propter organum indispositum: ⁊ etiam sunt homines calidi ⁊ sicci quod est causa tensionis frontis. Ideo ex paucitate intellectus sunt rixosi ⁊ contentiosi: Iste effectus multum verificatur in rusticis ⁊ plebeis qui omnia credunt: ⁊ sibi persuadent scire. Cuius causam declarat commentator Auerroys secundo methaphysice commento 15. dum ait: ⁊ accidit etiam quibusdam hominibus querere testimonium verificatoris: ⁊ hoc accidit per naturam eis in quibus virtus imaginatiua dominatur super virtutem cogitatiuam. Dicunt aliqui ⁊ bene quod frons nimis rugosa declarat inuerecundiam. Ratio est. Quando apprehensiua est debilitata non potest discernere congruum ab incongruo: de quo sequuntur ea que sunt sine verecundia. Causa est: quia pars anterior cerebri est valde humida ⁊ ex nimia humiditate causatur rugositas frontis: ⁊ tamen nota quod rugositas duabus de causis potest causari ex siccitate ⁊ humiditate. Sed differentia est quia illa que prouenit ex siccitate non occupat totam frontem: ⁊ ista declarat irascibilitatem: ⁊ alia iracundiam. Causa est quoniam non discernit illud quod facit ⁊ retinet iram ⁊ odium sine debita causa. Et sunt etiam litigiosi auari ⁊ maledici. O quot stolidi medici non curant scientiam physionomie: ⁊ quasi derident physionomistas propter simplicitatem suam. Inquit Auicenna in secunda quarti. capitulo. 26. ⁊ necessaria quidem est medico physionomia quando videt in facie ⁊ oculo ⁊ alijs membris formam malam non naturalem: ⁊ secundum plurimum vt cognoscat in primis an sit illud naturale. illud indiuiduum secundum ⁊ iudicium. Idem sentit Galenus in primo de complexionibus. Henricus ⁊ Guido in cap. de scrophulis dixerunt: habentes frontem curtam ⁊ tempora compressa ⁊ maxillas. i. mandibulas amplas parati sunt ad scrophulas: quia in talibus prompte materia deriuatur ad collum ⁊ precipue pueri propter gulositatem ⁊ raritatem corporis: ⁊ humiditatem ⁊ magis verificatur quando caput est magnum ⁊ incompositum. Et Conciliator ait: ⁊ qui habet tensam frontem cum quadam lucriditate adulatores sunt ⁊ dolosi. Causam dixi in loco primo capitulo de derisoribus. Habentes rugas superius in fronte in rectum retractas ⁊ maxime ad angulum narium existentes cogitaui hi ⁊ melanchonici designatur. Laxam ⁊ diffusam cum tranquillitate velut arridentem cutem habentes ⁊ concauam valde: ac si foret defossata versuti ⁊ asperi sunt reperti ⁊ forte insinuat inscitiam. Cui velut nebula in riuum fronti est iracundus vocatur: ⁊ tauro vel leoni comparatur habens obscuram ⁊ demissam cum tristicia lugubris animi ⁊ tristis est nuncians ad apparenter pati relatus: horum autem medium virtus. Et Ptholemeus philosophus ait: habens frontem longam: altam ⁊ latam augebitur in bonis. Inquit Michael scotus: cuius frons est in temporibus quasi inflata grossitudine carnis. s. quod habent maxillas carne plenas significat hominem multi animi superbum iracundum ⁊ grossi ingenij. Ratio est grossicies temporum: ⁊ carnis ⁊ maxillarum arguit grossiciem humorum et dominium caliditatis quia est causa iracundie: ⁊ rudita-

illis ingenij. Semper vidi tales habere caput magnum cum figura mala et inordinata: et hec contra Plinium dicta sufficiant.

## Quesitum quintum Augustini Discipuli ad eundem Coditem Magistrum. De supercilijs.

Discipulus.

¶ Textus.

Inquit Philosophus ad Alexandrum supercilium quod habet multos pilos significat hominem ineptum ad loquendum. Et cuius supercilia extenduntur ad tempora talis homo est inuidus. Homo autem habens supercilia rara et commensurata in longitudine et breuitate. Talis homo de facili intelligit.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Comentum.

Scribit nuncius nature in secundo de partibus animalium supercilia vero et cilia adiuuamenti gratia habentur: supercilia enim vt delabentes humores arceant velut imbricamentum sine grunda humoribus: qui a capite emanant paratum: Cilia vt contra incidentie in oculos quasi vallum quoddam prominent. Supercilia in compage ossium posita sunt quamobrem compluribus senescentibus adeo crescunt vt tondendum sit. Cilia venularum densitatis summis initiuntur: nam vbi cutis ibidem etiam venule deficiunt et desinunt: itaque propter vaporem qui inde crassiusculus prodit: pilos his locis enasci necesse est nisi quid naturalis opificij ad alium vsum impediat: hec philosophus et Isydorus .xi. ethimologiarum: ait supercilia dicta: quia supposita sunt cilijs: qui iccirco pilis vestita sunt: vt oculis munimenta pretendant et sudorem a capite defluentem depellant: intercilium vero est medium illud inter supercilia quod sine pilis est. Et sciendum quod capilli siue pili generantur ex vapore fumoso resoluto a chimis qui sunt in corpore: et cause sunt quattuor. scilicet efficiens materialis: formalis et finalis. Causa efficiens pilorum est duplex. vna est calor naturalis: qui eleuat vapores ab humiditate corporis et trasmittit ad partes cutaneas. Alia est frigiditas aeris: quod inspissat et coagulat ipsos vapores et reducit ad formam pilorum. Causa materialis est duplex: prima est remota: et est humiditas corporalis; secunda causa est propinqua: et est vapor terreus qui euaporatur ab humiditate. Causa formalis est figura pilorum scilicet longitudo et rotunditas. Causa finalis est diuersitas pilorum. scilicet ad decorandum sicut sunt supercilia de quibus est sermo. Quando igitur supercilia sunt multum pilosa: habentes sunt inepti ad loquendum. Ratio est quia multitudo pilorum arguit multitudinem materie calide et aduste: ratione caliditatis et adustionis: vnde sequitur vel causatur turpitudo loquelle propter velocitatem: et similiter mores eorum sunt inepti et malefici: quia intellectus: et morigeratio singularis non causatur nisi a temperamento et priuatione adustionis: vt in probabitis in pluribus locis factum est. Ex magna adustione semper cerebrum est calefactum: vel a facili causa calefit calefactione notabiliter per consequens sunt garruli et furibundi: et non cogitant: nec cogitare possunt in verbis suis bonum aut rectum discursum. Quando vero supercilia sunt densa: et habent multitudinem pilorum et continuantur vsque ad initium nasi significant magnam adustionem: et habentes sunt melancholici et praue nature: impij: et aliquando fures et omnino deceptores homicide ac lenones: vt etiam tenet Plautus vt ante notaui et breuiter omnia mala complectuntur. et hoc est quod vernaculus Phus ait.

¶ Non te fidare de le gionte cigle.
Ne de le folte se guercia e la luce
Che chi le porta guarda non te pigle.
¶ Impio danimo ladro falso e fello
Cum bel parlare suo tempo conduce
Rapace lupo cum vista dagnello.
¶ Non fu mai guercio cum lalma perfecta.
Che non portasse de malicia schermo.
Sempre sequendo la superba secta.

¶ In versiculis supra notatis ostendit Strabones rapaces: simulatores: maliciosos: ex superciliorum iunctione et pilositate esse: et similiter monoculos cum supadiunctis: et vniuersaliter mala omnia cogitant. Strabositas causatur multis modis secundum Auicennam. Tertia tertij: cap. 28. de strabositate quando dicit. Quandoque fit strabositas propter mollificationem quorundam lacertorum etc. Et postea subdit: et quandoque fit a siccitate sicut accidit in febribus acutis etc. Et ista est ad propositum nostrum: quoniam corroborat siccitatem que est causa pilorum et associantur due cause ad producendum effectum malignum. Et numquam vidi straboneм sine immensa caterua vitiorum: et fraudulentias habent iniquitates et contumeliositates: et simile dico de monoculis de quibus dictum est. Supercilia ad tempora etc. Inquit Auicenna primo de animalibus supercilia sunt propter detensionem oculorum a puluere. Intelligit philosophus quando descendunt ad originem nasi et superius eleuantur ad tempora. Ratio est quia illa eleuatio ad supius significat omnium caliditatis et siccitatis. Ut dixi de cynedis in primo loco et accipitur pro inuidia secundum philosophum improprie. scilicet pro malignitate vt sunt calidi et malefici. Et Rasis ait. Qui in supercilijs pilorum habet multitudinem multarum est cogitationum et multe tristicie: atque eius loquela foeda est: et crassa: et iste textus confirmat choleram adustam: et humores melancholicos: et causa est multarum cogitationum: et sunt cogitabundi: et tale signum notaui in depredatoribus viarum (vt dixi.) Et lenones homicideque et plurimum fures existunt si sint pallore obducti et pronosticaui iustitiam super ipsos casuram fore. Cuius supercilia inferius descendunt a parte nasi: et superius eleuantur a parte temporis inuerecundus est et habes. Inuerecundus est propter caliditatem furiosam: et nimis mobilem: habes propter eandem causam. Supercilia rara et mensurate magnitudinis insinuant temperamentum propter humorum bonitatem: et propter recessionem a nimia adustione: et tales sunt ingeniosi: et secreta indagantes. Dixit enim Rasis supercilia longa arrogantiam significant et inuerecundiam: causam dixi superius. Conciliator dixit quando spanditur ad tempora inuidus iudicatur: et dicunt quod supercilia longa arrogantem luxuriosumque denunciant et inuerecundum que res etiam in senectutis tempore augmentantur vt plurimum. Supercilia inferius a parte naris descendentia: et superius versus tempora eleuata: et sic vtriusque deuulsa inuerecundum inuidum hebetem stolidum et insatiabilem denotant porcisque comparantur. Dixit Auicenna primo de animalibus: quando supercilia descendunt per incuruationem a parte nasi significat acutum. id est ingeniosum in nephandis negocijs: et quando incuruantur ad lychrymale siluestre significat ioculatorem. Supercilia si fuerint directa lineata et prolixa malum imbecillem et femininum animum demonstrant mulieribus

ydatum. Et ista supercilia nos attribuimus veneri: et vi
dimus vt plurimuz illos esse cynedos: aut sūme luxurio
sos. Ideo dixit Auicēna primo de animalibus quando
supercilia sunt ſm lineam rectaz significat femininum et
ait supercilia dependentia inuidum significare. Super
cilia curata paruā et angustā mētez denunciant. Arcua-
ta adeo vt pene naso adiungant̄ subtilem et ingeniosum
denotant. Et talia supcilia studiosum ostendūt: et Mer
curio dedicantur. Cum vero fuerint supcilia rara diame
tro cōmēsurata suntqꝫ magna: hic facilis denotatur in-
tellectus. Dicunt aliqui: supercilia arcualia si coniungan
tur ad conū nasi subtilez et studiosum declarant. Si aūt
cōnexunt ibidez tristem et parū sapientē attestantur. Si
arcuositas declinat ad tēpora: et ad gibbositatem genaꝝ
negligentez et fatuuz denotat. Supercilia si sint longa et
multorū pilorūz significant viruz magna mediantē. In
surgit hic problema: pp quid pili superciliorum magis
augentur in senectute q̄ꝫ in iuuentute. Responsus est qꝛ
vapores generatiui pilorūz superciliorūqꝫ transferunt-
per iuncturas ossium: et in etate iuuentutis sunt cōpacte
et bene iuncte pp humidi tenacitatem. Ideo vapores nō
possunt habere exitum liberū: quia penetratio illis pro-
hibetur. Sed in senectute humiduz ipsius iuncture est
cōsumptum et desiccatum. Unde ossa sunt magis aper-
ta et consequenter vapores ascendunt liberi et causantur
pili superciliorum longi. De superciliis male dixit Mi-
chael Scotus ideo eius dictū nō inserit̄ qꝛ ignauū phy-
sonomū illū fuisse testor. Si v̄ba eius pscrutentur.

¶ Quesitum sextū Augustini Discipuli ad eundez Co
clitem Magistrū. De ciliis seu palpebris.

Discipulus.

¶ Textus.

i Ibenter velem scire et intelligere aliqua de
ciliis seu palpebris: et de ipsorū significatiōe.

¶ Responsio Magistri ad discipulum.

¶ Commentum.

t Ilia aut palpebras natura ordinauit ad repa
randuz a nocumentis exterioribus sicut sūt
musce: festuce et alia similia: sicut superius di
ximus teste philosopho in scdo de partibus
animaliuz. Dum inquit Cilia vt contra incidentia in ocu
los: quasi valū quoddaz promineant. Inquit Isidorus
xi. ethimologiarū. Cilia sūt tegmina quibus cooperiun-
tur oculi: et dicta cilia ꝙ celent oculos tegantqꝫ tuta cu-
stodia hec Isidorus. Et eadē causa de natura diuersita
te pilorūz est sicut de superciliis. Et hic aggregabo dicta
Conciliatoris et aliorū licet pauca reperiant̄. Cilium qd̄
oculo appropinquat̄ iuxta angulū in lachrymali si vltra
modū paruū et subtile dispositionem cōsuetudinis et ma
liciaz ex figura denotat. Causam paruitatis pilorū indi-
cat mā pauca. Subtilitas pilorū ostendit subtilitatē hu
morūz: et dñium cholere: et tales sunt maliciosi viciosi et
malefici: et tu cōsidera: quid et qualis sit cōplexio choleri
ca. Et tñ carnosior loc⁹ ille extiterit: vt miluorꝫ oculi astu
tia: et mala caliditas indicat̄: Miluorū natura est calida
et rapax. Et est species aquile rōne caliditatis: et est aial
cholericū. Caue igit̄ a cholericis: et lachrymale domesti-
cuꝫ cū est modicū significat astutū vt tꝫ Auicēna primo
de aialib⁹. Ciliū supius eminēs inflatū magis q̄ꝫ plenū
paꝝ supra oculuz declinās insolertē et quasi visuz deno
tat ligatū. Si autē declinant ad inferius plenū crassabū
dum maxime cū sit rubore obductū potatorē ruinosuz
denunciant. Ratio est qꝛ significant debilitatem oculo-
rum: et per cōsequēs cerebri et ex illa debilitate timēt vi
num. Expertus sum in pluribus tabernis vtentibus: et
vinū maluaticū bibentibus quorū vnus fuit cōpatriota
noster Antonius de monte florino potator eximi⁹. Qd̄
si subtile retractum inferius fuerit in tātum vt oculi ob
tegatur albuz a siccitate denotat corpus dominari. Qd̄
si in aliqua peracutatum passionuz contingit: ni tale na-
tura constiterit. Hyppocrate teste mortem denunciat fu
turam. Et Rasys ait: et qñ pili palpebrarū curuātur in-
ferius vel ad vnā naturaliter partē torquentur: menda
cem significant et calidum. Quare palpebre oculis posi
te sint. Respondet Cōmētator vt cōseruaretur comple
xio eorum a rebus extrinsecis sicut vagina gladii: et ideo
qui maiorem et grossiorem habet palpebraz magis aspi
cient in remoto: quia conseruant illam partem a calore
extrinseco: et a frigore. Et ideo multa aialia aspiciunt in
remoto plus q̄ꝫ homo et hoc pp grossiciez palpebraruz.
Hec Cōmentator in de sensu et sensato. Et scias quādo
anguli oculorū sunt dilatati: arguas egritudinem oculo
rum: et si habent aliquaz eminentiam carnosam ebriosi
tatem denotant: et precipue qñ oculi sunt eminentes et tu
nice eorū exsiccate: quoniam in pluribus notaui. Tamē
anguli oculorū dilatati stante causa oculi risini hoīem lu
xuriosum iudicat: et hoc venus sibi vendicat.

¶ Quesitum septimū. Augustini Discipuli: ad eundem
Coclitez Magistrū. De significationibus faciei.

Discipulus.

¶ Textus.

i Nquit Philosophus ad Alexandrum. Fa
cies plana carens tumorositate significat liti
giosum discolum et iniuriosuz: et inuidum.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cōmentum.

f Acies sicut dicit Philosophus arguit ma
teriaz cholericam et spiritus cholericos de
duo sequunt̄ vitia supnotata et qñ sunt bñ
nati habēt faciem talē. s. mediocrē in genis
et tēporib⁹ vergentē ad pinguedinē ille est verax amās
intelligens. Unde ecclesiasticus .13. cor hoīs īmutat fa-
ciem illius siue in bonū siue in maluz. Hoc ex parte leti-
ficationis cordis apparet letificatio. s. faciei: et ex parte cō
tristationis apparet cōtristatio. Item ecclesiasticus ve-
stigium cordis boni et faciez bonā difficile inuenies et cū
labore: hoc est vestigiū cōscientie bone: qꝛ stat faciez esse
pulchraz in vno intuitu: et cōscientiaz cauterizatā. Ideo
Isidorus ethimologiarū. xi. facies dicta ab effigie: ibi est
enim facta tota figura et vniuscuiusqꝫ persone cognitio.
Uultus vero dictus eo ꝙ per eum voluntas ostenditur
animi: ſm voluntatem. n. inuarios motus mutatur. Un
de et differunt sibi vtraqꝫ: nam facies simpliciter accipi-
tur de vniuscuiusqꝫ naturali aspectu: vultus aūt aīorum
qualitates significat. Unde in methaphoricis ait philo-
sophus. Quibuscūqꝫ faciē carnosaz videris rachinis. i.
faciliter concupiscibiles sunt: et referunt̄ ad boues. Qui
faciem macilentā habent soliciti sunt. Qui aūt carnosaz
timidi: et referunt̄ ad ceruos et asinos: qui valde paruaz
habēt pusillanimi sūt. et referunt̄ ad gallū et simiā. Qui

bus facies magna est tardi sunt: et referuntur ad boues et asinos: qui nec paruã: nec magnã habẽt oportet eẽ medi⁹ habitus et erit vtique cõueniens. Quibus autẽ paruifica illiberales sunt: et referuntur ad apparentiã. Et Cõciliator cui⁹ est vehemẽter magna pigricia notatur bobus cõparatus: denotat materiã multã et flegmaticam nõ regulatam. Cum multũ carnosa fuerit pigricia et grãde notat desideriũ: propter exuberãtẽ materiã carnis et humores crassos non ita flegmaticos sicut dictũ est: quia ibi dominatur caliditas. Ideo cõtinue desiderãt res vanas et impossibiles. experientia mihi tãgibilis est quod sunt creduli et cõtinue studẽt i cõmedẽdo et bibendo et luxuriando: si alia correspõdẽtia cõnexa fuerint. s. magnitudo duorũ ventrium. Et philosophus in physionomia de mẽbris ait: carnosus in facie est min⁹ sapiẽs ipotun⁹ et mẽdax. qui habet gracilẽ faciẽ est circũspectus in opib⁹ suis et subtilis itellectus vt tenẽt Mercuriales: qui habet oblongã faciem est iniuriosus. Itẽ Rasys: cui⁹ facies hoĩs ebriosi faciei assimilatur ebriosus est. Iracũdo vero cũ assimilatur irascibilis est: cũ autẽ verecũdo inuenitur siĩs verecũdus est: cuius facies carnosa piger et est stultus: qui subtilẽ habet faciem: multarũ est cogitationũ: cui⁹ facies vehemẽter rotũda ẽ stultus existit: cui⁹ facies est permaxima piger est: cuius facies est valde parua malus est et calidus et adulator: cuius facies est deformis mores hẽre bonos nõ põt nisi raro: cui⁹ facies est longa inuerecũdus est: qui tẽpora habet inflata et venas et arterias grossas irascibilis ẽ: et hec Rasys: carnosa autẽ facies squaloreque turpescẽs timidum significat et amẽtẽ. Grossa vero facies cũ maxillarũ grossitie et agrestis grossam et hebetẽ nãm denũciat: quib⁹ vehemẽter existit parua facies timidi sũt: calidi et adulatores: et illiberales plerũque denotãt. Sequitur paucitas capitis ex mã humoris et spũs subtilis cũ siccitate. et ex mala cõpositione de quo adulatio causatur et timiditas que est soror tenacitatis sicut in probabitis tactũ est. Et Conciliator ait: cũ paruitas faciei colorẽ croceũ obtinuerit paruũ vitiosum deceptorẽ et ebriosum: vt ait Aristoteles vr ostẽdere. Persepe in tempore meo exptũ est et precipue in principibus et ducib⁹ armorum nostri tẽporis. scribis et mandatarijs eorũ seu legatis qui hodie iter eos sapiẽtes et sciẽtes arbitrantur: qui sagaciter decipere et fraudẽ inuestigare sciũt. Hñtes vero subtilẽ faciẽ et extenuatã solliciti sũt et multarum cogitationũ. Et qui eam longã hñt inuerecũdi sunt et denotantur propter imẽsam caliditatẽ que est cã allongationis de qua sũt inuerecũdi. Labiorũ genarũ et frontis et rict⁹ cõditio cũ alijs si trucẽ vultũ ondãt: stultũ et insaniẽtem ondit. Letus vultus arridẽs libidinosum denũciat et iocundũ vt probatũ est. Et tristis vultus ecõtrario denotat tristẽ vt in passione palpauimus vt tenet phs. in methaphoricis: deformẽ naturã vehemẽter habẽs minime pt bonos mores hẽre: vnde versificator. Distortũ vultũ sequitur distãtia morũ: propter quod et dicit phs: nõ oĩno felix ẽ qui specie turpissimus. Et istud signũ satis patet ex apparenti cõueniẽtia. Facies. n. nature similis simili passioni et eisdẽ subiacet actualiter. Ut existente iracundo simili iracundus iudicetur: quod et in alijs vitijs similiter et virtutib⁹ accidit repiri. Facies que sepe sudat ex facili motu calidam ondit cõplexionẽ: luxuriosum: gulosum et valde comedẽtẽ. Facies que est vallata plus macra quam pinguis significat hoĩem iniuriosum inuidiosum: mẽdacem: et rixosum: crudelem et homicidã presertim si adustioni annectitur etiã liuidus color aut croceus: sicut dignoscimus.

Facies valde curua et macra et longa facit rixosum maliciosum et inuidum vt dicit. Unde Plautus in asinaria de faurea seruo atriensi supbo et iracũdo ait quo facie noster saurea est si is est: iam scire potero: macilẽtis malis russulus aliquãtũ ventrosus truculentis oculis cõmoda statura tristi fronte. Facies bñ disposita carne et colore et suis cõnexis placida significat dispõnẽ laudabilem ad vitia et virtutes. Multos. n. vidi hoĩes ppinquos infortunio: quorũ aspectus cũ celaret ad id difformes facti fuerunt: videlicet facies eorum effecta est turpis plus quam esse soleret: et oculi retrahuntur et cilia dilabuntur: et istud ego met infinitis vicib⁹ notaui: vt in petro capreoli a me pnosticato. Caue ne te decipiat in leprosis et maxime in leonina que fit ex cholera: in qua rotundantur oculi: et eminent cũ eminentia venarũ: et citrinitate imixta rubori: et valde mobiles efficiuntur et adest narium gracilitas cũ vehementissima raucedine: sic quod videatur quasi loqui p nares gẽgiue eorũ et nasi extremitates corroduntur: cutis eorũ exaspergatur: et supcilia depilantur. Et hec Arnaldus de villa noua: quia hoc p aspectũ discernitur. Facies cõcaua. s. a principio frontis vsque ad finẽ mẽti vt nasus et os sit quasi in valle arguit malos mores et pcipue si sit adusta aut liuida. vidim⁹ istos eẽ iterfectores: pdones: et fures: vt patet in itinere Romano: vt sepe iudiciũ meũ diuulgatũ fuit.

¶ Quesitũ octauũ Augu. Discipu. ad eundem Coclitem Magistrum. De natura oculorum. Discipulus.

¶ Textus.

Oculos grossos habentes sunt timidi et pusillanimes inuerecundi loquaces et stolidi.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

Oculus est mẽbrũ instrumentale visus. Cui⁹ cõplexio est humida in forma rotunda cum quadã planicie et septẽ tunicis cũ tribus humoribus pfecte cõpositũ vt ait Sillanus super nono Almansoris. Et Isidorus. xi. ethimologiarum. Oculi vno mõ dicuntur quasi occulti: eo quod occultum et secretũ aĩe in se hñt inter oẽs. n. sensus aĩe viciniores sunt. Unde p os maxime passiones aĩe iudicãtur. Anime. n. tribulatio vel ylaritas: amor et odium et cetere passiones principue statim apparẽt in oculis. Colores autẽ eorũ sũt quattuor. s. niger: subalbidus varius et glaucus vt recitat Canamusali in libro oculorũ cap. 3. et Iesubali i cap. 5. adducit medium et proprias et principales causas vt ad plenum recitaui in p. lib. cap. 23. de signis fortis. Et licet sic rõnes istorũ signorũ possint sũmi tamque a causa finali: possunt tñ reduci in qualitates et cõplexiones. Est autem rotundus quia rotũda forma amica est et cõsentanea motionis. Sentit nanque philosophus: quod omne rotundum de natura sui est mobile vel volubile. Item forma rotũda perfectior est: et incorruptibilitati magis vicinatur propter carẽtiam angulorũ. Dicit. n. Cõstantinus in libro oculorũ quod forma rotunda in lateralibus est elisa circũquaque declinis nõ habens angulos in quib⁹ cõtineatur supfluitas prestitura lesionẽ: que si haberet angulos i ipsis macula sup fluitatis adheret. De oculorum causa et varietatibus pauca dicemus: tñ principalia aliqua accipe mi discipule Ad quesitum respondet Blasius de parma. Causa põt esse quia indicatione sumpta a grossicie et eminẽtia oculorum arguit magnã copiam humiditatis cerebri: et magne humiditati cerebri applicata est humiditas multum intensa: et per consequens cerebrum tale est frigidius

e humiditas debeat. Et in tali corpore esset penuria sanguinis et spiritus eo modo sicut presentia multi sanguinis et spiritus reddit hoiem audacez: opposita causa inducit cõtrariũ quare &c. Idem et Rasys in secũdo cap. 16. dũ ait oculorũ magnitudo foris prominẽtiuz humidaz protendit cõplexionez oculi extensi in anteriori pte significãt stultũ: et profundi subtilez ex pte malicie. Oculi in latitudine corporis tendẽtes partborũ oculis similes: corporis humiditatẽ designant. Et similiter teneas qꝫ habẽtes oculos multuz eminẽtes nõ multũ profunde vidẽt: sed tenue. Cuius causa est: qꝛ quãto oculus est eminẽtior plus distat a cerebro et p cõsequẽs ab origine eius seu a principio et quanto plus aliquid distat a fonte eius: tanto plus recedit a cõuenienti dispositiõe sua. Iõ oculi multũ eminẽtes pp distantiã a principio sunt in eorũ cõuenienti dispõne quãobrẽ nõ acute vident: cuius oppositũ cõcludunt de oculis existentibus in pfundo. Et pp eminentiaz representant diuerse res visibiles. Iõ nõ possunt in paruo tẽpore discerni et iudicari. Ideo sũt loquaces sine iudicio pp partẽ anteriorẽ humidaz sicut superius dixi de fronte. Et iõ sunt inuerecũdi et stolidi i. idẽ testat vernaculus Phs in libro corbe: dum ait.

Sliocchij eminenti: et in figura grossi.

Sliocchij veloci con lo batter fermo

Matti e falsi: et de mercede scossi.

Uult cõcludere qꝫ isti tales sunt sine discretione pp peruum discursum et paucitatẽ intellectus. Tamen ostẽdit aliaz speciẽ oculorũ. s. qꝫ mobilitas eorũ significat: quod dictũ est supius. Lz sit alia causa tñ idem effectus. Causa mobilitatis oculorũ est caliditas: que ex nimio motu arguit magna qꝛ oĩs motus fit a calido: et ex illa caliditate procedit toruus discursus pp mobilitatez spirituũ: vt est doctor quidaz artiuz. Tñ cõmẽtator Alexandrinus in. 7. epidimiarũ: cõmẽto. 19. Dixit mobilitas oculorum significat iracũdiã: imobilitas vero timiditatem et et modestiã. Sicut mobilitas causatur a calido: ita imobilitas a frigido: et sunt modesti: qđ est cõtra audaciam. Sciendũ est qꝫ lz oculus profundus sit signuz malorum morũ: vt dicemus iferius: tñ est boni et acuti visus vt dicit Aristoteles. 19. de aĩalibus. Cuius rõnẽ reddit Auerroys. 4. colliget. cap. de accidentibus: visus vbi vult qꝫ oculus profundus videat remotius q̃ eminẽs: qđ fuit dicit: qꝛ spiritus visibilis est magis in pfũdis oculis aggregatus: et virtus visiua tunc est fortior. Etiã lux in maiori quãtitate recipit: sicut accidit in riuis stricte currentibus: et pp hoc stringit sagittator oculum qñ vult recte mittere sagittaz. Et carpẽtarius vt lineã videat rectius. Hec Auerroys. Et pp oppositaz causam habẽtes oculos eminẽtes sunt debilis visus et nõ vident a remotis. Et Cõciliator ait. Cũ aũt oculi difformiter mouent vt nũc currãt: nũc autẽ quiescant: licet his nõduz adsint talia facinora ppetrãda in cogitatione tñ versant. Et vniuersaliter notaui tales oculos habẽtes hoĩes pessimos subtractores et temerarios ostẽdere. Ego habeo vel habui fratres similis nature: qui pp talẽ cõiunctionẽ passi sunt vel sunt passuri malã necẽ meo iudicio. Et vidi tale signuz in multis depdatorib⁹ viarũ. Dixit Ptholome⁹ phs oculos croceos significare hoiem crudelẽ et deceptorem. Id ego expertus sum et tale signũ vidi in lenonibus et homicidis. Color talis significat dñium cholere cum maxima adustione: ex qua re nõ põt causari nisi dñium malignitatis: et dictũ est plurib⁹ vicibus qꝫ ex bona cõplexione causat bonitas intellectus et eõ cõtrariũ.

¶ Quesitum nonum Augustini Discipuli ad eundem Coclitẽ Magistruz. De natura et motibus oculoꝝ.

Discipulus.

¶ Textus.

s Cripsit Philosophus ad Alexandrum in libro de secretis secretoruz. Cuius võ oculi mouẽtur velociter: et visus eius est acutus talis hõ est fraudulẽtus latro et infidelis.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cõmentum.

s Cias o Discipule mi qꝫ tale signuz expertus sum persepe et iudicaui infinitos qui fuerũt suspensi, de quibus vnus fuit filius magistri Iuliani de pontremulo: et talis dũ puer erat fuit nutritus a strenuo et forti et in militia prudẽtissimo Francisco rouerso siue roberso: et merito a robore: quo pdictus erat. Illi⁹ filij pdicti Iuliani iudiciũ meũ fuit de ãno. 1492. ad qđ presens fuit magister Bartholomeus de sancto marino chyrurgic⁹: et mihi amicissim⁹: et put iudicaui fuit suspensus adolescens ille. 1496. vt fata disposuerunt: et alius pnosticatus fuit a me qui dicebatur Tadeus guidottus: qui etiam pro furto suspensus fuit. Istaz sniam cõfirmat Conciliator dum ait. Cuius oculi velociter mouent cernentes acute calidi sunt: latrones et infideles sicut a natura monstrantur: causa est qꝛ a subtilitate ingenij procedit furtũ et aliena deceptio. Ingeniũ autẽ subtile procedit a subtilitate humorũ ex quo sequitur caliditas cõplexionis sicut dictus est in prehabitis et motus pcedit a caliditate: qñ caliditas est magna: velocitas est intensa. Intuitus fixus non causatur nisi ex nimia cogitatione et desiderio ad decipiendum. Ergo duabus de causis sunt in tali subiecto scilicet motus quem significat caliditas intensa. Alia est acuitas igenij ad profundam cogitationẽ ad male operandũ. Idez sentit Rasys dum ait. Cuius oculi cito mobiles sunt et acute cernentes deceptor est et calidus atqz latro. Aliquis põt arguere fures sunt melancholici: melancholia procedit ex humore frigido et sicco: ergo contrarium illius qđ superius dictuz est. Respondeo qꝫ non est semper verũ: imo videmus homines martiales esse fures depredatoresqꝫ et tñ sunt cholerici et melancholici sicut patebit inferius in physionomia nostra de planetis: et in chyromãtia magna de natura martis. Tñ esse potest pp accidentia animi qꝫ efficiantur melancholici adusti et est per accidens sicut videmus per experiẽtiã in lenonibus: alleatoribus et depredatoribus qꝛ habẽt ingeniuz in his: quia in ingeniuz est recta rõ in agilibus. Et hic stat solutio qõnis: qꝛ sunt cholerici adusti: et per viam adustionis sunt melancholici. Unde aliquãdo color liuidus et flau⁹ ostẽdit complexionẽ cholere aduste: tñ tendentis ad melancholiaz. Si albedini cui viriditas sit admixta approximetur calor sequitur: qui a medicis plũbinus appellatur: vt iquit Almansor libro scdo cap. p. idest fuscus si albedini vicinetur vel ei admisceatur sanguinẽ grossum dñari demõstrat: sm quantitatem que ei approximat vel que ei admisceatur rubedo. Iste color ẽ sicut color pulmonis qñ est extractus ab animalibus et appellamus liuidũ: a pulmone qui icipit putrefieri qñ est ab aĩali extractus et tumefit: et fit in eo color liuidus. i. plũbinus. Caue et sum-

me precaue a talibus hoibus qr sunt maligni ꝛ pessimi: dūmō sint habitudine laudabiles seu formosi. Colorem istum habent quidaʒ plati.i. Cardinales: qui imēsaʒ malignitateʒ habēt. Et exēplū pono de antiquo nr̄o Aromatario: illis similis qui mortuus est. Tales sunt luxuriosi ꝛ ebriosi ꝛ falsa cōtractantes sine vlla verecundia ꝛ destruūt populos ꝛ ecclesiaʒ dei: ꝛ sunt causa omniū malorum sicut actiones sue sunt hodierno die manifestissime. Aliquis pōt dicere isti sunt sanguinei: ergo est bona cōplexio illorūʒ: ꝛ cōplexio talium sanguinea est: qr epar generat multitudinē sanguinis: tn̄ ex magna sua quātitate cor calidissimū adurit ipsum sanguinē ꝛ fiunt melancholici adusti qr est sanguis grossus: ꝛ talem complexioneʒ vidi in religiosis qui vtunt multis cibariis ꝛ precipue ouis ꝛ similibus. Et sunt adusti luxuriosi lurcōes sine litteris ꝛ exercēt mores porcinos: cū capita spherica aut pineata sūt cū maxillis pinguedine suffocatis. Unī qn̄ adustio est nimis incurrūt in phrenesim. Et vnus de istis est ille pauper iuuenis qui hodierno die est fatuus. Nicolaus.s. piphārus aurifex dignissimus: ꝛ Jacobus de māginis. ꝛ magister Antonius de foro populi: quem ego iudicaui dum ille studeret Bononie. 1493. in presentia multorū doctorū artistarū duʒ ego disputabā. Et in illo tēpore iudicaui magistruʒ Jacobū romanellū Ueronensem: qui itidē erat scholaris artista: qui ambo hodie sunt fatui. Tamē aliqui ignari putabant illos esse cōplexionis sanguinee: color talis est vel fuit vt mora gelsa īmatura vt dixi ī pluribꝰ locis: aut vt color pulmonis nouiter extracti vt in leprosis apparet sicut ante dixi.

¶ Quesituʒ decimum Augu. Disci. ad eundē Coclitem Magistrum. De natura oculorum paruorum.

Discipulus.

¶ Textus.

o Culi Parui malum ꝛ stultum denotant: ꝛ pusillanimem relati ad simias.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

b Omo qn̄ est calidus ꝛ siccus est maliciosus rōne humorū ꝛ spirituū ꝛ est proditor ex caliditate ꝛ siccitate: procedente ab adustione cholerica. Ideo sunt deceptores ꝛ participāt de humore melancholico a quo sequit timiditas ꝛ stultitia pp siccitatē. Profunditas oculorū procedit ex siccitate que desiccat humiduʒ musculorū ꝛ ligamentorūʒ. Unde sequit contractio ad interiora: ꝛ cerebruʒ exhaustum. Et paucitas materie oculorum significat humido proportionato dominiū siccitatis ꝛ melancholie aduste aut siccitatem adustiuaʒ: ꝛ ob hoc sunt timidi ꝛ fraudatores vt simie prout experientia demonstrat.

¶ Quesitum vndecimū. Augu. Disci. ad eundeʒ Coclitem Magistrū. De situatione aliqua oculorum.

¶ Discipulus.

¶ Textus.

c Um oculi secūdū longuʒ fuerint situati inuidum calidum ꝛ deceptorem insinuant.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

p Alemon oculos velut aīe fores ac ipsaʒ emicare per eos dixit ab oculis porro multiplicia iudicia assumunt ex figura quātitate q̄litate positiōe ꝛ motu. Naturaliter in specie humana oculi sunt situati ꝑm latitudineʒ corporis. Et qn̄ situant ꝑm longum illud est monstruosum.i. preter naturaʒ: cuius causa est magna caliditas sicut in prehabitis tactum est. Ex quo sequitur deceptio ꝛ inuidia pp desideriuʒ continuuʒ ad mala cōmittenda propter igneitatem spirituū ꝛ discrasiatum cerebrum: vnde Rasys ait: qn̄ autē oculi in corporis longitudine positi fuerint calidum ꝛ deceptorē demonstrabunt. Et vnus de istis fuit frater Hieronymus sauonarola magnus deceptor ꝛ seductor populi fraudator fraudatorum: imo ipsa fraus qui nouas leges promulgauit in ciuitate Florentie. Cuius physionomia erat talis. Caput paruum ꝛ pineatum: oculi ꝑm longum nasus aquilinus: labia grossa: ꝛ color faciei erat liuidus adustus colluʒ obliquuʒ. Et signum magne caliditatis sue complexionis fuit: ꝙ non potuit portare lineamina: nec aliquid super caput suum: quoniaʒ statim excoriabatur: ꝛ erat caluus qr arguebat dn̄ium siccitatis in anteriori parte. Et in omni parte corporis fuit pilosissimus signum magne adustionis. Caue igitur ab aliquibus pseudis prophetis sic cōplexionatis ꝛ precipue a tota complexione: scilicet adustissima.

¶ Quesituʒ duodecimuʒ Augu. Disci. ad eundem Coclitem Magistruʒ. De maculis existentibus in oculis.

Discipulus.

¶ Textus.

i Nquit Rasys in secundo ad Almansorem. Macule multe circa pupillaʒ in oculo apparentes malum significant homineʒ: ꝙ sic cū oculus etiam fuerit varius erit deterius.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cōmentum.

o Culorum varietates non procedunt nisi a caliditate que eleuat vapores ad oculos: vnde quāto maior est varietas oculorum: tāto magis arguit intensam caliditatem. Ideo quāto macule sunt magis varie adustio est maior: ꝛ per consequens ostendit varietatem humorum ꝛ adustionem maiorem: ꝛ hoc manifestat adustioneʒ spiritus: de quo procedunt morum varietates: ꝛ vitiorum ingens caterua. Et ex magna varietate deterioratur iudiciuʒ honestuʒ ꝛ laudabile: hic non dicimus de causa varietatis in aīalium oculis sicut ostendit Nuncius nature de generatione animalium capitulo primo. Quia nō est ad propositum nostrum.

¶ Quesitum decimum Augustini Disci. ad eundē Coclitem Magistrum. De natura oculorum.

Discipulus.

¶ Textus.

c Uius vero intuitus mulieris intuitui assimilatur: luxuriosus est ꝛ inuerecundus.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cōmentum.

s Icut diximus ī pluribus locis.s. qn̄ aliquis assimilatur alicui aīali quasi similis est nature illius: ergo oculorū intuitus similis femine eandem dispositioneʒ causat a tali cōplexione: ꝛ est ita in moribꝰ sicut femina est luxuriosa ꝛ inuerecūda. Ideo tales hoīes sunt similis nature.s. luxuriosi ꝛ inuerecundi. Unde Rasys: qn̄ autē ita ac si puer esset intuet atqʒ tota eiꝰ facies ꝛ oculi quasi ridere vi-

deantur:hic letus est 7 diuturna potietur vita. Penitus qn oculi qsi ridet cu residuo faciei sunt adulatores luxuriosi 7 detractores:tn cam allegant aliqui 7 dicut hilaritatez 7 longitudine vite pcedere ex bona coplexioe. Cuius ca sut humores laudabiles 7 sinceritas ipsorum pp suaz cocordatiaz. Un cometator in lib. de ca longitudinis 7 breuitatis vite:ca longioris vite est abudatia caliditatis 7 humiditatis cu dnio caliditatis sup humiditate: 7 vniuersaliter virtutu actiuaz sup passiuas: 7 ei9 ctrariu est mors. 7 mors nihil aliud est q frigiditas 7 siccitas: 7 cu ca mortis sit frigiditas 7 siccitas:ca vite est caliditas: 7 humiditas: 7 io coplexio iuuenu est calida 7 humida:senu aut frigida 7 sicca: 7 signu est q qui multum coeunt paru viuut: 7 castrati plus viuut q no castrati:senes qui habet multa carne plus viuunt:qm cause multitudinis carnis est caliditas 7 humiditas. Io pueri qui sunt calidi 7 humidi:iter alias etates sunt hylares 7 gaudent pp eoru coplexione: 7 sunt remoti ab accidentibus animi. Io illi qui assimilant pueris sunt siles in coplexionib9 no cogitates res arduas. Et ista coplexio ex se odit diuturna vita sicut i alio loco demostrauimus. Cuz oculi in rubore prune assimilant:ho pessimus est 7 obstinatus. Ratio est qz color igneus indicat bile intensissimaz rone caliditatis: 7 est obstinatus 7 vitiosus sicut pz in versiculis in primo loco. Cui9 oculi i colore sunt siles caprarū oculis stolidus est. ro est: q qn aliquis assimilatur alicui aiali:similis est nature 7 coplexionis 7 moruz sicut dicimus in plurib9 locis. Oculi igit caprini odunt stoliditate: 7 fatuitate. Ego pluribus vicibus inspexi in tali aiali: 7 inueni oculos eoru aliquatulu varios: 7 cum turbulentia qda in pupilla qz ostendit coplexione valde flegmaticaz 7 aquea ex quo sequit timiditas 7 fatuitas: oculi qui sunt vaccaru oculis siles ametiaz portendunt. Oculi.n. siles oculoru vaccaru in hoie arguut simile coplexione:nam talis bestie coplexio est frigida 7 humida io sunt magni qm a frigiditate 7 humiditate catur inertia 7 crassitas itellectus:ex quo sequit dementia 7 simplicitas. Oculi si parui fuerint 7 foras pminetes vt oculi cancri stultitiaz significabut 7 stoliditate 7 suas sequetes cupiditates. Ratio est qz paucitas oculorum arguit paucitate materie. Eminentia vo ipsorum significat nimiaz humiditate in vetriculo anteriori vbi spus inuiscatur 7 deficit iudiciu. Etiam eminentia oculoru multoru obiectoru representationis est ca ita q non pot discerni cogruuz ab incogruo:ex quo sequitur discursus ineptus 7 beluinus. Oculi sursum tendentes sicut oculi bouuz: qui 7 cum hoc rubei vident 7 maximi hoiem pessimu stolidum atqz stultu 7 ebriosum significant. Ratio hui9 effectus est:qz significat debilitate cerebri:qz talis figura procedit a cerebro humido. Ex debilitate cerebri causatur ebrietas pp vapores ascendetes: 7 discrasiat cerebruz. Illa eleuatio oculoru pcedit p accides:naz causat a nimia caliditate cuius signu est color rubeus:ex nimia caliditate catur pturbatio aie ronalis:sicut nos videm9 in intensa irascibilitate hoium: 7 istos notaui in ciuitate Viterbij in Nicola tonsore qui quasi semp ebri9 existit At meliores oculi sunt illi qui sunt vt dicit phs ad Alexandru dnu ait. Qui aut hz oculos mediocres declinates ad celeste colorez vel subnigredine:talis ho est penetrabilis intellectus fidelis 7 curialis. Idez sentit Auicena p. canticoru de varietate oculoru:qz arguut teperametu qui oculos similes antimonio exeplificat:qz acumen ingenij declarant. Et Almasor. Oculi aut meliores esse dicuntur:qui inter nigru 7 variu mediu sunt:si cuz hoc nec multum sint radiosi:neqz rubedo vel citrinitas apparet. Oculi.n. isti demostrant bona naturaz:qz ingenium est debita dispositio organoru deseruientiuz roni. Tn ratio aliud in agibilibus:aliud in oponib9:vt in.3.lib.patebit. Ro est qz sunt priuati adustione cholere 7 melancholie aduste. Et color quasi celestis 7 niger aut kropus psertim vbi no sunt macule aliquo mo causat ab humorib9 humidis teperatis sine vlla adustione ex quo spus sitis nature representat:sequit ingeniuz 7 speculatio: scribit etia Iesuhali in lib. oculoru subalbidus at 7 varius qn coiungunt ptes earu agentiuz glaucedine fit sicut coplexio teperata. Color varius significat q spus visibilis est plus 7 clarior. Et semp vidi tales ee bene natos: 7 phos esse 7 reru summaru indagatores:quoz vnus est summus ille phs 7 methaphisic9 excelles qui hac nostra tepestate (vt audeo dicere) clasicus est:hic est ille magister Alexander Achillinus coterraneus nr:que pduxisse priaz no penitet. de cuius virtutibus melius est tacere q pauca dicere. Et multos alios notaui inter quos est Dnicus Fuscus Arrimineis vir apprime doctus: 7 mearu lucubrationuz fidus exeplator. Et nuqz vidi legistas habere oculos sine macula aliqua. Qui hz oculos extensos cuz extensione vultus est maliciosus 7 nequa. Ratio est qz illa extensio causatur a siccitate 7 caliditate 7 aia calida est maligna. Et qui hz oculos similes oculis asininis est insipies 7 dure nature. Causa est qz sunt coplexionis frigide 7 sicce a qua impressio specieru 7 difficilis:ideo sut insipientes sicut asini. Cui9 frigiditate odit phs in.8. d natura aialium cap.15. De asinoru morbo dn ait ipatiens frigoris maxime hoc aial est:quapp pontica 7 scytica terra asinis caret. etiaz sunt parui coitus nisi in mense maij qui eis dnatur pro asinoru coseruatione 7 est aliqua costellatio seu stella fixa que auget 7 dilatat humiduz asininu 7 incitat ad coitu vt recitat Albertus in lib. de aialibus. O Plini natura stellaru habet particulare curaz in asinis tanto magis habere dz in aialibus ronalib9 qre 7c. Deteriores vo oculi sunt qui hnt maculas albas aut nigras vel rubras vel cuiuscuqz coloris: qz talis ho deterior est oibus alijs 7 magis reprobadus. Et tale signu notaui in principibus 7 legistis 7 causidicis qui sut radices 7 minera oium maloru. Pot dicere aliquis:qre in oculis apparet tata varietas coloru. Rndeo qz oculi sunt valde diaphoni: 7 rare substatie:ideo spiritus visiui odut qlitates eoru:qn sunt in loco determinato insurgit vel insultat color sicut supra diximus:qd sit rare substatie:pz in mulieribus qn hnt menstruu:maculant eni speculu bene tersum maculis quibusda sanguineis: 7 inficiunt pueri in cuius:de oculoz causa satis dictum est:transeamus ad ipsoru quatitatem. Ait Ptholome9 phs. Oculi magni 7 supcilia loga breue vitaz significat. Et signu tale habebat Lodouicus de Blachis nobilis Bononiesis:que ego iudicaui pp tale signu: 7 alia annexa: 7 fuit breuis vite. Qui hz albedine in oculis tedente ad subnigredine significat magnu hoiez: 7 in honore viuente. Qui hz oculos longos cu supcilijs longis erit doctus sz breuis vite. Palpebre supiores oculoz cooperietes palpebras iferiores logitudine vite demostrat. Habetes oculos paruos ac rotudos libeter iterant ad male operadu dumo facies sit pallida:hec ille. Cui9 vo oculi fuerint vehemeter mobiles parui palpitates pessimus

hoīem denūciant:qꝛ oſtenditur intēſiſſima caliditas ra
tione ſpirituū exuberantiū effundentiū ad oculoꝛū cir-
cūſtantiā. Unde Raſys velocitas aperiendi ⁊ claudēdi
oculos caliditatem ſignificat. Qui ſi hn̄t mobiles ⁊ acuti
fuerint rapaces oſtendūt:ad accipitres cōparati:ꝙ ſi pal
pebrarū palpitatio fuerit crebra meticuloſuz ⁊ mania-
cuz iudicat. Et quoꝛū in gyrū ducunt̄ pupille ſi vnifoꝛ-
miter aut diffoꝛmiter ambe moueant̄ opus eſt ſepara-
re. Nā ſi vniformiter ſcito illiꝰ ſceleribꝰ ⁊ facinoꝛibꝰ ani-
muz:⁊ homicidijs domeſticis nefandiſq; cibis ⁊ cōiu-
gijs eſſe pollutū:q̄les thieſtis ⁊ atrei ⁊ mede Iaſoniſq;
fuere nuptie:adeoq; fraudes hoīuz ſecute ſūt ⁊ natoꝛuz
mēbra lacerata ac d̄uoꝛata. Et q̄lia Oepidi memoꝛant̄
connubia. Ubi nēpe cū matribꝰ ⁊ filiabꝰ turpes cōcreatio
nes adiuicē fuere pacte. Oculi ſūt in capite q̄ſi abſcōſi.i.
cōcaui intus longinqui viſus ſignificāt hoīem ſuſpicio-
ſum malicioſuz:male ire:puerſi moꝛis:valde memoꝛē:
audacē:crudelem:facile mēdacē:minacē:vicioſuz:luxu
rioſuz:ſupbū:inuidū:⁊ ſeductoꝛē vt tȝ Michael ſcotus
⁊ Cōciliatoꝛ ait:oculis varijs magniſq; glaucis guttule:
coloꝛis rubei maxime puluerulenti:qui coloꝛ kianos ap
pellat̄ nigro coꝛrupto ſimilatus ꝓuideant̄ in gyro oꝛdi-
nate turbatū aīo ⁊ vitioſuz eſſe d̄ſignāt. Uerū audacē ⁊
ingenij ꝑualētē acumine:adhuc guttule rubētes modi-
cuz quidē plus ī nigredinē vergētes ſic ītuētibꝰ nigreſce
re indicet̄ generoſuz aīuz iuſtū ꝓbū ⁊ īgenioſuz aīūt de
notare:qui tāq; guttulis nitoꝛis ītus relucēt:nitidos cō
poſitos groſſoſq; valde demōſtrāt. In quibꝰ guttule ru
bicūde fuerint vehemēter nō oīno rotūde ſed ad q̄dra-
tuz accedētes ſublucēat velut ignis īferiꝰ ⁊ ītrinſecꝰ poſt
ipſaz alie cōſiſtūt guttule palloꝛi admixte ⁊ alie glauſcē
tes:⁊ circuli pupillas foꝛinſecus ābientes ſanguinolenti
cōſtāt vl' carnes ſitq; oculi magnitudo q̄ inter pupille vl'
palpebre moueat̄ palpebre ⁊ pendeāt ſub his aīus ocu-
lis ocultat̄ qui ferarū oīuz attrocitatē excellit: quod nec
quis vnq; valeret cogitare hij.n.ſunt nefandoꝛū ꝑpetra
biles:nō a domeſtici ſanguinis effuſione:non ab īpietate
vlla doloq; ac v̄ſutia ſe abſtinēt ſicut affecti. Quare pu
to hāc oculoꝛū notā illū ſceleratiſſimū tyrānū Ezelinū d̄
Romano:italie ſitientē ſanguinem habuiſſe. Adhuc in
hmōi oculis guttule quanto magis fuerint rubicunde ⁊
minute eo magis iracūdū iniurioſuz ac ſceleratū:oñdūt.
Maioꝛes quidē ⁊ obſcurioꝛes hec nefanda minuūt:ſȝ
minime tollūt. Nigre gutte aūt ſanguinee:ī nigris pupil
lis aut ex vtroq; ꝑfuſe coloꝛe maleficū ⁊ venenariuz te-
ſtant̄:pallide v̄o dolis ⁊ obſcuris malignatiōibꝰ ipſuz de
tineri dicūt:⁊ ſūma obſeruatiōe cura iſta d̄cernit̄ ꝙ quā
to guttularū coloꝛes exiſtūt vehemētioꝛes vt deſignant̄
tāto ſunt maioꝛes effectꝰ:ꝑ earū.n.vt dȝ obſcuritatē hec
minoꝛant̄ ſcelera. Ampliꝰ Ariſtoteles ſcripſit ad Alexā
druz. Deterioꝛes exiſtūt oculoꝛuz hn̄tes albas maculas
aut nigras vl' vt ſanguis rubeas circūquaq;:hic etenim
hō cunctis deterioꝛ magiſq; ꝓditoꝛ ē ⁊ maxīe reꝓbā-
dus. Sūt oculi tn̄ varij velut arcus demōis yris appella
tus:qui quidē ſicci exiſtētes īſaniā denunciant:humidi
aūt nō ꝓcul ſūt ab illa qui ſi adhuc nā ꝯſiterūt magnifi
cētiā ⁊ verā d̄notat ſapiētiā:iracūdū tn̄ poꝛtēdūt ⁊ ī ve
nerē ꝓ̄ptioꝛē. Pupilla cū hmōi citrinitate nigra ſi fue
rit:ac ſi deaurata appareat dicūt medici ſanguinis flu-
xuz ꝑ īferioꝛa d̄notare:venoſi ſicci maniā īdicāt:qui ca-
ligine ſūt obſiti malis artibꝰ ſūt ībuti īfideles īterp̄tati:
vn̄:ītelligēdū eſt ꝑoptimos foꝛe eoꝛū ꝯ̄rios ꝑlucidos vi
delȝ du nullū fuerit ſignū mali aliūde īpugnās. Et tales
refert palemon oculos Hadrianū imperatoꝛē habuiſſe.
Liponia.ſ.hūidos magnos luminoſos atq; coꝛruſcos
hoīes ſi habuerīt cū glaucedīe tn̄ coꝛruſci ⁊ ſanguineita
tē hn̄tes:temeritatē īdicāt ⁊ ad īſaniā maxīe ſunt oculi
ſtatū ꝗ obtinēt mēſuratū optimū mētis habitū d̄clarāt
q̄re oculoꝛū mediocritas appꝛobat̄ inter nigrū ⁊ variuz
exiſtētē medij īter alios ꝑ̄dictos niſi multū exiſtāt ra-
dioſi:neq; rubedo aut citrinitas vl' aliō rep̄ſentet:tales
nāq; hn̄ natos d̄nūciāt. Si quidē oculi ſīt magni ⁊ nito-
re ꝑlucidi iuſtū docilē ꝓuidētē ⁊ admonitoꝛē teſtat̄. Et
hmōi putāt Socratē fuiſſe:ꝑminētes āt nimiū rubicū-
di parui:mētis ⁊ lingue effrenate ⁊ īſtabilē d̄nūciāt. Ad
dit āpliꝰ palemō:ꝑ̄minētes micātes tremētes ⁊ ſaliētes:
q̊s greci pāthomoi vocāt:ſiquidē parui ſīt dolos ⁊ v̄ſu-
tias oñdere:itē Aui.ꝑ̊.d̄ aīalibꝰ:qui tremulus ē leuis ē:
ꝫ ē īſtabilitate ſtabilis. Si quidē mēſurate magnitudi
nis hūidi atq; ꝑlucidi magnanimū magnalia cogitātē ⁊
ꝑficiētē oñdūt. Interdū āt īdicāt iracūdū vino d̄ditū la
trātē ⁊ gule cupidū vltra mēſurā humanā:⁊ tales exiſti
māt Alexādrū oculos habuiſſe. Si itaq; tm̄ dcm̄ d̄ his
q̄ ad figurā ⁊ ſitū reducunt̄ oculoꝝ. Cū oculi riſiui ſīt ⁊
maximi hebetē luxurioſū ⁊ impudicū oñdūt. Caui q̊q;
oculi arridētes velut īſidijs cōſtituti reputent̄ maxīe ſi
gene ſupcilia ⁊ labella cōmoueant̄ īfandoꝛū cogitatiōes
aut dolos d̄nūciāt cōceptos:ꝑ̄ſertim ſi interdū palpebre
coeāt:⁊ īterdū ſe tāgāt cogitationē.n.nequiſſimā iā d̄no
tāt exiſtere:⁊ triſtes oculi nō ſūt oīno timēdi humidoꝝ
eniȝ in cogitatione ſūt dediti ⁊ optimaꝝ artiū denotant
ſtudia. Q̄d ſi hoꝛū ſupcilia ⁊ frōs ſint latioꝛa cū trāquil
litate ꝯueniētes:⁊ palpebꝛe laudabiles īgeniū teſtant̄ fi-
dū benignū ⁊ grauitate pēſuz:qd̄ ſi triſtes extiterīt ⁊ ſic
ci:⁊ cū ꝫ frōtis īteruēniat aſꝑitas ⁊ aciei ītēſio:ſitq; pal
pebraꝝ ſubiectio nocētē fexꝝ nīlq; inauſū īdicat relinq̄n
tē. Et ſcribit pħs ī methaphoꝛicis:quibꝰ āt ab ocul' tāq;
lippitudines depēdēt amatoꝛes vini ſunt:⁊ referunt̄ ad
paſſionē:⁊.n.vehemēter cadēs.i.q̄dam lippitudo:circa
quoꝛū.n.oculos apparēt hmōi q̄ſi lippitudines depēdē
tes ita ꝙ oculi q̄ſi grauati vident̄ clauſi ſunt ⁊ magni po
tatoꝛes nāliter ſumit̄ a moꝛe apparēte ī actualiter cōſti-
tuto in paſſione ebꝛietatis. Tali.n.diſpōne arguit̄ cere-
brū humidū ⁊ lapſuz vt in alio loco oñſuz eſt: quibꝰ aūt
añ oculos tāq; lippitudines eminēt amatoꝛes ſomni re
ferunt̄ ad paſſionē:qꝛ a ſōno ſurgētibꝰ depēdēt q̄ ſūt in
oculis. Scire debes ꝙ lippitudo cāt̄ur ex congregatione
groſſi ſanguinis vel alteriꝰ humoꝛis groſſi in palpebꝛis
⁊ in pelliculis oculos circūdātibꝰ ipſas ingroſſantis ⁊ a
vulgo dicunt̄ ſcarpelline. Tales vt dicit̄ ſūt nāliter ſom-
nolenti ⁊ referunt̄ ſil'r ad paſſionē ſiue cōuenientiā. Fit
autē hmōi tumoꝛ oculoꝛū diu doꝛmiētibꝰ ſumpto cibo
eo ꝙ in ſomno cibus digerat̄ ⁊ ꝑ cōſequens fumi aliqui
ad cerebꝛū eleuantur. Illi fumi ſeu vapoꝛes a frigidita-
te cerebꝛi ingroſſati deſcēdunt ad oculos vt iā dictū eſt:
⁊ remanet circūſtātia oculoꝛū tumefacta. Quicūq; par
uos oculos habēt puſillanimes ſunt ⁊ referunt̄ ad ap-
parentiaz ⁊ ſymiaz:qui vero magnos oculos hn̄t tardi
ſunt ⁊ referunt̄ ad boues. Igit̄ hn̄ natū.i.hn̄ cōplexiona
tum opȝ neq; paruos neq; magnos hr̄e oculos:quicūq;
aūt cōcauos hn̄t malicioſi credunt̄ relati ad ſymias:qui
cūq; aūt eminētes hn̄t oculos fatui ſūt ⁊ referunt̄ ad ap
parentiā. quibꝰ aūt parū cōcaui ſūt:oculi magnanimi ſūt
⁊ referūtur ad leones. Quibꝰ ampliꝰ māſueti referunt̄

ad boues.i. habentes oculos modicuꝫ profundatos sūt magnanimi ⁊ referuntur ad leones. Tū habentes oculos modicuꝫ plus profundatos ꝙ̃ habeant leones: tamē non tantum sicut primi sunt mansueti ⁊ referuntur ad boues: ⁊ sic est pupilla si est nigra pigruꝫ protendit ⁊ hebetem. Pupille in quarum circuitu margarite apparet similitudo: hominē demonstrat inuidum ⁊ verbosum ⁊ timiduꝫ ⁊ pessimū vt Rasys. Dixit.n. Haly Abbas prio theorice capitulo.24. De corporis signis ⁊ seruis emendis. Caue etiam ne discipientiam patiatur nigram; quod hoc modo agnosces: videbis oculos ei⁹ acute intuitionis ⁊ ad id quod intuetur corruscantes sicut intuerentur fere: eruntqꝫ ipsius incōposita ⁊ inordinata verba. Et Hyppocrates in libro secretorum. Cum oculi fuerint obliqui ⁊ febrem acutam habuerit: cito morietur. Albertus ⁊ Conciliator ait: lippitudines autem oculorum inspecta dispositione: vini denunciant potatorem: si non aliunde insurgat: ⁊ quando cum dimissione fuerit oculorum: amatoreꝫ somni indicabit. quod etiaꝫ passioni refertur. Si diu oculi remanserint aperti: stoliditas ⁊ inuerecūdia denotatur. Item philosophus in metaphoricis ⁊ etiam Auicenna primo de aīalibus. Quibus autē oculi valde nigri timidi sunt: niger auteꝫ color valde visus est timiditatem significare. Qui autem non sunt valde nigri sed declinantes ad flauum colorem boni animi sunt. Quibus autem oculi glauci aut albi timidi sūt: visus.n. albus est timiditatē significare. Qui aūt nō sunt glauci: sed kropi boni animi sunt ⁊ referunt̄ ad leonē ⁊ aquilā. Cāꝫ diximus in primo libro. Itē quib⁹ venosi maniaci sunt ⁊ referūtur ad capras. Causa istius ſm quosdam est eo ꝙ ſm eos non est directe de colore oculorum dicere: nihilominus vtiqꝫ videtur dicendum ꝙ sic. Attendit eniꝫ per oculos venosos oculos paruis ⁊ minutis tractibus admodū minutarū venaꝝ dispositis ex quibus color oculorū diuersificatur. Et dicit ꝙ habētes tales oculos sunt maniaci: idest diminute fantasie ꝙ̃ precipue seruit itellectui: q̃ vt dicit tertio de aīa necesse est intelligentē fantasmata habere: in quib⁹ etiaꝫ vt dicit Aristoteles libro octauo de aīalibus: sicut ⁊ in ouibus est diminutio intellectus ⁊ fantasia ⁊ imagines in tantū ꝙ vix sciunt egredi ad pascua vel ingredi nisi ab aliquo dirigant̄ ⁊c. si considerabis. Ideꝫ tenet Rasys vt supra tactum est. Itē quibus ignei sunt inuerecundi ⁊ referūtur ad canes. Idest habentes oculos igneos: idest admodum ignis scintillantes ⁊ rutillantes sunt inuerecūdi ⁊ rapaces ⁊ litigiosi sicut canes. Quare est ꝙ ira accensi non vident: aut si vident vnū apparet duo. Respōsio est Auerroys in de sensu ⁊ sensato dicētis ꝙ oculus est instrumētū virtutis visibilis quod non agit nisi quādo in sua cōplexione naturali fuerit nullo adueniente turbāte ipsum: ideo iracūdus in hora ire habens calorem ascendētē incipit inde corruptio sui visus ⁊ forte videbit vnū duo ꝑꝑ motuꝫ ingentē spiritus apud iram: quoniā quādo pars recipit formaꝫ mouetur: vt veniat ad suum locuꝫ: ex alia parte describitur forma in secūda parte: ⁊ sic vna forma apparebit bina. Et q̃ istud instrumentuꝫ nō agit nisi quādo fuerit in temperamēto sue cōplexionis: ideo accidit ꝙ quando fuerit infrigidatū a rebus extrinsecis infrigidatione intensa vt visus debilitetur: ideo obscuratur oculus in locis in quib⁹ est multa nix: aut multa aqua: ⁊ ideo respicient ripas maris turbidas ⁊ parue lucis. Quibus autē discolorati sunt oculi: timidi sunt ⁊ referuntur ad passionē: q̃ qui timent pallidi sunt ⁊ coloris non equaliter. Quicūqꝫ oculos habent letos luxuriosi sunt: ⁊ referuntur ad gallos ⁊ hyrcos vel coruos: idest oculos habentes sicut habēt qui amicabiliter aliquam reꝫ intuentur: tunc.n. quasi quēdā risum ⁊ ludū portendūt. Tales vt dicit sunt luxuriosi. Alia littera habet lucentes ⁊ est melior alia littera habet non ludentes ⁊ est corrupta. Et dicit ꝙ tales referunt̄ ad gallos ⁊ hyrcos que sunt aīalia valde libidinosa vt pꝫ de hyrco ſm Isidoruꝫ libro.12. hyrcus est aīal luxuriosum semꝑ feruens ad coitum: cuius oculis ob libidinem in trauersuꝫ aspiciūt. vnde nomē assumpsit. Et dicit virgilius in bucolicis. Transuersa tuentibus hyrcis. Oculorū medius color sibi notis ceteris non aduersantibus sed contestantibus bonitatē visionis bonū intellectū ⁊ doctrinaꝫ denunciat: hoc ideꝫ sentit Auicēna primo de aīalibus: vbi dixit ꝙ oculi mediocres bonuꝫ ⁊ parum significant. Et sic sit finis sermonis nostri de oculis.

Quesituꝫ decimū quartū Augu. Discipu. ad eundeꝫ Cocliteꝫ Magistrū. de natura ⁊ proprietate nasi.

Discipulus.

Textus.

a Jt Nuncius nature in de secretis secretorū: Nasus longus ad os protensus probitatem ⁊ audaciam significat.

Responsio Magistri ad discipulum.

Cōmentum.

Acies hominis est rara ⁊ valde passibilis ⁊
f nō est in corpore humano aliquod mēbrum quod ostendat passibilitateꝫ aīe sicut facies. Et ideo aīaꝫ alteratā ex quacūqꝫ causa physionomi iudicāt citissime. Hinc est ꝙ vernaculus phus nō cōpilauit in libro suo cerhe nisi physionomiaꝫ faciei idest ab humeris ad sumitateꝫ capitis. Locus passibilis faciei sunt oculi quos dicūt phi esse fenestras ⁊ nuncios aīe: ⁊ postea est frons. Nos videmus in loco ꝙ vene ephitense in multis qū irascuntur tumescunt: tumefactione notabili. Et postea passibilis est nasus q̃ est cartilaginosus quasi sine carne: nisi qū virtus in generando potens est a principio generatiōis. Qū igitur nasus est protēsus vsqꝫ ad os cum decenti magnitudine arguit cartilaginis magnitudinē ⁊ multitudinē carnis que circūdat ipsam cartilaginē: q̃ non potest causari nisi a caliditate magna. De natura.n. calidi est dilatare ⁊ elongare. Idō nasus qū protenditur vsqꝫ ad os ostendit cōplexionē totius calidam ex qua procedit ꝓbitas ⁊ audacia. Dicūt aliqui. cuius nares fuerint magne ⁊ ample significant hoīem habentem magnos testiculos: luxuriosum: proditorē: falsum: audacē: mēdacem: inuiduꝫ: cupidū: grossi ingenijs tenaceꝫ: parū timiduꝫ: cuius rei causaꝫ nō allegant. Ego autē dico ꝙ natura calidi est dilatare frigidi vō cōstringere: ex amplitudine nariuꝫ cognoscit̄ causa cōplexionis calide a qua procedūt magni testiculi: ⁊ luxuria: ex multitudine.n. spermatis necessariū est receptaculuꝫ magnū ⁊ capax vt possit recipe illud spma seu naturaꝫ spermatis ad dirigēdaꝫ ipsam. Ex humorib⁹ grossis gn̄at̄ grossicies ⁊ magnitudo mēbrorū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s spūs sunt grossi: ex illa grossitie causat̄ ruditas ingenij vt tꝫ phs de partibus aīalium libro scdo cap.4. vt dixi cōtra Plinium: ex quo sequitur tenacitas cupiditasqꝫ: ꝑꝑ qđ non possunt recte discernere: tū nasus ostendit complexioneꝫ cordis

Ideo nasus magnus significat caliditatem cordis. Iō sunt irascibiles. Ex ista causa caliditatis veretrū debet esse magnū sicut dictum est. Ideo aliqui dicunt. Ad formaʒ nasi dignoscitᵉ hasta baiardi. per eandē causam possumus arguere de muliere sicut dicūt aliqui. Naʒ mulieris pes est signū vulue: qꝛ si fuerit ei pes longus ⁊ strictus ac macer significat vuluā longā strictaʒ ac macraʒ ⁊ ecōuerso. Itē mēsura medij pedis nudi est mēsura longitudinis vulue totiᵘˢ vniuscuiqꝫ. Unñ dixit quidā. Ad formaʒ pedis tu nosces vuluā mulieris. Subtilitas pellis ī vulua ⁊ in virgine cognoscitur ꝑ cōditionē labiorū oris in vno quoqꝫ: qꝛ labia grossa oris significāt pelleʒ grossam: ⁊ subtilia subtilē. Nares nasi significant testiculos hoc modo: qꝛ grosse ⁊ late significant grossos ⁊ latos testiculos: subtiles vero strictos ⁊ paruos ī oībus quoruʒ officiū dixit quidaʒ Testiculi nudi feriunt ad labia culi. Nec tantū feriunt vt possint satiare foramē. Semen cōseruant ipsiuʒ quoqꝫ spādere curant. Scias mi discipule ꝙ nō opʒ itelligere ista dicta absolute qꝛ aliqđ aliud mēbrum pōt cōtradicere. s. mala cōpositio: sicut fuit Carolus Rex Francie quando triūphauit de regno Apulie. Mccccxcv. Qꝛ habebat nasum magnificū vltramodū ⁊ residuū mēbrorū disproportionatū sicut īfra dicemᵘˢ. Alia ratio pōt esse causa magnitudinis mēbri sicut hodie faciunt pueri ⁊ ꝑcipue cynedi: ⁊ ēt adulti qui coeunt cū proprijs aut alienis manibᵘˢ ⁊ frequētissime faciunt. Unde operatio mēbri significat ipsuʒ: sicut videmᵘˢ qđ manus dextra est maior sinistra: ⁊ hoc ex nimia fatigatione: qꝛ resoluiᵗ magna quātitas humorū ⁊ spirituuʒ: natura regitiua totius corporis distribuit magnā copiā sanguinis ⁊ nutrimenti sicut pʒ: qđ matrix mulieris corrupte est multo maior q̄̄ virginis: ⁊ omnia ista accidentia contingunt in etate augumentatiua.

Quesitum. xv. Augu. Disci. ad eundeʒ Coditē Magistrum. De natura nasi aquilini.

Discipulus.

Textus.

a Aquilinus aūt magnanimitatis est nota. Itē nasus qui simus est ipetuosus ⁊ luxuriosus

Responsio Magistri ad discipulum.

Cōmentum.

b Uabus de causis possum exprimere: dicitur nāqꝫ cū huiōi partes similitudinem aīalium habuerint aīam aīe similari. Nasus aquilinus assimilatur rostro aquile ꝫm formam: qđ est animal cholericū magnanimū ⁊ audax rapax crudelē natura sua. Ita illi qui habēt talem nasum sunt q̄si sibe nature. Mccccxcviij. qñ visitaui Iuliuʒ varanum dñm Camerini vidi aquilā ⁊ cōsideraui ex forma oculi ⁊ habitudine oīno illud esse aīal cholericum. Alia rō est Blasij đ Parma suꝑ quarto physicorū: vbi ait: ꝑꝑ quid est ꝙ habētes nasuʒ magnū aquile similē sunt irascibiles ⁊ vindicatiui. Habētes vero nasum simū sunt pusillanimes. Respōdeᵗ ad ꝓblema ꝙ habētes nasuʒ aquilinuʒ sunt cholerici. cuius ratio est qꝛ nasus sic dispositus est rōne caliditatis cōtrahētis sicut pʒ de corio ꝓiecto ad ignē: qđ caliditate ī se cōtrahiᵗ: ⁊ ꝑꝑ hoc tales sūt calidi ⁊ securi: ⁊ ꝑ cōsequēs cholerici ⁊ magnanimi rōne caliditatis dñantis. Et oppositū frigiditas opeᵗ. Iteʒ pro alia ꝑte tales sunt irascibiles ⁊ vindicatiui: nā tales opōnes ꝓcedūt ex caliditate excessiua. Habētes vo nasum simū ꝑ oppositū sūt a ꝑdominio humidi ⁊ flegmatici ⁊ ꝑ cōsequēs in eis sūt opōnes opposite. Unñ Almāsor scđo. Nasus quoqꝫ curtᵘˢ ⁊ os paruū: dentes curti ⁊ grossi: humidā declarāt cōplexionē ⁊ frigidā. De aquilino naso tāgit vnaculus plōs in suo libro cerbe dū ait.

Limpia torma con laquilino naso.
Uiuer desia de lo ben dalt rui.
Fin che la morte vien con limpio caso.
Gentil magnifico fora de pietade.
Sempre diserue nō guardando a cui:
Si come fiera senza humanitade.

Licet isti versiculi sint in lingua materna tñ sunt magne auctoritatis sicut patebit deo dante expositio nr̄a suꝑ dictuʒ librū Francisci asculani: cuiᵘˢ nos physionomiaʒ volumus exponere cōpositaʒ in talibᵘˢ versiculis. Cōcludit aūt ipse ꝙ isti tales sunt crudeles ⁊ falsa cōtrastantes: ⁊ oīa faciunt ꝑ phas ⁊ nephas vsqꝫ ad mortē sine vllo respectu: ⁊ sine aliqua humanitate qꝛ penitᵘˢ corpus cholericuʒ aīam rapacē ondit. Ego vo vidi expientiā multotiens ⁊ ꝑsertim in principibᵘˢ: quorū vnus fuit Rex Italus: cuius fama est diuulgata. Tñ hic est magna questio. Pono qđ sint duo viri: qui habeāt nasū aquilinū: quorū vnᵘˢ sit cōplexionis cholerice ⁊ habitudinis cholerice: color sit citrinus seu liuidus adustus. Alteriᵘˢ vo sit ex bona habitudine ⁊ cōplexiōe. s. sanguinea: tñ tēdēte ad choleraʒ. De primo dico ꝙ est intense malignitatis ratione coarroborationis pro illa aīa que est coniuncta totaliter in subiecto cholerico per naturā ⁊ ꝑ accidēs: ꝑ accidens dico ꝑꝑ liuiduʒ coloreʒ qui significat cōplexionē frigidam melancholicā adustā: quā causat ille color: sicut est princeps quidaʒ Italicus: qui oīno est malignus: ⁊ cā destructionis multarū gentium ⁊ seminator zizanie. Sed finis suus erit detestabilis in eo ⁊ in oī sua progenie. De secūdo vero dico qñ habitudo est sanguinea possibile est ex cholerico fieri sanguineū ⁊ ex sanguineo cholericū ꝑ accidēs qñ etates mutanᵗ. Cōcludendū est igiᵗ qñ ē in sanguineo corpore ē remisse malignitatis. Ratio est qꝛ sanguis ē frenuʒ cholere: ergo depꝛimiᵗ illa malicia. Et vnᵘˢ talis est Galasius Nigrosolus Carpēsis chyromanticus famosus: qꝛ cōplexio sua est sanguinea ⁊ aliqualiter flegmatica: ⁊ valde effeminata: tñ ab humeris a summitate tendens ad cholericaʒ cōplexioneʒ: ⁊ non priuatus est vitijs supra notatis. Et aliqñ depꝛimiᵗ ex parte cōplexionis ⁊ cōpositionis sicut dixi. Carolus Rex Francie nūc describatur. Delata fuit mihi figura ipsius picta ⁊ naturalis: hanc consideraui: ⁊ audiui a quodam fratre heremitano de compositione totius qꝛ talis erat. Caput magnum ⁊ nasus vltra modū aquilinus magnus: labia subtilia aliquātulū ⁊ mentū rotunduʒ ⁊ fossatuʒ: oculi magni ⁊ aliquantuluʒ eminentes: collum curtum non satis viuidum: pectus ⁊ dorsum ampluʒ ypocūdria satis magna. Uēter carnosus: nares satis ample: coxe subtiles ⁊ crura subtilia ⁊ satis magna in longitudine. De pedibus nō dico. Proportionando omnia mēbra: ego dixi. Iste magnus Rex est breuis vite: ⁊ mors eius est ex materia caterrali aut lynteria ⁊ similia. Pronosticationē eiᵘˢ descripsi in quodaʒ cōmētario. vbi descripta erāt multa pronostica multorum hominū: qui varia genera mortis facturi erāt: ⁊ ī capite erat ꝑdictᵘˢ Rex Carolus. Hāc

dedi Illustrissimo domino Domino Joanni Bentiuo
lo:licet aliqui dicāt ꝙ veneno periret. Ratio mea:ꝙ ma
gnum caput ꝛ nasus ꝛ pectus ꝛc̄.significabant multitu
dinem materiei:ꝛ inobedientie: ꝑꝑ qd̄ virtus regulans
non potuit regulare totū corpus ꝑꝑ eius malā cōpositio
nē:qꝛ omne signū est representatiuū sui signati illa de-
fectio in coxa significat virtutē cerebri esse debilē:ꝛ in-
ducit malā cōplexionē neruorū: ꝛ in dispositione mē-
brorū regaliū quorū sine cōcordātia impossibile est esse
vite diuturne.preterea erat luxuriosus:ratio est sicut in
ꝓhabitis actū est:illō nutrimētū:qd̄ debebat cōuerti in
coxis:ꝛ in cruribꝰ cōuertebat̄ in sperma. Etiā erat de na
tura sicut dictū est:tñ minoris malicie mēbris cōtra ope
rantibus ad caliditatē cordis ꝛ erat liuidus qꝛ signifi-
cabat per accidens dominiū frigiditatis ꝛ melancholie.
Idem deprimebat nasus aquilinus aliquātulū. Eminē
tia oculorū significabat vētriculū cerebri anteriorē fleg
maticum qꝛ corroborabat breuitatē vite ꝛ ita mortuus
est Rex ille breui tēpore ſm ꝙ pronosticatus sum. Itē
presens gallorū Rex ꝑꝑ malā suā habitudinē ꝛ cōposi-
tionem breuitatis vite testor vt sua physionomia ad me
delata est:que talis est. Caput nō magnū acutū:frons an
gusta:oculi grossi eminentes:facies macra:capilli curti:
nares nasi āple ꝛ eleuate:labia grossa:ꝛ mētū acutū:col-
lū curtū ꝛ subtile:humeri angusti:manꝰ ꝛ brachia sub
tilia ꝛ longa epyglotis eminens:furcula pectoris stricta:
pectꝰ angustū statura potiꝰ curua q̄ erecta:corpus chole
ricū.ꝛ motus oculorū velox ꝛ sursū reuoluentes se ꝛ
crura subtilia. De laudibꝰ eius nulla dicere possum. Ui
tia aūt eius oībus nota sunt:ꝛ ꝑ totū orbem diuulgata.
Ad ꝓpositū vo redeūdo. Fuit alius nasus aquilinꝰ qui
nō potuit exercere dñiū suū prout in alio:ꝛ fuit ille Co
dri porte latini:qui in grecis litteris hac tēpestate princi
patū obtinuit. Cuiꝰ corporatura talis fuit caput cōueniē
ter formatū:frons plana mensurate magnitudinis oculi
cōcaui satis ꝛ in coloribꝰ celestibꝰ nō radiosi:lꝫ aliter di-
cat Bartholomeus noster blanchinus in illius vita qui
falsum de eiꝰ oculis scripsit Nasus aquilinꝰ facies longa
labia satis formata.s.aliquātulū subtilia:mentū fouea-
tū:collū longū:epyglotis eminēs:spatule alate ꝛ aliquā
tulū eleuate. Pectus ꝛ coxe subtiles:anche ꝛ nates an-
guste:coxe ꝛ crura subtilia:tñ cōformia aliis partibꝰ cor
poris:calcaneū depressū ꝛ pedes lōgi ꝛ subtiles:vñ Al
mansor secūdus. Nasi acuitas ꝛ collū longū ꝛ epyglotis
foris prominēs ꝛ vox acuta ꝛ pulchra cōplexiōis demō
strat siccitatē:ex parte cōplexionis cholerice. Tñ cōposi
tio eiꝰ exigua locus stomaci erat angustus:ꝛ digestio ci-
balis erat exigua ꝑꝑ stomachū paruū. Et cor eius erat
frigidū ex longitudine colli erat timidus pauidus aua-
rus qd̄ est contra magnanimitatē qꝛ procedit a cōplexio
ne calida:tñ habebat ingeniū ꝑꝑ formā capitis qꝛ dear
ticulatio spirituū erat laudabilis ꝑꝑ decentē organū de-
seruiens rōni:ꝛ ꝓcipue eminentia frontis ī latitudine:pe
ctus:coste calcaneū:collū fuerūt effeminata:qd̄ est cōtra
magnanimitatē. Auariciā suā indicabat nasus aquilinꝰ
qꝛ in hoc habebat dñium. Et sic opꝫ proportionare oīa
mēbra adinuicē aliter fatuū est loqui. De naso simo di-
ximus ꝙ sunt luxuriosi causa sue caliditatis. Scire de
bes ꝙ qñ nasus est simus tunc significat caliditas ꝛ hu
miditas:qꝛ caliditas nasi aquilini est cum siccitate. Si-
mi vero nasi cū caliditate ꝛ humiditate sunt. Quia hu
miditas causat latitudinem nasi:ꝛ ideo sunt calidi ꝛ hu
midi qd̄ est cā luxurie. Qui sī dicta sunt ꝓpetuosī ex nimia
caliditate ꝛ īflāmatio spirituū ꝑꝑ abūdātiam materie qꝛ
ex illa īflāmatiōe cātur irascibilitas. Alia cā dicet̄ qꝛ spi
ritꝰ īflāmatio nō ꝑt refrigerari cito ꝑꝑ meatuū angustias
vt in sequētibꝰ dicet̄. Vñ ꝛ Franciscus Phs dixit.

El concauato e anchora il naso simo
  Ciascun di loro la luxuria acosta.
  Piu del secundo dico che del primo.
Chi lha subtile e ne lextremo aguso
  Ouero rotundo con obtusa posta.
  Mouesi ad ira el primo comencuso.
L altro e magnanimo de graue stile.

Scire debes ꝙ nasus latus in medio ad similē declinās
verbosū mendacē ꝛ irascibilē denūciat. Ratio est qꝛ il
la eleuatio nasi ꝛ ī mediū concauatio est causa cholerice
cōplexiōis ꝛ paucitatis cartilaginis:qꝛ cholera cōsumit
calidū suū ꝛ causat̄ cōtractio mēbrane sicut dictū est de
aquilino naso ꝛ partes que non depauperabunt̄ a carne
illa pars carnea hꝫ humidū viscosum ꝛ tenacē ꝛ non ita
resoluit̄. Irascibilitas causa est cholera ꝛ meatus indis-
positi vt dicet̄. Expertus sum in pluribus ꝛ nunq̄ vidi
tales sine excellentia vitiorū:ꝛ precipue circa mendacia
ratione cholereitatis. Caue igitur tibi a societate istorū
de quibus oībus te docebit experientia.

Quesitū.xvi. Augu.dis.ad eundē Cocliten Magi
strum. De natura acuti. Discipulus.

Textus.

P Ropter quid qui habet extremitatem nasi
subtilem īracunde est nature ꝛ litigiosus.

Responsio Magistri ad discipulum.

Comentum.

R Espondeo qꝛ tales sunt cōplexionis choleri
ce.nā macredo ꝛ subtilitas nasi plerūq̄ ac
cidit ex abundantia cholere ꝛ etiā illa extre-
mitas habet meatus strictos in quibus aer
non pōt ingredi ad refrigerandū cor. Ideo ꝑmanet diu
inflāmatus:qd̄ est cā litigationis. Quorū vnus est An-
tonius scriba ꝛ notarius:ꝛ multi alii conterranei nostri
ꝛ hmōi nature est quidā dñs Uandinus de Fauentia:
qui fuit ꝓditor dñi ꝛ benefactoris sui illius nobilis pue
ri dñi Astorgii Fauentie dñi:qui etiā causa illius ꝛ alio
rum deceptorū fuit carceratus Rome in excellenti arce
sancti Angeli:ꝛ fortasse precipitatus fuit a spurio crude
lissimo more ferino:quē video tanq̄ cereā imaginē in
feruentissimo sole. Cū nasus fuerit paruus mediocris
parūper sicus ad superiora ꝛ postremo leuatus:ꝛ pars
inferior ad superius extrema cōuersa aut fuit eius inci-
sio ab inferiori ad superiora cōuersus nasi conus ꝓcedēs
luxuriā aut quorūdā sceleratorū sodomie infandū actū
denotat:vt tꝫ Cōciliator:qd̄ multotiēs vidi ꝛ expertus
sum. Et ꝓcipue in vno de Senatu Bononiēsi:quē gra
honestatis relinquo. Cā est ꝙ sunt humidi sanguinei tē
dens ad cholerā. Et sūt vniuersaliter luxuriosi ī vtroq̄
sexu:sicut ille ꝑꝑ stimulū cholere q̄ īflāmat sanguinē cō
tinue. Et nā regitiua totiꝰ corporis incitat virtutē expul
siuā ad expellendū nociuū sup̄fluū:ꝛ expellit ad loca cō
ueniētiora per meatꝰ cōgruos:ꝛ transmittit ad virgā:qꝛ
est cā erectionis. Ideo iuuāt se aliq̄ñ cū propriis mani
bus:si subiectū non est propinquū. Et Philosophus in
methaphoricis tenet. Quicūq̄ autem nasum extremū

grossum habent facchini sunt idest facilem animum habent ad concupiscēdum ⁊ referuntur ad boues: idest qz sunt habentes nasum extremum grossum: idest obtusum: ita ꝙ nares sunt late ⁊ nasus grossus. Et isti sunt faciliter concupiscibiles: concupiscunt enim quoscūqz vident qđ precipue verum est de concupiscentia coibili siue mulierum: tales.n. post mulieres mugiunt sicut boues post vaccas. Et Ausculanus ait ꝙ sunt irascibiles vt dixi. Istud signum ponit Rasys sub his verbis. Cuius nares late sunt luxuriosus est. Quicūqz nasum in extremitate grossum habent insensibiles sunt ⁊ referuntur ad sues. Ratio est ꝙ habentes nasum in extremitate grossum plusꝙ in aliis partibus ⁊ latū sunt inuerecundi indisciplinabiles ⁊ insensibiles .i. rudes pp qđ tales referuntur ad sues huiusmodi nasum habentes ⁊ qui sunt valde rudes ⁊ indisciplinabiles nulli cedētes: sed quicquid sit ante eos impetuose progrediunt: quicunqz aūt nasum extremū acutū habēt difficiliter irascibiles sunt ⁊ referunt ad canes. Tertium signū est ꝙ habentes nasū in extremitate acutū ⁊ subtilē: ⁊ superi⁹ versus frontē plus grossum sunt difficiliter irascibiles .i. difficiliter irā dimittūt ⁊ referunt ad canes. Quicūqz aūt extremū nasum habent rotundum obtusum magnanimi sunt ⁊ referuntur ad leones. Illud p relationē satis pz. Quicūqz nasum extrema subtilem habent auiculares .i. hn̄tes nasū in extremitate subtilē: ⁊ generalr longū sunt auiculares .i. conditiones auiū in morib⁹ hn̄tes: qz eis assimilant in naso. Sicut enim tales homines: vt dicit Rasys festini stulti ⁊ leues: qui habēt a fronte in os curuū ac durū: inuerecūdi sunt ⁊ referunt ad coruos: idest habētes nasum statim nisi cōtinuat fronti curuū ⁊ durū sunt inuerecūdi .i. fures naturalr: vt intelligit Guilielmus: est enim fur ⁊ per cōsequēs inuerecūdus eo ꝙ ista expositio sit cōueniens: patet ēt per relationē quā facit dicit.n. ꝙ tales referuntur ad coruos. Coruus.n. est auis dolosus res furtiue subtrahētes: ⁊ in locis abditis eas abscōdens. quicūqz aūt aquilinū habēt articulatū in frōte magnanimi sunt ⁊ referunt ad aquilas: idest habentes nasum aquilinū hn̄ articulatū eminētia qdā versus frontē sunt magnanimi vt probaui. Et sumit istud signū vt dr ab aquila. habētes nasum talis dispositionis vt dicit Plinius sūt rapaces: propterea qđ hec auis Rex auiū appellat. Nā pdam captā cū auibus que ipsam sequunt diuidit. Et qñ preda sibi nō sufficit tāꝙ Rex de republica viuens aūt primiorem sibi rapit ⁊ in medio ipsam etiā ponit. Quicūqz autem nasum cōcauū habēt: qui sunt etiā frontem habētes rotūdā ⁊ rotundū frontis sursum eminēs luxuriosi sunt ⁊ referūtur ad gallos. Istud signū satis pz p relationem. Quibuscūqz nares sunt aperte iracūdi sūt ⁊ referūtur ad passionē .i. habētes nares valde apertas sunt iracundi: prouenit aūt istud ex nimia cordis caliditate. Et sumit istud signū a more apparēte in aliqua passione ire cōstituto. Talis.n. habet nares apertas: que apertio fit pp calorē a corde ad faciē ebullientem ⁊ nares extendentē. Videt dicere auctor in libro de proprietatibus: nares si fuerint nimis tenues ⁊ late multi aereis attractionem ferocitatē cōprehendunt ⁊ mentem indignatā. Unde idē per verba Aristotelis sentit Conciliator sub his vbis. Cuius nariū via valde aperta conspicitur irascibiles cōprehendunt vehemēter. Habēs autem nasum rotundū ⁊ obtusum magnanimum se ostēdit ⁊ cōparat leonibus. Et si in extremo seda fuerit grossicies insensibiles ondit. Nares tenues ⁊ longe auib⁹ sunt propinque cūqz pportionaliter sit hominib⁹ mobilitatis mores ⁊ leuitatis sibi indicant. Dicunt nāqz: cū huiusmodi partes similitudinē aliquā habuerint animam aīe assimilari. Narium pars admixta fronti existit: si a fronte deposita sit honeste ⁊ feliciter cōpositiōe bona: vt neqz alta nec humilis: sed aliqua linea descēdat virile signū indicat constantiam ⁊ prudentiā ostendens ⁊ refertur ad leones. Si autē narium pars sit depressior ⁊ pfundior superior stultitiam animi ⁊ imbecillitatem denotat cū signum sit feminee leuitatis. Si autem in altitudine directe eleuate continue procedāt intemperamētum ostendūt: ⁊ hec sunt que in extremitate interiori cartilaginis eleuantur ad lineam descendēs ad nasum pingūt. Et nares maiores simplr minorib⁹ sunt meliores: minores enim seruilibus ingeniis ⁊ furib⁹ ⁊ tergiuersatilibus ascribitur. Nares cum sunt patule alacritas ⁊ fortitudinis est indicium: pingui ste rotunde confuse obtuse alias cōcluse stultitiam pclamant. Et quibus nasus a fronte mox curuus pducitur inuerecūdi sunt ad coruos relati. Hec Conciliator ⁊ Albert⁹ ⁊ Plato. Dicit aūt Rasys. narium amplitudo: ⁊ in maxillis carniū multitudo ⁊ ingenis pilorū paucitas cōplexionis significat humiditatē. Dicūt aliqui: cuius nares fuerint valde obtuse isipiētiā attestat: ⁊ scias ꝙ nasi declinatio in ptibus hoīs laterALIB⁹: si ad vnā tantū positionis partem declinauerit a cingulo versus partē extremalem lesionem denotat. Si vo fuerit nasus diuisus in vtraqz parte positiōis egritudinē siue percussionē ostēdit: ⁊ hoc aut a causa primitiua aut antecedente. Nasus rubeus cū basi atqz foramine ⁊ latitudine trahens ad tumefactionē admodū fragrarū vinolentiam atqz ebrietatē ostēdit. Et tales vt plurimū sunt humidi luxuriosiqz maxime si tale signū in corporib⁹ parue dimensionatis reperiat. Et hec Coditis fuit experientia.

¶ Quesitum .xvii. Augu. Di. ad eundem Coditem Magistrum. De significationibus aurium.

Discipulus.

¶ Textus.

Inquit Philosophus ad Alexandrū qui habet auriculas magnas: est mltū fatuus hoc excepto ꝙ est bone intentionis ⁊ memorie. Et qui habet aures valde paruas est stolidus: latro ⁊ luxuriosus.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Comentum.

Ars est homo longus ac mediocris secundū orientalitatem seu ipsius occidentalitatē color subruffus cum aliquali obscuritate habens faciem turpē cū granulis rubeis infectam: aut cicatrices vel vestigium oculos varios paruos rubedini attinentes. Nasus magnus ⁊ pici curuos dentes ac longos: pectus acutum: pilos ruffedini attinentes: barbam hircinam. Quantū autem ad animum si orientalis ⁊ in bono extiterit facit hominem fortissimum potentem iracundum armorum appetitorem animosum ponentem animum suum in mortis periculo nulli se humiliantem destructorem in se confidentem viribus suis primū in bello vilipendentem omnia violentiam hominibus ingerentem ⁊ homines nullius regiminis existentes: vt est hodie filius magni sacerdotis qui ecclesiā gubernat tamē finis eius erit violentus. Si vero mars erit occidentalis faciet hoiem suspiciosum audacem bellicosum non victoriosū sanguinis effusorem litigiosū suscitantem homines ad iras ⁊ discordias turpium verborum dispersorē bibulū falsum periurū receptionis praue longum in incessu ingeniosum cogitationis inique semper praua loquentem ⁊ inhonesta plurimaq; ostendentem ꝗ̄ perpetrare intendat nullusq; in ipso contētatur. Inquit Aristoteles. Mars discordiarū seminator ⁊ rixarū habet ex partibus hoīs capillos ⁊ oculos paruos ⁊ barbā tenuē faciē lentiginosā ⁊ modicū ruffā grossū collum ⁊ breue colore porro rubeū. Messahalla ait. A marte quidē capillorū rubor ⁊ oculi subalbi describuntur. Erit quoq; malitiosus ⁊ rixe amicus: regis affecla simul ⁊ constipator ⁊ latronū amabit consortia vt ille quē dixi. Tamen sm Albertum: totū corpus habet curuū: ⁊ grossum aliqualiter. Nota ꝙ caliditas ⁊ siccitas sunt cause adustionis ⁊ crispitudinis: criniū: ⁊ curuitatis adustione mediante: vnde nati sub marte habēt paucos crines causa siccitatis ⁊ habent curuos seu crispos crines gratia adustionis. Item qui sub marte nascitur ⁊ eius ducatu est rubei coloris cū quadā obscuritate: quia color rubeus causatur ex eo quia calidū agit in humido: ⁊ in cōsumendo humidum relinquit siccū ruffum. Hoc patet de lateribus ante combustionē qui rubei non sunt sed postea consumpto humido efficiuntur rubei. Et isti nati habēt paruos oculos: quia oculus est mēbrum in quo viget humiditas quia oculus est aquee nature ab extrinseco. Secūdo de anima: quod patet nā si leditur exit aqua: ⁊ quia mars est calidus ⁊ siccus iō non potest formare magnos ⁊ pulchros. Itē mars inducit bella quia exsiccat cerebrum ⁊ cor incēdit: ⁊ sic ira generatur: vt in primo libro dictum est. Ira enim est accēsio sanguinis circa cor: vt ipsemet Albertus ait in primo de animalibus. Et ideo mars secundum antiquos vocabatur deus belli. Item est fallax: ratio est quia est siccus ⁊ calidus semper iracundus ⁊ male cogitat vt fallat homines ⁊ perdat. Item satis appetit coitum quia calidus ⁊ modicum potest: quia caret humiditate. Omnia probaui in preceptore meo Simone de Blanchetis distillatore sūmo chyrurgico emperico: ⁊ talis habitudinis fuit ad vnguem sicut dictum est.

¶ Capitulum quartum de natura solis.

f

Ol est stature mediocris albus cum quadā citrinitate adiuncta formose faciei ⁊ rotunde. Frons alba est: cuius color mediocris cū albedine pauca: capillorum subtilium extensorum. Nōnulli ipsum caluum testantur. Quantum vero ad actus alterius principij: vocem raucam habet: est idolatra ⁊ hypocrita: in aperto iustus homo sue sententie inuerecundus ac de alijs obloquēs: cuius dominiū imperat ad gradum sublimen aspirans ascēdere: ⁊ superbe at regaliter incedit. Ait Albertus. Sol quidē regularis stella existens lumen mundi: ⁊ oculus vocatus: natum sub eo facit carnosum ⁊ habentē faciē pulchrā ⁊ oculos magnos colorem album cū quadā rubedine: bene barbatum. Secundū vero aiam vt quidam scribunt facit hypocritā: ⁊ malū iniustū in exteriori parte apparentē. Et facit homines multū scientes sm aliquos Sed inueni aliquos dicentes: ꝙ natus sub illo planeta est regularis religiosus profunde deuotionis sapiens diligens bonos ⁊ deprimens malos quo ad apparentiam. Inquit Albertus. Sol enim de sui natura est planeta calidus: ⁊ ideo influit nato sub eo colorem ⁊ est siccus sz tēperate. Unde diceres: si sol est siccus sicut mars: quare non influit eundē effectum. Dicendum est ꝙ propter caliditatem ⁊ siccitatē sol virtualiter est humidus ⁊ nō siccus nisi temperate. Aristoteles inquit. Sol quantum est ad hominis formam: faciem facit pulchram citrino colori similem: capillos planos atq; lenes. barbam spissam ⁊ formosam: oculos magnos ⁊ corpus carnosum insinuat: ⁊ Messahalla dixit. Sol denuo mediocres prefigurat annos corpus leue planum ⁊ grossum candidū ⁊ subrubeum glaucis oculis. raris dentibus: gressum semper ad alteram partem declinantem: facit diuinatores ⁊ auguria docet: secreta reuelat: ⁊ si qua sunt occulta consilia in commune producit: sermonis ⁊ preceptorum innuit rigorem: ⁊ visionibus adhibet efficaciam ⁊ hoc ex parte situs ipsius. Item sol secundum antiquos dicebatur pater deorum: quia sol est principium vite influens esse omnium rerum ita quod per eius accessum in hemisperium nostrum influit fertilitatem ⁊ generationem. Et post eius recessum videmus arbores arescere ⁊ terram fieri aridam. Et inquit philosophus per accessum eius ⁊ recessum in circulo obliquo fiunt generationes: ⁊ corruptiones in istis inferioribus intelligendo per accessum appropinquationē ipsius a puncto verticali: per recessum remotionem ab eodem. Item natus sub sole est hypocrita ab hypo sub ⁊ crisis iudiciū. Unde versus. Omnis hypocrita faciētes est heremita. Itē calefacit temperate: ⁊ ideo facit natum sub eo magne sapientie: quia calor saltem moderatus est instrumentum operandi virtutes anime: quia calor facit spiritus agiles ⁊ promptos: vt dixi i primo libro in pluribus locis: vbi notaui ꝙ solares sunt hypocrite sicut pater in summo legista famoso ⁊ parum sciente. Sūt enim pomposi ⁊ magno spiritu superbie inflati: superbia contraria saturno ⁊ quo ad honorem: ⁊ sunt vt plurimum legiste quia tēpore nostro illi qui ministrāt leges sunt fraudatores: vt in pluribus: primum conceptum habent in nummis et cauillationibus. Uidi litigium perseuerans per spacium triginta reuolutionum solarum propter ipsorum garrulitatem. Et reperitur apud nos vna alia secta sūme malignitatis: que vocatur procuratorum seu causidicorum de quibus sine dubio non est cōfidendum: quia specu-

latio eorum est imitari semitaʒ ad divitias ⁊ discordias propter lucruʒ. Antiquitus erant leges: sed non legiste: quare omnes intelligebant leges patrie sue: opʒ igitur cogitare diversitates gentium: magisteria: regiones: ⁊ patrias ut dixi in primo libro nostre anastasis: aliter fatuū est iudicare atqʒ chyromantizare.

¶ Capitulum quintum de natura Veneris.

v Enus Jovi assimilatur speciosior tamen ⁊ blandior existit. Et denotat similiter corpus carnosum precipue si fuerit occidentalis faciet faciem rotundaʒ cuʒ multitudine carnis: longuʒ: candiduʒqʒ: habētē oculos gratos venustatis splendore fulgētes spissos capillos aut molliter flexos vel gradata pulchritudinis venustate compositos: crispos quoqʒ aut crinibus externis ornatos: equales: multo potu gaudentes: ⁊ modicum sumētes cibum. Et Aristoteles ait. Venus mediocrem innuit staturaʒ: oculoruʒ decorem ⁊ pulchra largitur supercilia eius sermo dulcis ⁊ molles affatus in suis: vultus ⁊ toti⁹ corporis compositione sūmū adhibet studiuʒ: corpus leve ⁊ mobile aptum atqʒ cōveniens non multuʒ tamē carnosuʒ. Messaballa. Venus quoqʒ candidum portendit adolescentem facie honesta: planos ⁊ lenes capillos: oculis nigris: stature mediocris. Item aliqui scribunt oculi eius sunt pulchri supercilia iuncta subnigra: labia tenuia: collum viridum ⁊ formosum: pectus angustum: breves coste: capilli ad crispitudinem tendentes. Secūduʒ animā autē ambulans est moderate: suaviter loquēs: affabilis apparitionis: ⁊ ornatui plurimuʒ intētus: mulierū amator. Ludorū epulotionū ebrietatū ⁊ omnium voluptatū sibi appetitus existit: in cantu ⁊ instrumētis musicis delectatur. Venus habet pulchra nomina. Primo enim dicitur Venus a venerando: qꝛ antiqui venerabantur eaʒ causa amoris. Etiam dicitur Lucifer quia de mane lucem indicat quando procedit solem. De vespere dicitur hesperus: qꝛ vesperum de nocte inducit: solem tamē sequendo: ⁊ habet coloreʒ candentem ⁊ fulgētem inter sydera. Venus est calida ⁊ humida virtualiter: ⁊ facit natuʒ luxuriosum ⁊ pulchruʒ: qꝛ gratia caloris facit natū appetentē ⁊ gratia humiditatis potentem. Iteʒ facit natum diligere musicalia quia musica est utilis pro cantibus ⁊ ipsis amatoribus. Item nota supposito qđ Venus ⁊ Saturnus venirēt secūdū oppositū: tunc ⁊ eo tēpore natus ille nō esset omnino malus: nec oīno bonus: sed medio modo se haberet: qꝛ bonitas Veneris retardat maliciaʒ Saturni quātū potest: ⁊ sic facit ibi mediū ut ait Albertutius. Notavi venereos ⁊ vidi ut plurimū eos habere gulaʒ candidaʒ ⁊ amplā: inclibētes humanis: ⁊ si habent admixtioneʒ cuʒ sole facit legum latores. Et scias ꝙ qū vides scholares venereos valde impossibile est illos habere ingeniuʒ speculativū nisi in exorbitantibus: ⁊ raro exequunt litteras: ⁊ pcipue quādo sūt musici. Vidi aliquando quosdam scholares ferētes speculum ⁊ pecten in manicis: ⁊ in angulis remotis ornantes se ⁊ abstergentes facies ⁊ spatulas cum acquis. Unde ex talibus effectibus correlarie sequitur quod impossibile est illos habere ingenium in altis indagationibus: ut in sequenti dicemus: ⁊ tactum est in prehabitis. scientia enim vult totum hominem: ⁊ non vanitates aut fatuitates.

¶ Capitulum sextum de natura Mercurii.

m Ercurius est homo albus: corporis mediocris ad parvitateʒ declinantis ⁊ ad macredines: capitis parvi: frontis anguste: ⁊ eius oculi sunt pulchri ⁊ parvi. i. in colore ⁊ forma et precipue cesij ⁊ kropi: humidi: iunctorum superciliorū. Aures tense: nares subtiles: manuum digiti longi: ⁊ simpliciter membra eius oīa sūt tenuia. Capilli mediocres. Barba minuta. i. rara ⁊ cū subtilibus pilis: que quideʒ omnia ad latus minorationis declinant cū Mercurius fuerit a Sole occiduus. Quantum ad ea que sunt alterius principij est homo multi intellectus ⁊ sapientie philosophiam diligēs: boni moris ⁊ sermonis perfecti: ⁊ in scientia stellarum: ⁊ sortilego dogmate doctus: ⁊ rithimoruʒ compositor ⁊ propheta. i. predicens res futuras mediantibus liberalibus disciplinis ⁊ oīum manualiuʒ ingeniorum peritiam: habentem multos amicos acquirens: non tamen fortunabitur in illis. Et quidam dicūt ꝙ habet labia subtilia ⁊ nasum habet subtilem: ⁊ plus expendit in amicis ꝙ̄ lucretur: Aristoteles dixit. Mercurius graciles protendit barbaʒ decorā raraʒ tamen ⁊ parvaʒ labia moderata: nasum subtilem ⁊ rectum: perfecte sapientie studio ⁊ lectionib⁹ īsistit. Et quāvis multos acquirat amicos paucos aut nullos fideles reperit. Hec Aristoteles. Aliqui dicunt ⁊ bene qđ sunt pictores ⁊ versificatores: arithmetrici: ⁊ geometrici: ⁊ augures. Indagatores pfundorū secretorū ꝑm diversas applicationes variantur actiones eorū propter Mercurij convertentiā: ⁊ sicut ipse cōvertit: ita mercuriales cōvertuntur. Unde cū bonis boni sunt: ⁊ cū malis pessimi efficiūtur: ⁊ sic illorū ingeniū dignoscit: qꝛ ingenium nihil aliđ est nisi ad talē ascēdere speculationeʒ qđ in ea liberales septē artes includant ⁊ qđ a posterius vix illud assequi possit ⁊ valeat. Sed ingenium in duplici differentia reperit. Nam aliquod est speculativū: aliquod vero praticum. De speculativo dictū est. De pratico vero eius noticia in paucis reperitur: ut sunt boni pictores: aurifices: ⁊ omnia que manuali regunt operatione. De isto secūdo mēbro loquimur: qꝛ ꝑm individuorū pluralitatē multiplicatur tamen apud paucos (ut diximus) eius reperit consistentia. Isidorus. x. ethimologiarū ait. Ingeniosus dictus ꝙ intus vim habeat gignēdi quālibet artē. Perspicatus. n. sum ꝙ possunt quinqʒ modis ingenia corrūpi: pigricia: diffidētia: psuasione: lasciuia: istabilitate. Ex quib⁹ mediā instabilitatē mihi elligo: que mihi pcipua ē qꝛ laudāda est maxie qñ ē celer: qm̄ significat discursū.

¶ Capitulum septimum de natura Lune.


l Una hominem denotat mediocris stature ⁊ recte: album glaucedine consparsum modicum decorum: aspectu mollem: faciei rotunde. Dicunt etiam non nulli unuʒ oculum altero maiorem monstrare: ex aliquo quideʒ accidenti oculos semper inequales habere: ⁊ eorū sunt supercilia iuncta. Quantū vo ad animam est vagabundus cogitationibus plurimis sermonibusqʒ admixtus. Obliviosus: pusillanimus: timorosus: secretorū divulgator: delectationū amator. ⁊ desiderat scire sortilegia: historias: fabulas ⁊ cōmixtiōis querit habūdantiā. Dicunt aliqui ꝙ est hō nullius servitij: ⁊ desiderat ire de die ⁊ de nocte atqʒ

huc ⁊ illuc discurrere: ⁊ non habet voluntatem standi in
loco. Et dicunt. Si non habet oculum maiorem altero
est percussus in oculis: vel infra oculos vel monoculus
est: vel strabo: ⁊ non potest esse q pro aliqua calũnia ocu
lis non careat. Ego puto hinc esse quod illustres chyro=
mantici dicunt: quando sunt vnũ aut duo puncta in per
cussione manus q ledetur in oculo vel oculis cum ali=
qua re a causa primitiua scilicet: exteriori: quia ibi est lo
cus Lune. Nisi sit vniuersalis cõstellatio impediens aut
consuetudo: vt tenet Hypocras in libro de aere ⁊ aqua
dum ait. Multotiens causa longitudinis capitum pri=
mo a mulieribus est habita: idest consuetudo. Deinde
vero natura consuetudinem est consecuta: quod ideo fa
ctum est: vt illi homines animosi esse atqȝ audaces in=
sinuarentur: consuetudo autem hec adoleuit: quia vide/
licet mox vt nascebatur infans illum accipiebant: ⁊ eius
caput in longitudinem aptabant: sicqȝ ligabant ingenian
tes vt rotunditatem amitteret: que res eorum capita in
longitudinem adduxit: quia videlicet ipsam naturaȝ ad
hoc cogit. Post ea vero lõgioris tẽporis mora: vsum in
naturam cauillãdo inseruit. Iam nũc itaqȝ nõ est causa
longorum capitũ consuetudo: sed sola natura est. Quia
vero sperma ab oĩbus mẽbris corporis descẽdit: sanuȝ
quideȝ a sanis infirmũ quidẽ ab egris currẽs. ⁊ rursus
quideȝ sic opationes fiũt vt calui caluos: varij oculos va
rios: strabo quoqȝ generat straboneȝ ⁊c. Igitur natura
parẽtum diuersificat mẽbra hoĩs ⁊ mores vt in primo
libro dixi. Oportet colligare oĩa que dicta sunt de plane
tarum natura. ⁊ in primo ⁊ in scd̃o libro. ⁊ pportionare
ad inuicem mẽbro mẽbrum. planetaȝ planete: ⁊ postea
pronũciare iudicium tuũ. Et causa est qr in genituris cõ
currunt virtutes septem erraticorũ cum suis pportioni
bus. qui faciũt magnã differẽtiam ⁊ ita aggregabis om
nia: ⁊ que insultat dicas. Sciẽdum tamẽ q planete ha=
bent virtutẽ qualitatiuã: qua mediãte vnus alteri con=
trariatur in virtute. Unde planete isti sunt cõtrarij quo
ad virtutes. s. Mars Uenus Jupiter Mercurij ⁊ Lu
ne qualitates conuertibiles sunt quare apparet iudican
tem oportere vti sagacitate.


## ¶ Capitulum octauum de physionomia linearum.

p Eruenit ad aures nostras q quidã hebre⁹
physionomizabat per aspectum hominis de
preteritis ⁊ futuris. De diuitijs honoribus
⁊ calamitatibus. De fortuna ⁊ infortunio ge
nitoris ⁊ genitricis. ⁊ alia multa: que cum maximo la=
bore quesiui ab ipso quod instrueret me negauit petitio
nis mee dictũ. Tamẽ in disputationibus inueni q igno
rabat physionomiam tam methaphoricam quã de mẽ
bris. de planetisqȝ. sed per quasdaȝ lineas quas inde ex
labore me percepi. in illis maximam adinueni veritatẽ
cum longa temporis experientia. Et sic indagaui semi=
tam auream ⁊ archanum maximum quod latitare nol
lo. In primis est aspiciendum in tranquilla fronte ⁊ ibi
tres aliquando lineas reperies per longitudinem fron=
tis que importãt tres etates. s. pueritiam iuuentutem
⁊ senectutẽ. Pueritiã itelligo a primis ãnis vsqȝ ad an
nos viginti quinqȝ. Iuuẽtutẽ dico a viginti quinqȝ ãnis
vsqȝ ad quinquagenta. Senectus vero erit a decẽ lustris
vsqȝ ad quindeciȝ cõputatur ⁊ ad hoc vltimũ vite residuũ

sicut inferius patebit in formationibus linearũ. Ut hic




Distinctiones vero earum etatum secundum antiquo=
rum atqȝ modernorum opinionem breuitati studens
relinquo: ne lectoribus aut eos obtundam. Et sic damus
dextraȝ patri: sinistrã vero matri. Et in illo loco vbi sũt cõ
tinue linee ibi dicim⁹ fortunã: ⁊ pcipue si sint recte nam
oblique cõtrariũ designãt: magis ⁊ min⁹ sm̃ eorũ inten=
tionem ⁊ remissionem: etiam tres sub duorum superio
rum vna cum sexti inferioris dñio collocentur etates.




Prima linea mercurialis vocatur que est primaȝ etatẽ
rep̃sentãs: qr in tali etate est tẽpus adiscibile in quo vir=
tutes possunt instrui ⁊ adisci: ⁊ est etas florida sed ali/
quãtuluȝ lubrica. Secũdã etatẽ venerationis ⁊ sapien=
tie tẽpus appello vbi sunt sedes largitatis ⁊ exuberãtie
morũ ⁊ deuotionũ q̃ psunt hoĩbus atqȝ discretionum: ⁊
actiones laudabiles ⁊ vbi virtutes vniũtur: ⁊ vitia dila=
buntur: ⁊ vbi ingeniũ fructũ indicat: ⁊ est mater honesta
tis: q̃ p iouialẽ lineã rep̃sentant. Tertia vero etas est tristi
tie atqȝ auaritie: caduca ⁊ inanis tñ si est fortunata idi=
cat agriculturã ⁊ fabricas ⁊ q̃ ptinẽt ad officiuȝ senectu
tis: ⁊ tali tertie linee subijciuntur q̃ saturno attribuunt.
Aliquis posset arguere q est etas deuotiõis: dico q se=
nes hȝ deuotiones: qr illa etas est ipotẽs ad vitia ⁊ luxu
riam ⁊ ideo delectant in sacrificijs ⁊ ecclesijs. Tempus
iuuentutis est nãle ⁊ nõ pp conatus: vñ est magis cõfidẽ
dum in illis: ⁊ sic in loco vbi est fracta linea. ibi est infor
tuniũ. s. egritudo aut aliud detrimẽtũ: ⁊ si due iferiores
linee sint cõtinue ⁊ fecerunt q̃si angulũ expti sumus illos
hr̃e pcipuã fortunã in diuitijs ⁊ honorib⁹: tñ pauci sunt
qui tale signũ habeãt. Itẽ dicte due iferiores linee. s. sub
trib⁹ principalib⁹: dxtra attribuit saturno: sinistra lune:
⁊ etiã dextra est pr̃is: sinistra vero matris: ⁊ sic indica de
fortuna ⁊ infortunio sm̃ p̃sentiã linearũ: sȝ cũ dicte due
linee coincidũt in triãgulũ ⁊ sit vna linea trãsuersalis in
principio nascit: ita tñ vt nõ compleat triãgulus fortunã ster

illius competentē indicamus ⁊ asserimus: ⁊ vbi deficiunt linee aut obliquantᷣ infortuniū attestantur: si vna linea est ī medio sub lineis in diametro nasi sub limē fortunam ostendit: idē a Ptholomeo philosopho attestatᷣ dum inquit. Si vna linea in lōgitudine frontis a dextro in sinistrum viuit annos sexaginta. Si due septuaginta. Si tres octuaginta. Si quattuor nonaginta. Et si quinqꝫ centū: ⁊ si dicte tres linee sunt itersecate ab alijs lineis inimicitias ⁊ psecutiōes dicim⁹ denotare. Et si dicte intersecationes fecerint angulum: ⁊ vna linea sit maior altera taliter ꝙ transcendat angulum: ille habet inimicos: sed non nocebunt integre illi. Illud qđ dicunt auctores: ⁊ precipue illud qđ dicitur in quinto libro nostro in chyromantia magna de quadrāgulo manus significare circa amicos ⁊ inimicos. Idem per frontis signa attestatᷣ. Sed si plures linee in fronte reperiātur scias illas linearum principalium sorores esse. Si vna tantū linea sit in fronte s̄m situm ⁊ figuram ⁊ locum de etate ⁊ s̄m planete dominium pronosticabimur. Si nulla sit linea nihil iudicamus. Si oblique ad deorsum tenderint infortuniū fore dicimus. Si oblique ad sursum vt arcus īfortuniū maius fore arbitramur. Si sint vene tumefacte maximam cholere qualitatem indicamus. Et tu cōsidera sicut in chyromantia magna dicemus ⁊ inuenies aureum archanū. Et sic est finis tertij libri. Sequitur quartus.

## ¶ Prohemium Quarti Libri.

### ¶ Incipit liber quartus Anastasis eiusdem Bartholomei Coclitis Bonon. Medicine distilatoris chyrurgici physionomi chyromantici geomanticiqꝫ Ad eundem .D. Alexandrum Bentiuolum. Prohemium.

In precedentibus tribus libris locuti sumus de physionomia quantum putauimus ad eam attinere: ⁊ quantum s̄m imbecillitatē ingenij nostri pro viribus inuenire potuimus ab antiquis varijs scriptoribus annotatum: scientiamqꝫ huiusmodi deo adiutore nō paruū ampliauimus. Nūc vo intētio nostra est in hoc quarto libro ⁊ in duobus alijs sequētib⁹ ad huius artis professorum vtilitatem de chyromantia ample admodum ⁊ copiose disserere. Quid tibi nūc dicet aliquis cū chyromantia: de physionomia .n. supra te tractaturum esse pollicitus es: nam hec inter se differre vidētur. Sciant autē qui hoc mouēt chyromāticā physionomie subijci ⁊ ab ea quodāmodo tanq̄ mēbrū a corpore dependere: vt tenet in problematibus. Conciliator quem alias allegaui. Hinc est ꝙ Albertus in libro de aīa lib⁹ primo vocat chyromāticos physionomos. Ego dico etiā ꝙ physionomia nō solū versatur circa hoīes: sed etiam circa cetera aīalia: chyromantia autē solum est in hoībus ⁊ symijs similibus: sed in manibus tantū physionomia vero ad vniuersa mēbra totius corporis extēditur preter q̄ ad manus. Stolidi sūt illi qui existimāt sine physionomia: ⁊ physionomū sine chyromātia perfectum esse: vnde dici potest ꝙ physionomia est firma radix: chyromantia vero est tanq̄ ramus. Quēadmodum enim chyrurgia separatur a physica: ⁊ geometria ab astronomia propter diuersum modum considerandi circa idem subiectum: quoniam primus considerat celum prout est quantitas non habendo respectū ad motum: secundus vero prout in tali tanto vel tanto tempore quelibet sphera modo idem subiectum tamen altera ab altera dependet. Non secus dicendum erit de chyromantia ⁊ physionomia: que idem quoqꝫ subiectū versantur scilicet corpus humanum. Ideo sex libros in vnū tantum subiectum positos esse existimo. In isto igitur quarto libro introducetur discipulus meus Augustinus ingenio quidem ac si de preclarus: qui mei amantissimus ac integerrimus extitit: vt in secundo libro actum est cum diuersis enigmatibus ⁊ quesitis: ⁊ erit tanq̄ cōmentum quinti libri: hic etiam conuincemus falsa principia: ⁊ quasdam inanes multorū opiniones refellemus: ⁊ maxime Antiochi cesenatis: Ne recentiores in arte ac pene iniciantes in eis erroribus submergantur. Quoniam homo considerans: vt inquit Auerroys: in prologo physicorum: paruitatem vite sue ad respectum ⁊ cōparationem temporis sempiterni debet esse audax ex necessitate: ⁊ vt scientiam acquirat debet deponere propriā vitam. Cum mediante scientia speculatiua homo felicitetur: ⁊ hec perfectio esse non potest nisi homo insudet in libris phylosophorum: ⁊ eorum dicta recipiat: ⁊ memorie mandet ac detineat: ⁊ eorum concordantias simul componat. Unde acquirendo tales habitus: ⁊ componendo īmortalis redditur ⁊ felicitatur. Nam ex parte sententie īmortalitatem acquirit: ⁊ dijs ipsius similimus efficitur: felicitatem autem adipiscitur quoniā anima sua dum tales habitus acquirendo disponit: efficitur felicior ac beatior. Quo circa oportet hominem qui se virum prestare vult scientijs omnibus insudare. Et ex dictis auctorum: qui naturaliter locuti sunt libros cōponere: nec huiusmodi sint: vt multi sunt loquaces ac nebulones: qui non solum nec sciunt componere: sed componentium scientias ob eorum crassitudinem: tanq̄ fastidientes. nimie intelligere valent. Cum incepi me istis facultatibus penitus totum tradere. ferme omnes me deridebāt: si quid in vigilando adeptus sum posteritas iudicabit. Imitatusqꝫ sum illud laudabile carmē. Multa tulit fecitqꝫ puer sudauit ⁊ alsit. Multum laboris: plurimum incōmodi lachrymans ac sudans passus sum: vt hanc celeberrimam scientiam penitusqꝫ sepultam: ex carceribus obscurissimis in clarissimam lucem educerem. Nocuit mihi paterna radix: que si adiumēto fuisset: melius de me superandum erat: dicit enim Iuuenalis: ⁊ dictum est verissimum ⁊ expertū haud facile emergunt: quorum virtutibus obstat res angusta domi. Memini me multa scripsisse: que cum dictis diuersorum auctorum concordarunt: quos ita me deus adiuuet: nunq̄ antea videram: ⁊ non mihi ascribendum puto sed potius celestibus influxibus: qui ad hoc me inclinarunt. Ut in mea natali figura astronomica: licet aliqui negēt iudicialem astrologiam: qui dum multum se intelligere volunt vulgo ostendere: nihil penitus intelligunt ac se ipsos ignorant. Multum in me quidem valuit coniunctio mercurij ⁊ capitis draconis in quarta domo: cum aliorum planetarum mixtione. Et si quis diligens voluerit hoc perscrutari: hic annus est mensis ⁊ dies ⁊ hora mea natalicia. Cocles enim natus est .1467. Die .ix. Martij Hora .3. noctis ad Bononie meridianum.

¶ Incipit Liber quartus eiusdē Coclitis per dialogum in quo disputatur de Chyromantia Augustino Coclite discipulo ingenioso interrogante.

¶ Quesitum primū Aug. disci. ad eūdem Coclitē Magistrum. de collocatione planetarum. Discip.

Textus.

De collocatiōe planetaꝝ in chyromātia. o magister mi insurgūt mihi multe dubitationes quas in quodā libello cuiusdā chyromanticis noui et inexperti: vt arbitror vidi. Inquit enim pollicis tuberculum marti dedico: nā is oībus robore et fortitudine prestat: quemadmodum mars ceteris planetis est fortior:

¶ Responsio Magistri ad discipulum.

¶ Commentum.

Falsum est ꝙ tuberculū pollicis marti dedicetur: nec ceteris est fortior. Ratio q̄m vt inquit phs. 3. thopicoꝝ robur existit in neruis et ossibus. Cum ḡ ita sit ꝙ digitus pollex sit cōpositus ex duabus iūcturis tm̄: nec adereat ossi pectinis. Et ceteri alij digiti sint ex tribus iūcturis cōpositi: et āneri et otigui quattuor ossibus pectinis fortissimis ligamētis: que ossa sunt in vola man⁹ sicuti videt̄ in anothomia: igit̄ in ceteris plura erūt ossa et plures nerui q̄ in pollice: in pollice aūt cū nō cōtinuet̄ imo separet̄ ab osse rasfette et cū cōponat̄ ex duabus iūcturis tm̄ erūt pauciora ossa et pauciores nerui. Arguat̄ igit̄ sic vbi pauciores sunt nerui: et pauciora ossa minor est fortitudo: sꝫ in pollice sic est ergo ī eo minor erit fortitudo q̄ in ceteris. Videt̄ ergo debilior locus totius manus. Scd̄a rō in illa parte minor est fortitudo que situat̄ ex obliquo q̄ in alijs partib⁹ que situantur figura diametrali recta. Sed ita est ꝙ pollicis situs et positio est per obliquū et aliorū digitoꝝ situs et positio est per rectā figurā ergo ī eis maior erit fortitudo: et in pollice minor. Fundamētū maioris ꝓpositionis sumit̄ ex quadā experiētia quam videmus in mechanicis hoībus sicut sunt Carpētarij et alij Cum .n. volūt pōdus aliq̄d magnū eleuare situāt ligādo cordas per lineā rectā et tūc facilius eleuāt aut mouent. Tertio ɔfirmat̄. Pars illa naturalr̄ videt̄ fortior: q̄ laborem melius tolerat: et illa debilior que laborē min⁹ tolerat. Sed pollex minus et alij magis tolerāt laborē ergo pollex ceteris debilior erit assumptū pꝫ quare cuꝫ labore omne mēbrū resoluat̄: et suū humidū substātificū q̄d ipsum humectat cōsumet: q̄d pꝫ ex eo q2 calefit p labores. Igit̄ q̄dlibet mēbrū q̄d diu fatigat̄ indiget restauratione sui humidi substātifici: q̄d fit mediāte sanguine trāsmisso ab epate per venas magnas et paruas: hec aūt trāsmisso facilius fit per venas rectas q̄ obliquas: sed a pollice veniūt vene per obliquū: ad alios vero digitos per rectū: ergo facilius nutrimētum dat̄ alijs: q̄ pollici: Preterea illud mēbrū est debilius q̄d citius fatigat̄ ceteris paribus et debilitat̄ q̄ ceteri: ergo est debilior. Cōfirmat̄ a signo q2 laborātes et mechanici in ferēdo pondera: eo minus vtūtur alijs imo: alijs vtūtur et non illo. Preterea ille digitus est alijs fortior: quo hoīes vtūtur in nocēdo alijs. Sed videmus q̄d digito medio supposito indici fit maxima ꝑcussio circa furculā pectoris et super alias ptes corpis imo multi erūt oculos digito medio solo aūt pollice nō fiūt iste actiones. Igit̄ pollex alijs debilior est et non fortior: vel dicemus vt dicit phs. 12. de aīalibus. Vigor pollicis est eq̄lis q̄ttuor digitorū: et hoc quo ad seruitiū ipsoꝝ: q̄m pollex digitis oībus famulatur. Melius ergo eēt dōm ꝙ si ex fortitudine loci mars collocat̄ magis cōgrue collocaret̄ in principio mēsalis q̄ est cōtigua mōti auricularis nā clausis digitis fit ꝑcussio vehemētissima: lꝫ pp istud non attribuat̄ marti ergo ex fortitudine ꝑcussionis nō dꝫ locus attribui marti: ex pte vero similitudinis vbi dicit martē ceteris planetis fortiorem: falsa est talis similitudo: q̄m q̄d ab alio planeta fortitudinē recipit nō est ceteris fortior: sed mars a sole recipit fortitudinē ergo nō est ceteris fortior ꝙ .n. fortitudinem recipiat pꝫ q̄m aliā vim hꝫ q̄n est sole occidu⁹: et aliam q̄n matutine oriī: queadmodū ceteri hñt: vnde si ex parte fortitudinis pollicis tuberculuꝫ alicui planetarum tribuēdum esset soli et nō marti dādū eēt ex quo omnes vim virtutē q3 ac lumen a sole recipiūt quo mediante agunt in istis inferioribus.

¶ Secundum quesitū Augu. disci. ad eūdem Coclitem Magistrum. ¶ Textus.

Actiones ēt marti subiecte queadmodū sunt ille que ferro et vi fiūt per hūc potissime digitum exercent: est .n. totius manus arx.

¶ Secunda responsio Magistri ad eundem Discipulum.

¶ Cōmentum.

Ideo ꝙ hoc q̄situ ondit auctorē illū nec esse chyromāticū nec astronomū: nullus .n. chyromāticus iudicat vnico mediāte signo: sicuti nec per mōtē vnū nec per lineā vnā sꝫ attēta cōtraoperātia et ꝓportione multoꝝ ad inuicē: cōsiderando ꝙ efficatius sit. Et ita faciūt astronomi geomantici et physionomi. Oēs .n. isti cōsiderāt in genituris septē erraticos planetas. et .12. signa cū suis ꝓportionibus amicitie et inimicitie seu in magisterijs seu in reliquis. Inquit enim Albubater in cap. de magisterio nati. Q̄n mars et saturnus in aliquo anguloꝝ maxime in medio celi ac in signo igneo fuerit nat⁹ erit faber: et si sol asp̄exerit enses et loricas ac lāceaꝝ ferra fabricabit. Si iupiter eo aspexerit natus erit faber speculoꝝ rc. Si ḡ tuū dictum est veꝝ talis mōs attribuit̄ chyrurgicis restauratorib⁹ fracture et dislocationis ossiū: et tm̄ suū magisteriū nō requirit fortitudinē: sed potius idiget igenio. Et cū hoc etiam isti incēdūt cauterizāt cōburūt et incidēdo ex̄hūt testiculos rc. Inquit Albubater in cap. de medicis chyrurgicis. Q̄n mars et ven⁹ iūcti fuerit. et se aliq̄ aspectu aspexerint aut ꝙ sint recedētes talis nat⁹ erit medic⁹. Et q̄n mars et mercuri⁹ in domo veneris fuerit aut vn⁹ illoꝝ natus talis erit medic⁹ et nigromātic⁹ ac expimētis suis hoīes decipiet. et ait Almāsor in suis ꝓpositionib⁹. perfectus medic⁹ erit cui mars et ven⁹ fuerit ī sexta: p te et corroboratiōe dicti tui occurrit fortis rō. Cū ita sit ꝙ mars sit cā homicidij et iterfectionis: et cū tali digito. s. pollice interficiant̄: pulliceos: pediculi: et lēdes. Igit̄ cōuenienter huic digito pollici iterfectori debite attribuit̄ mars.

¶ Quesitum tertium. Augu. discipuli ad eūdem Coclitem Magistrum. Discipulus.

¶ Textus.

In hoc .n. tuberculo chyromātici obseruauerit: si qui igne cōburēdi vitulandine sint: vel aliam q̄uis actionem per igneꝫ effecturi que omnia martis naturam sapiunt.

¶ Tertia responsio Magistri ad eundem discipu.

¶Cōmentum.

d Iximus supra q boni chyromantici non debent iudicare per vnā simplicē lineā nec etiā boni euētus aut mali ipsius nati attribuunt vni soli planete. Albubater in cap. de combustione nati inquit. Qñ luna septime dña fuerit: et mars ac sol ipsam ex septima et decima domo aspexerint: natus comburetur ergo simpliciter non est verum.

¶Quesitum quartum Augustini disci. ad eūdem Coclitem Magistrum. Discipulus.

¶Textus.

m Ars insup ipsi supponit soli orbe contiguo hic linee vite cōiungit que soli vite data est.

¶Quarta rńsio Magistri ad eūdem Discipulū.

¶Cōmentum.

q Uod sol sit dator vite duobus modis intelligitur: vno modo qz gubernat fetū in vtero a primis mēsibus vsqz ad partū vl'r ex quo vniuersaliter oībus p̄tetis et stellis lumen influit. Alio modo qz est hylec nati: qñocunqz intelligas ex parte situs falsissimū est. dicit. n. sol qsi solus in operationibus: qz astronomi regulāt se ad inueniēdum motum alioꝝ planetaꝝ erraticoꝝ per motū solis. Et etiam dicunt aliqui astronomi et phi: qd oēs alii planete recipiunt lumen et virtutē a sole. et ideo Haly amberagel appellat ipsum candellā mūdi: alii lucē mūdi: alii lucernā totius orbis: et deus sublimis et creator omniū situauit ipsum solē in medio alioꝝ planetaꝝ sicut cor in medio totius corporis hoīs vt melius et equalius influat virtutem suā aliis mēbris. et ita sol in medio existit: vt distribuat diuersas ꝓprietates aliis planetis lumine mediante. Si tu intelligis primo modo ɔtra. Inquit Albertus in libro de secretis mulieꝝ. Ab vltimo. n. orbe qui motu diurno oēs spheras inferiores rapit influūtur materie principal'r: et radicaliter virtutes essendi et mouendi: et ab orbe stellaꝝ fixaꝝ fetus recipit virtutē: ac distinguitur in esse ƒm diuersas figurationes et accidētia: et illud conuenit ei in quātum forma. Sed et cōtrahit virtutē ab hoc orbe que dat esse et ƒm diuersas naturas huiꝰ orbis post spherā stellatā ponit sphera saturni ƒm astronomos: et ab illa influūtur aīe virtutes discernēdi et ratiocinādi: et post est sphera iouis: et ab illa influit aīe magnanimitatis et c. Et magis inferius inquit. Nunc vero ex parte corporis cōsimiliter notādum est. Et primo de creatione vel formatiōe corpis qd est ex embrione creatur et formatur per effectus et opationes stellaꝝ: que planete dicitur. Planeta autē dicit a planos. i. quasi error eo q a cursu suo ab errāt et ad inuicē in motibus et effectibus. Primo. n. materia embrionis vel hoīs generandi cōpressa et coagulata per frigiditatē: et siccitatē saturni disponitur: et huic. s. materie a ioue virtus influit vegetatiua: et motus naturalis ascribit. Et tūc patebit in tali materia opatio aliqual'r debita. et ideo medici dicūt qd post lapsum spermatis in matrice: qd primus mēsis in generatione et tpis successione ƒm exigētiā nature ac seminis saturno ascribit. s. primus mēsis cōceptionis secūdus vero mēsis ioui: tertius mēsis marti: qrtus soli: quintus veneri: sextꝰ mercurio: septimus lune: octauus iteꝝ saturno: et nonus ioui. Et hinc est astronomi et phi: et precipue Alexāder ꝓblemate. 163. Inquit q qui nascitur mēse octauo nō viuit qz saturnus sua frigiditate cōstringit et cōprimit cōprehēsione fori: et ideo interficit fetum. Et idem testat Ptholomeus et Halyamberagel. Et ideo si tu diceres: qd sol sit dator vite. scđo mō qz. s. sit hylec. Hoc videt esse ɔ̃riū astronomis. Nā Ptholomeus et Almāsor in suo cētiloquio dicūt. Uita oīuꝫ animātiū est ƒm gradū solis et lune: et hoc ab altissimo datū ƒm Astaphā. Itē inquit Albumater. Et scias qd sapiētes extrahūt ylegia ex quinqz locis. primo a sole scđo a luna. tertio a gradu ascendētis. qrto a parte fortune. quinto a gradu ɔiūctionis: vel pūctionis natiuitatē precedētis. Cum ḡ natiuitas diurna fuerit a sole: nocturna a luna et c. Sicut añ diximus nō simpl'r vni planete attribuendū est. Manifeste. n. et apte vides qd cōcurrūt eximie differētie ƒm diuersa tēpora: et horas et ita de lineis intelligēdū. Et p hec appet q sol solus nō est dator vite.

¶Quesitum quintum Augustini discipuli ad eundeꝫ Coclitem Magistrum Discipulus.

Textus.

d Eprehensum est: qd illi qui martē geniture dominatorē hñt: quasdaꝫ in hoc tuberculo expressas et cauatas lineas gerunt.

¶Quinta responsio Magistri ad eundem Discipulū.

Cōmentum.

c Um sit qd cōsiderādo dicta aliquoꝛuꝫ antiquoꝝ et modernoꝝ in theorica et pratica non reperiant qui dicāt q illi qui hñt martē dominatorē in sua genitura. habeāt lineaꝫ talē qualem dicis esse in tuberculo pollicis: ideo tuū assumptum nego: et infra in alio loco mētionem faciemus de martis collocatione ƒm verā et rectā opinionem.

¶Quesitum sextum Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. Discipulus.

¶Textus.

n On igit in infima cauea est fortissimus manore collocādus: sed mercurius: nā minutulus digitus minime ei cōgruit: sed veneri potius cum eo in loco chyromātici quot vxores que cum mulieribus fortuna sit habēda inspiciant. Nullus enī in tota palma debilior aut effeminatior locus est qui veneri magis conueniat.

¶Sexta responsio Magistri ad eundem Discipu.

¶Cōmentum.

c Oncedit qd minimus tuberculus est locus effeminatus: nec tñ ex hoc sequit qd sit locꝰ veneris. Optimus. n. chyromāticus theoricus et praticꝰ rōnalis nō dꝫ simpl'r exprimere aliquē ɔceptū: nec de ɔsorte nec de cōcubitu pp lineas existētes in aliq̄ vno simplici mōte sine eminētia illaꝝ linearꝫ: colore: aut situ aut forma lenitate aut rigiditate antedicti tu cerculi: et sine ɔuenietia et ꝓportione mōtis pollicis. Itē sit'e iudiciū de ɔsorte explicat p mōtē veneris idest pollicis similē montē minimi. Inquit Albertus et Cocl'. si mōs pollicis sit decēter mūdus et lenis hñ coloratus bonā cōplexionē oñdit. et hoīem diligētē mulieres ac pulchra indumēta. et dicūt quidā qd si q̄dā linee extēse fuerint a radice pollicis p mōtem ipsius tot amicos oñdit in manu ṽo mulieris tot cōcubinos. et si iste linee extēse et pulchre: cū istis mulieribꝰ vel viris significāt copulationē. Et si quedā stella repiat vel quid simile risum et leticiā notat et in: ētio cōcubitus pp qd vilipēsio accidit. Et ego dico q aliqui moderni senserūt et hñt qd quando iste mons est eleuatus et bene fortunatus: significantur musici et phylocapti: quod multotiens pro-

baui & inueni veritatẽ. Item inquit Albertus & Conciliator. Si quedã linee notabilis multũ rubra & scindens fortiter digitum pollicis concubitũ cũ cõsanguineis ostẽdit. Et aiunt in cap. de digito pollicis. Si quedam linee existentes infra primã & vltimã iuncturã hui⁹ digiti parentelam magnã & paruam ꝑm multitudinẽ & bonitatem linearũ. Et si in dorso pollicis iuxta vnguem fuerit stella erit luxuriosus valde. Et si talis figura X matrẽ aut sororẽ corrũpet: & multe alie rationes possent adduci: que breuitatis causa omittunt̃: ad iudicandum ꝙ iste locus sit intensissime effeminatus: sicuti de linea sorore linee vite: que demonstrat luxuriam nephandissimã: & puerilẽ concubitum: & in isto monte ostenduntur cynedi & illi qui pollutionem proprijs manibus patiunt̃ & illi qui dicunt̃ pati alluminati. Isti.n. sunt homines: qui non possunt actiue coire nisi patiunt̃. Et propria causa allegatur ab Auicẽna in cap. proprio. lib. 3. vt dictũ est in primo libro physionomie. Cõsideratis antiquis & modernis chyromanticis omnes conueniunt in vnum: quod ista attribuenda sunt loco veneris. Et etiã in digito paruo collocãt mercurium: ꝗ locus antedictus sit aliqualiter effeminatus. Causa hec est: q: vt dicit poete mercurius est nũcius deorum: & astronomi dicunt qđ mercurius est scriba planetarum & cõuertibilis: & dicit Albertus magnus in đ secretis mulierũ: qđ mercurius agit in fetu virtutẽ gaudendi & delectandi: & quidam cõmẽtator super libro ipsius Alberti inquit. Mercurius q̃si mercatorũ kyrios idest dominus: sicut.n. mercator dicit̃ esse gaudiosus & affabilis: sic & ille planeta est beniuolus: gaudiũ & delectationem infundens: dicit Isidorus. viij. ethimologiarũ cap. xi. Mercurius sermo interpretatur. Naꝫ ideo mercurius quasi medius currens dicitur appellatus ꝙ sermo currat inter hoĩes medi⁹. Iđ & hermes grece ꝙ sermo vel iterpretatio: que ad sermonem vtiq; ptinet hermenia dicitur. Ideo & mercibus preesse: q: inter vendentes & emẽtes sermo fit medius. Aliqui dicunt mercuriũ esse hermafroditum. Naꝫ cum bono planeta existens eum bonũ facit: & cum malo malum. Cum sit cõuertibilis ad vtrũq; sexum. Ideo dicit̃ etiã planeta neuter. Unde mercurius hꝫ congruũ locum in minimo monte. & ipse ostendit rem esse: & nedum inclinat imo incitat. Inquit Albertus & Cõciliator. Si in digito minimo reperiantur linee pulchre & clare: erũt loquaces & musicalia scientes: pictores & sermocinatores: ingeniosi arismetici: geometrici augures: rectores optimi. & valde cupiunt laudẽ & memoriã suorũ laborũ factores & speculatores profundorũ secretorũ & quid habeant tales in corde nullus potest cognoscere: & tales lineas ego vidi in pluribus secretarijs: & scribis principiũ cũ proportione montis anularis. Linea cordis & media naturalis si hꝫ montẽ iouis optimũ facit excelsos platonicos: & peripateticos & famosos philosophos: q̃n habẽt talẽ proportionem: & talia liniamenta. Et similiter istud idem reperitur in multis scholaribus artistis. Legiste vero habent montem Iouis cum minori proportione quoniam indigent sola memoria ad allegandum paragraphos solũmodo. Cum autem viderim pautissimos homines haber etriangulum ꝑm tuam extraneam sententiam: o Antioche pauci reperientur homines ingeniosi: quod falsissimum est sicut experientia docet que contraria est tue false ac oblique chyromantie.

¶ Quesitum septimum Augustini discipuli ad eũdem Cõcilitem Magistrum. Discipulus.

¶ Textus.

Cum sensu diiudicetur mons pollicis maior ceteris: & locus ille magis musculosus ceteris locis repertis in manu: & mechanici semper eo vtantur in suis operibus his duabus de causis recte iudicat̃ fortior ceteris montibus.

¶ Septima responsio Magistri ad eundem Discipu.

¶ Cõmentum.

Veritas est qđ quãto mẽbrum est maius in eo necessario musculi sunt maiores. Quoniam musculus nõ est aliud q̃ locus carnosus in quo cõtexunt̃ villi neruei in principio cuius musculi nerui cõtexunt̃ & inijciunt cordas & ratio est. Rasys in primo ad Almãsorem inquit. Neruus.n. si per grãdi mẽbro cõiungeret̃ vel nullo modo vel debiliter ipsum neruus anteq̃ ad mẽbrum pueniat: qđ per ipsũ moueri debeat diuidit̃. Et subtiles & minime partes carnis & ligamẽti in ipsis diuisionibus cõtexuntur: & qđ ex toto puenit musculus vocat̃. Et in scđo capitulo de rascetta inquit: Rascette quoq; ossa que sunt octo & ossa pectinis que sunt q̃ttuor: & quatuordecim que sunt digitorũ quinq;. Os aũt pollicis primũ supioribus fur cũlis extremitati cõtinuat̃ in loco iuncture ample & laxe. Quod ideo factũ est q: magno indiguit motu: vt reliquis quattuor digitis cõiungi posset. Igit̃ fuit necessarium qđ ibi esset magnus musculus: duabus de causis: vna vt seruiat magno mẽbro: vt dixi: quale mẽbrũ est pollex. Alia de causa vt bene cõiungeret̃ alijs quattuor digitis: & eos substẽtaret: q̃m si nõ fuisset magnus: aut fuisset frustratorie factũ aut leuiter factum vel dislocatum in sui officio ad qđ est ordinatũ a natura. Ideo aliqui philosophi: & chyromãtici appellãt ipsum digitum pollicem clauem digitorũ. Causa est q̃m ipse seruit alijs & circũuoluitur ꝑm omnem positionẽ a dextris & sinistris supius & inferius: vt cooperiat & iuuet ad capiendum in omni opportunitate taꝫ res magnas: q̃ paruas. Ideo natura regitiua corporis fecit ipsum tam magnũ ꝑm os quam ꝑm musculum: cũ magna distantia inter ipsum & indicem vt melius possit dilatari & constringi. Nam si aliter esset & aliam haberet figurã fuisset incõuenienter factũ ad finem consequẽdum. Ait etiam Antiochus capitulo tertio qđ quattuor elemẽtis respõdere dicũtur quattuor digiti. Index igni medius aeri: medicus aque: auricularis vero terre. Pollicẽ vero cui᷑ attribuet: nisi celo seu essentie quinte attribuat. Non nulli vero opinionẽ Alchindi psẽntes. Pollicem Saturno adhibent. Ioui indicẽ. Impudicum seu infamẽ vel medium Marti. medicũ Soli auricolarẽ Ueneri. trigonum Mercurio. pcussiones lune. Ab hoc quidẽ Saturno pollex attributus est: q: ipse īter ceteros digitos tardissimus est motu quẽadmodum Saturnus in suo cursu & operationibus. Et etiam ppter situm eidẽ Saturno ab eo attributus est q: ipse pollex in manu tanq̃ superior existit in ordine. Impudicũ vero Marti dedicarunt cum & Mare impudicitie ac infortunij pater existat. Quoniam per lineas in hoc digito infortunia iudicantur: vt per lineam precipue capitalem: que vulnera capitis demonstrat. Predicte autem opinioni contradicitur: nam si quis stellarum posituras vniuscuiusq;

genesis per nolauerit tales manus tuburculos insignio res lineas obtinere conspiciet: quales planetas in bozoscopo aut celi medio aut alibi fortiores obtinuerint. Cui obseruationi permaxime antiqua experientia ac moderna cõsonare ad amusim in dies visa est. In hoc loco videtur mihi respondendum false opinioni quorũdã: qui dixerunt lineas in manibus fieri per constrictionẽ eius in pugni: quod quãtũ veritati inimicũ sit patet: nam in omnibus si sic linee orirent sic̃es essent. Sed cum in omnibus maxima sit dissimilitudo ideo linee tales propter cõstrictionẽ manus causari nõ possũt: sed diuersimode a natura generant. Et ad cõfirmationẽ huius rei videmus etiã in pedibus quasdã apparentes lineas qui pedes minime constringi possunt: nec in eis illam quam dicunt neruorum crispationem fieri potest.

Quesitum octauũ Augustini discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. Discipulus.

Textus.

a Liqui chyromantici dicunt & persuadent vt in manu sinistra inspiciat: ibiq; aiunt geniti horoscopum inueniri suis argumentationibus. Hoc quoq; aiunt: si formã inuenies: vt est maleus ille talis erit faber ingeniosus.

Octaua responsio Magistri ad eundem Discipulũ.

Cõmentum.

Riuola & inanis ratio est vt horoscopos natorũ cõsiderare seu cognoscere velis. In qua re astronomi multũ laborãt supputando numeros vt gradũ diuersitates inueniant. Omne enim signũ in se cõtinet triginta gradus: p̃terea omne signum in tres diuiditur facies: & quelibet facies decẽ habet gradus. Quelibet etiã facies suũ habet dominatorem vt apparet apud Alchindum libro de signorũ faciebus: & Ptholomeus & Haly: & alij vt puta mihi decimus tertius scorpionis gradus ascẽdit: eius dominator est sol in forma corporali: & mihi p̃ducit varios effect⁹ a dominio prime faciei: ita in oĩbus sicut in corporalib⁹ habitudinibus: impossibile est chyromanticũ posse diuisibiliter cõprehendere ergo falsissimũ & erroneũ est: & hoc dico de q̃litatibus signorũ per physionomiam: vt putant aliqui. Cum dicis eos qui maleũ habeat &c. dicit q; fabri & etiã hij qui ferramẽtũ equorum asinorũ mulorum & etiã bouũ pro eorũ pedibus cõficiunt: & etiã carpentarij maleo vtuntur: etiã librarij & qui calceos suunt & multi alij mechanici hoĩes eodẽ maleo vtũtur: peto te qua via omnia supra notata discernes: quod cũ impossibile sit: ideo falsissimum est.

Quesitum nonum Augustini discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. Discipulus.

Textus.

a Ntiochus posuit lineã: quã ipse appellat cingulum veneris & viã cõbustã & viã lacteam scire cupio quomodo de ipsis sentias. Unde inquit via lactea ea vocat que est prope discriminalẽ: vel ab ipsa discriminalia exoriens per cõfinia tuberculi ferentis ad venerẽ .i. a minimo digito vsq; ad tuberculũ proficiscit: quã ideo lacteam appellamus: q̃m homines lactee & delicate nature esse demõstrat: ea si capitali cõnectitur: bonã cerebri cõplexionẽ & mentis agilitatẽ significat. Si eã intra vel infra triãgulũ dimiserit mẽtis stupiditatẽ sine deliberatiõe: & hec Antiochus.

Responsio eiusdem Magistri ad eundẽ. Disci.

Commentum.

m Irandum est q; iste homo presumat collocare naturas ostensiuas planetarũ retrogrado modo. Iam in prehabitis p̃batũ est sua fundamenta esse vaniloqua & deformia: nã accipit line ã cerebri pro linea epatica. Non est dubiũ q; ipsa epatica in paucis reperitur. Sed linea quã nos appellamus mediã naturalẽ: oẽs semper habere testor nisi sit maximũ presagium. Ab epate oriuntur spiritus naturales a corde vitales a cerebro aiales. Detur q; sit magna questio inter phõs & medicos vt preallegatũ fuit tamen ingenium & speculatio nõ causat nisi vt sit proportio inter cor & cerebrũ cum debito organo: vt tactum fuit: & ẽt debita distantia inter cerebrũ & cor & spiritus vitales cõuertunt in aiales spiritus. Et cor est fons & origo spirituũ. Ita in manibus hoĩum natura ligauit & situauit: lineã mediam naturalẽ seu cerebri in principio linee cardiace seu cordis. Et ita intus post primã pelliculã in vola manus qñ pellicula excoriatur in apostematibus vole: vidi lineas principales latẽtes in profundo ad terminationẽ suarũ venarum. Et si corpus est bene organizatum idem in suo loco reperitur linea iecturalis. Cõcludendũ est igitur q; ex pte rõnis superius dicte: aut anothomica expientia & vetusta antiquitate & ab effectu debem⁹ imitari principia vera: vt dicet in quinto libro. Linea capitis: quã ipse appellat cerebri nõ ita est necessaria q: nõ accidit p̃portio ita imediata inter iecur & cerebrũ: q: cor est mediũ inter ipsos: & est primũ in nascẽdo: & vltimum in deficiendo. Ideo iudicamus a cõditione cardiaca & cerebri vitia & virtutes vniuersaliter in indiuiduorũ natura: ẽm rõnem suã in paucis versaret iudiciũ vt i quinto & sexto libro inuenimr: ideo sentẽtia sua a me reprobatur q: attribuitur natura dicte linee per falsam appositionẽ veneri. Alij dicunt q; talis linea scz quã ipse appellat lacteam significat vulnera aut periclitatiões in negocijs de natura martis precipue qñ porrexerit se ad minimi montem. Unñ Cõciliator & Albertus dicunt qñ linea oriat a predicta linea vite & extẽdat se vsq; ad digitum auricularẽ vel prope & sit quasi flexa vulnerabitur vel periclitabit: & ita ego teneo: quãdo dicitur de via solis bñ dicit: & hoc in sexto libro declarabitur. Et ita de cingulo veneris & via combusta. De quibus in suis locis dicendum est.

Quesitum nonum Augustini discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. Discip.

Textus.

o E linea mensali multi confuse loquunt: vnde te peto vt declares mihi quantum hec linea potest ẽm te.

Nona responsio Magistri ad eundem Discipulum.

Cõmentum.

l Inea mẽsalis: quã etiã moralem aliqui appellant: q: per ipsam mores indicantur aliqui vesicalẽ dicunt seu renalem: q: ostendit egritudines circa renes & vesicam: alij generatiuam eo q; generandi potẽtia per ipsam exprimatur. Aliqui recentiores chyromantici ipsam epidimialem seu pestiferã vocant: q: natuũ tali morbo seu apostemate moriturum ostendit & etiã manifestat: vt sunt bubo-

nes pestiferi: antraces: ⁊ istis similia. Aliqui chyromāti
cum inter quos est Anthiocus noster ipsam toralem ap
pellant: alij vero martialē: qꝛ qñ est crassa ⁊ rubea scin-
dens indicis tuberculū facit natū crudelē: proditorē in-
terfectorē inuidū fraudulētū ⁊ auidū ⁊ circa excelsa oc
cupatū imperia: ⁊ sitientē: qua de causa erit insidiator ⁊
interfector: duplici se induentes veste facit talis linea sic
disposita. Ideo a copulatione eorū est cauendū. Et ratio
est vt ait doctor gallicus qm̄ talis elongatio prouenit ex
calore non naturali dominā̄te sup̄ humidū: cui humidi-
tas non potest existere. ⁊ tunc causaꝰ magna disproporꝫ/
tio: ⁊ magna desiccatio cerebri. Et significat hoīem su-
perbum volentē in hominibus dominationē: ⁊ vite ho
minum insidiantē: quā rē indicat superflua extensio li
neali ⁊ vocāt martialē lineā qꝛ sub martis imperio col
locaꝰ: qui dicitꝰ deus belli: ⁊ iracūdie: ⁊ prelij. Sed alij di
xerunt ꝙ si linea talis vadat se elongando inter indicē ⁊
medium intrans ⁊ recte diuidens significat idem ꝓpter
dictā causā allegatam. Respondit gallicus doctor ⁊ di
cit ꝙ qñ linea mensalis intrat inter tales digitos signifi
cat percussionē in capite de qua morietꝰ. Et allegat rōnē
quoniā cacumina digitorū demonstrāt caput hoīs tāq̄
partem magis altā corporis: ⁊ hoc fit in ascensu manus
lineā epaticā debite proportionatā linee vite ondit̄r: cū eni multū sit longa calores suffocātem nām ondit ⁊ per ditiones vite nec est cōueniēs vt sit multū breuis ⁊ sub tilis: siue delicata: nec multū significaret de frigiditate qꝛ esset signū destructionis nature: ⁊ se īdicaret debilitatē. Sed medio mō dicendū est: vt se habeat. Istud est qđ dicūt intelligendū esse rōne debite ꝓportionis ad lineā vite ⁊ sic est verū: Tñ in paucis hominibus vidi lineam epaticā: qñ eā nō reperio ego cogito si locus est bñ com plexionatus: idē iudico. Et si est male cōplexionatus vt puta pallidus depressus ⁊ cū lineis capillaribus ꝑcipue habētes hmōi signa: īcidūt in egritudines epaticas ⁊ sto machales ⁊ precipue in hydropisim ictericiam ⁊ opila= tionē epatis ⁊ alia multa sicut vidi in Leonardo de vbal dinis: ⁊ ego habui oppillationē epatis ⁊ preuem in cace= siam cū ardua egritudine cū essem Perusii. 1498. pp malā digestionē secūdariā ⁊ disproportionē in humo ribus ⁊ inter epar ⁊ cor. ⁊ p oīs totius corporis: tñ libe ratus sum pp̄ sorores linee vite in cōcauo manus existē tem: ⁊ lineā epaticā quā habeo in manu dextra: lꝫ aliquā tulū intercisam: tñ illa ītercisio est exigua respectu linee: ⁊ habeo quasi triangulū ꝑfectū: ⁊ locus nō est male cō= plexionatus. Sed nūc de linea capitis est dicendū pp qđ est sciendū ꝙ linea capitis. est vna linea principalis si fue rit grossa ⁊ longa veniēs vsq ad montē manus ⁊ li= nea sit recta. i. cōtinua nec diuisa tunc talis significat bo= num intellectū: ⁊ bonā cōplexionē cerebri ⁊ ingenii: ⁊ de notat bñ dispositū in suis operationibꝰ. Et rō huius li nee est: qm̄ cerebrum a quo descendit talis linea capitis est frigidum p se: ⁊ per se frigidū semper producit par= uum effectū pp defectum caloris: qui est principiū nu trimenti: sed cum cerebrū nō habeat caliditatē nisi quā sumit a sanguine. Si linea sit grossa ⁊ longa significati= ua est ꝙ sanguis est bñ proportionatus sup frigidum: ⁊ tunc significat cerebrū bñ calidū ⁊ temperatū: ⁊ signi ficat hoīem subtilē ⁊ ingeniosum ⁊ astutum in negocijs suis. Si linea est breuis delicata ⁊ nō recta ⁊ discōtinua significat frigiditatē multā ⁊ modicum sanguinē nō potentem sup frigiditatē: ⁊ sic significat hoīem mali in= genii ⁊ rudē somnolentum ⁊ stultum: saturninū: auarū: ⁊ timidū in suis factis pp frigiditatē que ipsum frigi= dum facit. Nā vt dicit Ptholomeus oēs hoīes quorū ortus est sublunaris pro maiori pte nisi mars vel sol fue rit incōiunctione cū luna sunt timidi pp ipsius lune fri giditatem ⁊ sunt nāe feminee mēdaces ⁊ inordinati. Et nuncius nature de secretis secretorū ad Alexandrū di cit ꝙ talis cōplexio nō multum est laudanda nec vitupe= randa vt dicūt aliqui: ⁊ ideo dicimus ꝙ si in manu sunt multe breues linee ⁊ terminantur in cōcauitate manus ꝙ talis hō cito finiet dies suos. Sed si linea vite sit con grua cū suis circūstantijs. ⁊ si linea capitis sit breuis: qđ in paucis accidit: indicat ipsum viuere sed stultum ⁊ pro fugū ⁊ nō morit̄ i ꝓpria pātia hec oīa sumunt̄ pp dispo nem sanguinis frigidi ⁊ frigidū flegma non potētis ip= sum tēperare nec disponere cerebrū ad bonū eligendū nec deliberandū sed somnolētū. Inquit nuncius nāe in lib. de sensu ⁊ sensato: ⁊ in physionomia ō mēbris ꝙ ta les sūt maliciosū nec dilecti a feminis: ⁊ multa incipiēt ⁊ pauca finient: multa discēt ⁊ pauca scient: sicut apte pꝫ in mulieribꝰ ⁊ in flegmaticis. Qꝛ cū sint de nā aque sic eiꝰ nā cito recipit ⁊ modicū retinet: sicut aq̄ q̄ cito spēs figure recipit: ⁊ recedēte hoīe īmediate dimittit: ⁊ nō est

hō secretus ⁊ nō est cōfidēdū de eo: sicut nec de feminis: sic pꝫ p nūciū nāe ī lib. ō nā aīaliū. lib. 9. cap. p̄. vbi distin guit ō nā feminina: sic nos dixīmꝰ in lib. nr̄o p̄. Cōcludē dū est ꝙ nō debemꝰ iudicare de longitudine ⁊ breuitate vite p vnā solā lineā: sed de principalibꝰ eas ad īuicē cō parando sic diximꝰ ī q̄sito scdō: ⁊ istō est iudiciū de cau sis añcedētibꝰ. Nō de primitiuis sicut de suspēsiōe ⁊ ō capitationibꝰ ⁊ ō multis alijs rebꝰ iustitialibꝰ. Ego vi= di multotiēs ex lineis significātibꝰ vitā diuturnā aliquo accidēte breuiari vitā hoīs. De. 1494. Iudicaui Ioanē de merlo qui hēbat vitā diuturnā: quā ostēdebāt linee principales: tñ hēbat signū suspensionis cā homicidij: ⁊ ꝑdixi oīa pñribꝰ multis nobilibꝰ. Et dixi ꝙ ōbebat se ca uere ꝙ erat valde ꝓpinqua dies: vñ die sequēti cōmisit homicidiū in Cornelio brocardo de Imola ⁊ statī fuit incarceratus: ⁊ īfra tres dies suspēsus. Et alijs īfinitis ꝑdixi: quorū vnus fuit Petronius zanchetta qui eodē tpe quo hec scribebā fuit interfectus pp vulnus capita le. Tñ ex se debebat viuere ānos solares maiores ⁊ per accidens fuerunt abreuiati: de quo alibi loquemur.

¶ Quesitū. xv. ad eundem Magistrum Coclitem Augustini Discipuli. ¶ Textus.

Ur natura lineauit manus hoiū ⁊ symiarū magis q̄ aliam partem corporis.

¶ Decimaquinta responsio Magistri ad eūdē Disci.

Um q̄litates prime magis ad mediū redu= cte fuerint meliꝰ cōtēꝑate sūt ⁊ ꝓpinquiores sūt ad mediū pōderale relāte iō ex eis tēpa= tio nascit̄ cōplexio in istro instrorū qđ manꝰ est aptius detegit̄ pp mēbri nobilitatē ⁊ cordi aptā cor respōdentiā: ⁊ tactū in ea abūdātē iter ceteras. n. aīe vir tutes tactiua īmediatiꝰ q̄litatū primarꝫ tēpamētū cōsequi tur. Simie ⁊ silia aliq̄s lineas hñt pp vicinitatē quam hñt cū hoīe. sꝫ nō est tāta quātitate: qꝛ solū vitalē mēsa lē ⁊ saturninā sꝫ nulle mediū nālē. Nō ē mirū ꝙ pueri ex vtero ferūt lineas in manibꝰ eorꝫ. Inquit Morbeth: ⁊ formica v: ide vtilis. Si quis vir aut mulier sit nō ha bēs lineas ī manu talis est hō bestialis ⁊ nāl̄r dispositꝰ ad viuēdū sicut aīal brutū: nisi delete fuerint linee pp la borē ⁊ fatigationē. Manꝰ nā sigillū: minime sustinens est: vbi humidū cōgruū recedit sicut in luto sicco vbi hu midū aqueū diminuit.

¶ Quesitum. xvi. Augustini discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. ¶ Textus.

Iuulgatū est magister mi ꝙ oēs hñtes cir= culationē in vltima pollicis iunctura suspen duntur: ⁊ hoc verū nō vr̄ cū aliqui suspendā tur: qui nō habēt tale signū: vt in enorthomi= zatorꝫ corporibꝰ apparuit āno dñi. 1493. ⁊. 1494.

¶ Responsio. xvi. eiusdem Magistri ad Discipulū.

Cire debes ꝙ vitati prime vtis ꝓpōnis: opti me corrñdet veritas subiectorꝫ p ipsas signi ficatorū nō sue conuerse apparenti corrñdet veritas nec in istarꝫ ꝓpositionū duarū est op positio realis: lꝫ sit quodāmō apparēs ex parte termini: vnde prima ꝓpositio euidentem hꝫ in se veritatē ⁊ eius cōuersa sit̄r q̄ est hec. aliquis suspēsus hꝫ tale signum lꝫ nō ī oībꝰ suspēsis tale signū repiat̄: sꝫ aliq̄ signa illis equi ualētia apparēt ⁊ existūt: vt sunt linee cordis ⁊ mensalis cum linearum denudatione: ⁊ media naturalis sit ob scura ⁊ male terminata vel fm excessum vel secundum

breuitatem: ꝛ linee existentes in tuberculo mercurij sint
obscure ꝛ ꝓfunde: ꝛ tres vel plures linee ibi existentes
infortunent cum sui subiecti depressione. ꝛ hec oīa inuen-
ta sunt in primo anothomizato vel ꝙ cingulus sit in al-
tera iuncturarū cū desitione cōiunctiōis linearū cōstituē-
tiū angulū supmū. Et ꝙ habeat aliū circulū in media
nāli: qḋ signū homicidij est: ꝛ etiā habeat lineas in satur
ni tuberculo extensas in radice: vel cōglomeratas ĩfortu-
natasq̄: q̄ signa oīa carcerē oñdūt: ꝛ signa hec habēt in-
telligi cū distīctione: vt eoꝝ veritas melius ꝓpalet. No-
taui plures qui habētes pricipales lineas tm̄ cū residuo
infortunatas mala morte mori ꝛ presertī qñ linee sunt
crasse. Qui hꝫ multas lineas ꝛ tenues bonum indicant
ingeniū q̄ sunt generate a subtilitate spirituū. Multitu
dō vero linearū non est detestanda ꝛ arguit ingenium in
diuersis negocijs dūmodo ꝙ solaris mōs nō sit interse
catus: ꝛ locus mercurij non sit emersus: licet habeant in
rebus suis in tēpore difficilem fortunā. Post euentum
suum est ꝑmansibilis ꝛ fixa sicut infinitis vicib⁹ notaui.

¶ Quesitum.xvij. Augustini discipuli ad eundē Co
ciliatorem Magistrum. ¶ Textus.

Nquit Plinius prelongos digitos plūbeum
i colorē: pluresq̄ in manu incisuras nec per-
petuas contra longe esse vite ꝛc.

¶ Responsio.xvij. Magistri ad eundem discipulum.

E plūbeis ꝓlongisq̄ digitis apud Aristote-
o lē neq̄ in problematibus neq̄ in lib. de aīa
libus reperio: tm̄ lib. ꝓ. dixi digitos longos ma
gnū epar denotare. De plūbeo colore Galle-
nus in primo affori smorū: cōmē. 2. color inquit corporis
humorū dominiū oñdit si non in profunditate corporis
accubuerint. Color plūbeus liuidus nominat̄ ꝛ medius
est inter rubeū ꝛ nigrū. Cū digiti sunt plūbei malā cō-
plexionē epaticā significare certū est ꝛ ex cōsequēti egri
tudinē. Nihil aliud est egritudo nisi remotio inequalio
nū humorū ꝛ in cōcordātia mēbroꝝ regaliū cū ergo re
cesserūt a sua latitudine breuitatē vite arguit a cōplexio
ne frigida ꝛ sicca. Inquit phs lib. de longitudine ꝛ bre-
uitate vite: cōsistit vita nostra ꝑ calidū ꝛ humidū vt ostē
sum est alio loco cū cōtra sit cōtrariū. De incisuris seu li
neis Plini⁹ nō intellexit neq̄ Aristotelis textū expone-
re sciuit. Inquit phs in ꝓ. de aīalib⁹ cap̄. xv. pars interior
manus vola dicit̄ carnosa est: ꝛ incisuris vite indicibus
distincta lōgioris .s. vite singulis aut binis ductis per to
tā breuioris vite: binisq̄ non lōgitudinē totā designēt.
Inquit Cōciliator ꝓceptor noster in sua chyromātia: vt
etiā recitaui ĩ primo lib. cōtra Pliniū ꝙ linee habēt cor
respōdentiā cū venis aut arterijs venalib⁹: hoc est linea
vite cū corde linea media cū cerebro: ꝛ linea epatis cum
epate: ꝛ sic de singulis. Ista sentētia nō pōt apphēdi nisi
ab oībus instructis ab annothomijs. Et ego dico ꝙ plu
res hoīes habēt venas apparētes ꝛ ꝓcipue ĩ hoībus hn̄
dispositis aptissime ꝑcipit̄. Tēpore meo quidē iuuenis
se ꝑcussit cum stilo acuto vbi situat̄ linea cordis: ꝛ tali-
ter ꝙ chyrurgici non potuerūt restringere fluxū sangui
nis: ꝛ signū habuit ꝙ erat arteria seu vena arterialis .s.
cum saltu rubedine ꝛ claritate sanguinis: ꝛ causatum est
emboris ma .i. mater sanguinis ꝛ mortuus est ille iuue-
nis: ꝛ ēt in manu mea post nimiū laborē inueni pulsatio
nem magnā in loco linee cordis qḋ nō pōt causari nisi a
venis pulsantibus: ꝛ in loco epatis ostenditur terminari
venā epaticā: ꝛ in media nāli venā cephalicam: ꝛ in loco
vbi se oñdit mēsa man⁹ vel linea mensalis ibi terminat̄
vena cōis. Idō dicūt chyromātici anothomisti: ꝛ ego cū
illis: ꝙ ista linea creat̄ vel generat̄ ex concursu seu fluxu
quorūdā spirituū eleuatorū vel ꝓcedētiū a ꝓdictis mē-
bris regalibus: hoc est cor epar ꝛ cerebrū. Ideo non ime
rito pōt ipsa appellari linea testiculoꝝ seu spmatica siue
linea gignitiua: q2 oñdit robur toti⁹ corporis: ꝛ potētiā
gignēdi. Q2 ſm Hypocratē ꝛ alios medicos spma de-
cidit̄ a toto sicut pꝫ ꝑ experiētiā de abscissione venaꝝ post
auriculas ꝙ cessat potētia gignēdi seu filiādi. Ex cōse-
quēti qñ dicta linea capellaris aut discōtinua seu semi-
circularis ꝺnotat ꝺbilitatē innati caloris: qḋ ĩ infinitis ho
minib⁹ notaui: ꝛ ꝓcipue ĩ manu mea. Et etiā ꝑ istā lineā
dignoscit̄: q̄ntitas ꝛ q̄litas egritudinū. Sicuti vno mem
bro leso cōicat̄ nocumētū toti: ex ꝯsequēti linea cōicat cū
toto: ḡ oñdit totū. Ex cōsequēti pꝫ ꝙ oē signū est repre-
sentatiuū sui signati. Linea cordis repñtat cor. Linea
epatis epar. Linea cerebri cerebrū. Qñ iste linee essent
fracte: ꝛ discōtinue oñdūt debilitatē aut maliciā ipsius
mēbri: ꝛ ex fortitudine fortitudinē. Si vita nr̄a stat per
eq̄tionē humorū ꝛ ꝑ cōcordātiā mēbroꝝ radicaliū ergo
sequitur ꝙ ex bona dispōne lineaꝝ stat bona dispō mē-
broꝝ pricipaliū: ex q̄ cōstat lōgitudo vite: ꝛ ecōtrario cō
trariū ꝛ ĩtelligim⁹ de paucitate ꝛ exuberātia lineaꝝ. Ve
rūtñ aliqui attribuūt istas lineas influxib⁹ celestib⁹ sicut
Morbeth in sua chyromātia ꝛ multi alij auctores sicut
nos narrauim⁹ in lib. ꝓ. cap̄. de argumētationibus cōtra
Pliniū tñ corpora celestia non pñt agere vel oñdere: nisi
mediātib⁹ cōgruis istrumētis qḋ ĩ chyromātia est ma-
nus hoīs ꝛ symie sic̄ nos loquimur ĩ alio loco. Deus ꝛ
nā nihil frustra agūt ꝓ. celi textu cōmēti. 32. Nec ꝺficit ĩ
necessarijs nec abūdat ĩ supfluis: ḡ iste linee nō sūt fru-
stratorie. Sꝫ ĩdicatiue multoꝝ effectuū: vt ꝓ. lib. dixi ꝯtra
Pliniū: ꝛ hic ĩcidit q̄sti quā soluem⁹. Sūt aliqui dicen-
tes chyromātiā sciētiā nō eē ꝑ accessū ꝛ recessū lineaꝝ
ꝛ istāt hoc medio. Q2 linee aliqñ recedūt: aliqñ noue ĩci
piunt videri: sꝫ q̄cūq̄ accedūt vel recedūt cōtingētia sūt
ꝛ cōtingentiū scia nō est: ergo ipsaꝝ nō est scia: maior est
Aristote. ꝓ posterioꝝ: minor pꝫ ad sensū ꝛ ꝑ experiētiā
ꝛ maxime ĩ mōtib⁹ manuū ad hoc respondet̄ ꝙ linearū
principaliū nō est accessus neq̄ recessus: sed eorū esse ꝑ-
petuat̄ in specie ꝛ sic ipsarū pro quāto sūt corpore dimē
sionato trina dimēsione eaꝝ est scia ꝛ sic de talibus ve-
rificat̄ ꝓ. posterioꝝ Aristotelis propositio: ꝛ qñ dicit̄ ꝙ
aliqñ linee accedunt vel recedūt cōcedit̄ sed non sunt de
principali essentia ipsius artis: qm̄ circa lineas principa-
les chyromantia versat̄: si ꝟo alie linee ipsas intersecent
hoc est per accidens ꝛ de talibus non est scientia per se.
Ad aliā de montibus manuū dico ꝙ illud prouenit ex
parte planetarū in eorū genituris: ꝛ ſm ꝙ planete succes
su tpis fortificantur: vel debilitant̄ noue linee in ipsis for
mant̄: ꝛ aliqñ sunt ĩtersecātes alias ꝛ hoc nō incōueniē.

¶ Quesitum.xviij. Augustini Discipuli ad eundē Co-
ciliatorem Magistrum. ¶ Textus.

Um maximo feruore desiderio scire mo-
dum clarum ꝛ dilucidatum: quomodo de-
c bemus examinare chyromanticam faculta-
tem ꝛ precipue de terminis ꝛ prolationibus
in modo indicandi ac examinandi.

¶ Decimaoctaua responsio Magistri ad eundē Disci.

¶Cōmentum:

f Ciendū3 est φ valde raro est φ vna linea ha beat significatū bonū aut malū3 rōne loci vt puta:nō semper linea in monte Jouis indi cat bonū q2 in eodem loco inuenimus lineas egritudines aut vulnera significare vt patebit. Et ita in monte Saturni nō semper linee arguūt malū3. Ideo nō valet illud dictum:iste locus est fortunatus ergo semper fortuna. Errat Antiochus ponere Martē in loco Ue neris.τ ita Uenerē in loco Mercurij:τ argumentū est. Ipse dicit hanc esse opinionē recentiorū. Quero ab ip so si Hermes fuit recens vel ne:nō adducit medium nisi auctoritate propria. Attribuit etiā iste bonus vir lineam epatis cerebro:τ illa que est cerebri epati. Talis opinio est fugienda si bene cōtempletur anothomia venarum in subiectis venosis:vt in viuentibus reperi pluribus vi cibus cū artificioso ligamine stringendo cū tali strictu ra φ vene tumefiunt:vt in prenotatis dictū fuit:τ vide bitur terminatio venarū in locis cōgruis. Apud indos: caldeosq3 inuēta fuit experientia in cadaueribus recen tibus interfectis vt ego etia3 ago. Et non existimes dici accidentia fortune minuatim sicut accidere posset: τ an sit cū ense aut ferro:ligno aut ab equo vel ab asino: aut a fortuna cū isto principe vel cū illo. Uidi quēda3 de se natu nostro tēpore estiuo dum staret sine calceis:famu lus posuit super scānū cyatū cū quo dedit potum domi no suo:du3 vellet sedere se posuit sup cyatū τ cyatus fra ctus est:τ magnū frustrū ex ipso viro itrauit in ano dñi τ fecit vulnus per spaciū duorū digitorū cū magno flu xu sanguinis:τ illud frustū fuit maxime difficultatis ad extraendu3. Non chyromantia nec astronomia descen dere potest ad ista particularia. Uidi rotam mollendini interficere viros τ feminas:quis dicere possit talia in fortunia. Eschiles tragicus qñ aquila testudinem proie cit super caput suum caluu3 non potuit scire hoc particu lare infortunium. Nec puer dum iter faceret:cui frustum glaciale super caput eius cecidit hoc preuidere minime aliquis valuisset:quis posset dicere de percussionib⁹ q̄s faciunt bombarde τ scoppitti:canones τ similia:quis lo qui posset de patibulis multis vt est taxillus stangbetta oua ferrea calida sub assellis posita:aut diceret de aereo thauro aut similibus. Possumus bene dicere conditio nāte τ non aperte τ manifeste. Uideo lineam existente3 inter auricularē τ mediū arguo vulnera circa brachia. Debeo exprimere tu es peliuis ad lesionē manus:τ de beo intelligere de manu magna idest cōprehendēdo ab humeris vsq3 ad extremitatē digitorū:τ sic intelligitur manus:τ nō dico lesionē distinguendo τ comprehendē do causam primitiua3 τ antecedentē. Primitiua3 intelli go:vt casus:contusio:fractura dislocatio vulnera tanta ab ense lapide aut similibus.etiā no:aui verificare lesio nem manuu3 aut brachiorū vel patibulu3 pp funes aut cordas in manibus iustitie ad torturam:aut si futura sit punctura neruorū aut flagellatio cū bacculis aut cu3 sac culis arena plenis aut cōbustio ignis. Causa añcedēs est humoralis vt hothor antrax carbūculus ignis persicus pruna fistula cancer vlceratio vel vlcera τ similia. Et ita in cruribus τ per crura fm lesionē intelligit chyroman ticus ab anchis vsq3 ad extrema digitoru3 nisi auctores distinguant partes mēbrorū:q2 aliqñ accipiunt totū pro parte:τ partē pro toto. Et de oculorum infirmitatibus vt est sebel ordoleum catharacta tarfati percussiones τ que currit cursus eorum nō ad nos pertinet distinguere spēs egritudinū sufficit cognoscere lesiones mēbrorū:τ sic est iudiciū circa verēda:laborando vt an sit hernia carnosa:varicosa:vētosa:aut itestinalis:τ per pudibūda itelligim⁹ ptē posteriorē τ anteriorē τ circa iguina. Acci dit aliqñ fractura ani a cā primitiua: ragadie τ moroi des:odilomata:apostema:τ fistula τ filia. Ulceratio vir ge:apostema flegmon τ sic de singulis : q̄ oīa impoīe est nos posse distinguere gradatim:vñ ille termin⁹ oīa com prehēdit:nisi subiectū sit adeq̄tū:vt sūt lenones ad gla dios τ nece violēta.tñ raro distinguere possum⁹. Phy sionomista τ chyromāticus vtunf istis vocabulis talis hō est dispositus ad talem lesionem aut iacturā:τ dicūt iustud denotat: declarat:arguit:ondit:demōstrat:idicat talē dispōnē. Itē repiemus i mōte iouis stellas lineas τ radios cū ceteris pportionib⁹.debem⁹ exprimere tu es pnus ad baculum.i.ad ecclesiasticas dignitates:τ est vt sunt prhonotarij:epi cardinales abbates:τ Papa:Ut3 si vna vel alia dignitas non possum⁹ distinguere:tñ si est cardinalis possum⁹ dicere de papato tñ raro:τ i hebreis nō q2 nō hñt tales dignitates. Preterea video lineā incli nātē ad lesionē ab aīalib⁹ q̄drupedib⁹ nō possum dicere an sit canis:asin⁹:an equus:s3 suffīcit φ dicā tu habebis lesionē ab aīalib⁹ q̄drupedib⁹:τ hic nō distinguo iter si gnu3 τ significationē:q̄uis tertio pnosticorū cōmento videbaf inter ista differētiā duplicē eē. Na3 significatio est necessarior. Signū vo est eor q̄ sunt vt plurimum. Itē significatio est rōne cōphēsa:signum vo expimēto. Sufficit mihi dicere large aut stricte de futura iactura aut offensiōe:τ sic sit finis libri q̄rti. Alia autē dicem⁹ in quinto libro altiorē cōsiderationē. Te aūt discipule mi: vt finē faciā:opȝ speculari τ imitari itellect⁹ auctorū ali ter vaniloquus eēt sermo tuus τ penit⁹ inanis. Erube scimus eni vt dicūt:cū sine ratione loquimur.

¶Liber Quintus Chyromantie magne.

¶Magistri Bartholomei Coclitis Bonoñ.huius ar tis acerrimi defensoris τ idagatoris:ad eundē.D. Alexādrū Bentiuolū. Liber quint⁹ Anastasie sue:qui intitulaf Chyromātia magna : in quo cōtinef chyromātia Conciliatoris cū quibusdā nouis additionib⁹ eius de3 Coclitis:τ post lōgū ponif ca pitulū eiusdē Coclitis p addi tionē suā:postea sequef chy romantia magna cū alijs additiōibus sūme ne cessarijs. Prolog⁹.

c Um plegerim⁹ vigintitria librorū volumi na quorū princeps iter antiquos indos ē Hermes:iter xpianos Albert⁹ magnus. Cui⁹ librū magis dilatauit Cōciliator nr ad vltimāq3 pfectionē reduxit:quē nūc p manib⁹ habem⁹:cui⁹ principiū erit i.2.cap. Nā in seq̄nti p̄ cap.qd est p principio quinti libri pono:ē q̄dā additio mea ptinēs ad toti⁹ opis declarationē: post modū seq̄t ipsi⁹ Cōciliatoris chyromātia:cū alijs meis nouis τ ne cessarijs additionib⁹:q̄ si lector diligēs leget:spero:absit tñ iuidia:op⁹ nostrū operāq3 mirifice laudabit. Si quis aūt est adunci nasi frustra opus nostru3 perscrutabitur nihil.n.inueniet quod reprehēdere aut negligere valeat.

Capitulum primum quinti libri et prime partis.

Capitulum primum determinans chyromantiam esse scientiam: et unde chyromantia dicatur ostendens: et quid sit linea et quid sint eius scientie auctores: et quis est auctor huius operis chyromantie: que principium suum habebit sequenti capitulo.

Additio eiusdem Bartholomei Coclitis ad chyromantiam Conciliatoris et est liber quintus:

Chyromantia est scientia: que docet modum iudicandi per inspectionem linearum manuum et dicitur a cyr grece quod est manus et mantia scientia seu divinatio. Et hec scientia docet cognoscere in manu humana et complexiones: penas et dolores nec non labores et omnia que homini possunt accidere seu evenire. Eius subiectum est pars corporis humani.i.manus ubi lineationes continentur. Linea est longitudo sine latitudine profunditate carens. Cuius quidem extremitates sunt duo puncta ut per euclidem patet. Quibus ex lineis eximia speculatio ellicitur: ut longitudine: profunditate latitudine: et rectitudine: et obliquitate: nec non intercisione: applicatione oppositione coniunctione separatione continuitate discontinuitate proportione lividitate apparentie seu palliditate rubedine fuscedine asperitate mollicie situ colligatione et forma trianguli: et quadranguli et circumscriptione circuli et semicirculi. Sunt et in ipsa manu stelle cruces radii rami ascensiones descensiones et multa alia ut alio loco ostendimus. Tamen quattuor in manu linee reperiuntur principales: et tres sunt que incorruptibiles existunt: scilicet linea cordis seu vite. Linea cerebri seu media naturalis et mensalis aliquando reperitur linea epatis in hominibus firmis seu bene dispositis. Et ideo a chyromantico minus principalis dicitur. Multotiens reperiuntur prenominatarum linearum sorores: et ut in pluribus in cordis linea: ut apparet in manus concavitate: que ab aliquibus linea Saturni vocatur Alia socia seu soror in monte Veneris prope lineam antedictam invenitur. De his diligentissima existit speculatio: et per earum qualibet membrorum dispositiones cognoscuntur principalium. Complexiones cerebri per mediam naturalem agnoscuntur: cor per lineam cordis: per epatis lineam epar: per mensalem totius corporis dispositiones perspiciuntur. Alie linee nuncupate naturales visuntur in manu: ut inquit Morbet cardinalis a natura aut ab influxibus formate celestibus alterantibus: que secundum mutationem corrumpuntur: configurationum planetarum in revolutionibus annuatim ut per experientiam plures vidi et iudicavi de colligatione planetarum. Ex hac nostra celeberrima scientia Hermes librum dignissimum exscripsit: quem librum Aristoteles invenit uno in templo super aram Hermeti dedicatam litteris aureis scriptum: ut idem testatur Aristoteles: quem ad Alexandrum suum discipulum tulit summo cum gaudio: qui liber a Joanne hispano translatus fuit ex lingua arabica et hispanie regine dedicatus. Albertus magnus quoque librum de hac scientia edidit: nec non Ptholomeus philosophus et Avicenna posteri quoque de chyromantia multa tradiderunt nolentes quidem aspernanda: et similiter Averroys dicitur in hac etiam arte composuisse Aliqui etiam testantur Platonem maximum philosophorum huic scientie se se implicuisse: quod opus a me visum non est. Vidimus etiam huius artis viginti tria volumina quorum nec subtilitates nec auctores percipere vales. Ex quorum numero elegi Petrum aponensem: cuius chyromantia exactissima et perfectissima habetur. Ex cuius imitatione presens chyromantia fabricatur non necessitate aliqua: sed ob quorundam meorum discipulorum preces. Non.n. debet sincerus preceptor discipulo integerrimo aliquid denegare duplici de causa. Primo ne videatur sodalitatis esse immemor. Deinde ne subterfugere laborem se ostendat. Hanc artem Aristoteles.2.de anima tetigit inquiens. Molles carne aptos mente dicimus: duros vero ineptos. Item philosophus secundo posteriorum per signa corporis nobis nota sylogizamus dispositiones anime. Idem Averroys commentator tangit inquiens: homo boni tactus semper est discretus. Idem testatur Gallenus in libro primo: de complexionibus duo ait. Et palma quidem mollis perscrutationis sensus melior et aptior est. Dura vero est apta retentioni. Averroys etiam super primo libro canticorum Avicenne in commento octavo inquit. Cuius manus est subtilis: sensus significat bonitatem itellectus. Et Avicenna libro.3. Fen.xiij. Capite de annothomia epatis dicit digitos longiores significare epatis longa additamenta. Idem sentit Gallenus in libro tegni: et Albertus in suo de animalibus. Inquit philosophus decima parte problematum: problemate. 49. Quicumque sectionem que est in manu habet longevus erit. Et idem.34.problematum: problemate.x.hoc idem insinuat in primo de historia animalium: cap.xv.cum inquit. Pars interior manus vola dicitur si carnosa est: et incisuris vite indicibus distincta longioris vite signum affert. Singulis aut binis ductis per totum brevioris quam longitudine tota designent etc. Idem testatur Albertus magnus in primo de animalibus tractatu secundo: cap. penul. ubi inquit. Pars interior manus propter plicaturas ossium rascette et digitorum et pectinis participat quasdam lineationes manifestas propter quattuor montes iuncturarum que sunt in parte illa ubi est destricta et soluta: et ea que est per ossium extrema sive secundum latitudinem ipsorum et cum ille due linee sunt vel tres totam palmam scindentes. Dicunt physionomi quod significant vite longitudinem: et si una earum linearum vadat per longitudinem vole et circundet curvaturam pollicis et volam interiorem secunda vadat per longitudinem vole et sit creata modicis domestici manus. Tertia autem incipit ab inferiori eiusdem latitudinis creata a curvatura auricularis versus manus domesticum. Cum autem iste femetrice a virtute seminativa optime perficiantur et in extremis longe a corde distantibus: signum est quod in propinquis existens: posita multum possit super corpus influendo vitam: hec autem naturalis positio causat vitam: et vite longitudinem in continuatione longam. Ubi autem tumuerit due breves significat multitudinem materie ex humore inordinato interminato vincere super virtutem informativam et sic breviabit vitam: et Guilielmus nutrice in suis commentarijs ait. Signum longe vite sunt secature in palma: transeuntes: in de problematibus actum est: si sunt bone significant bonam dearticulationem et discretionem membrorum que longam vitam significant: hoc enim sine dubio significat super fortitudinem virtutis formative que ad longam vitam disponit. Nam disponit corpus ad melius secundum formam et figuram et complexionem. Idem scripsit Conciliator in libro de physionomia capitulo: magne manus dicens inquit philosophus. Quorum manus fuerint palme intrinsecus sectione notabili plurima per totum secante

longevos existere in quibus chiromantici longum traxere sermonem. Inquit Iob. xxxvij. cap. Et signa posuit in manibus eorum vt omnem effectum designaret. Item Hieronymus de manfredis Bononiensis de hac arte satis digna scripsit. Idem Franciscus auscularius testigit in libro sui corde capitulo ignis.


¶ Et io a te li chyromanti signi
In quanto in noi sonno per natura
Io dico che denota sono digni
¶ Passa il segno per li sensi humani
Fino a lintellecto con sua forma pura
Si che tu intendi li effecti lontani
¶ Non che tal segno sia cagion di questo
Ma nui sa certo doue il segno moue
Che tanto il iudicare si fa piu presto
¶ Metter si vol la mano in aqua calda
Che li accidenti segni ella rimoue
E con gli naturali reman poi salda.


Alpharibus et Blasius de Parma aliqua problemata super quarto quinto et sexto physicorum deprompserit. Helemus priami. Et Iulianus vt testatur Albertus magnus in suo libro de chyromantia: de hac re cura attentissima preclara descripserunt. Quam dignissima et excellentissima sit fama nostri preceptores Petri aponensis differentijs apparet. Medici peritissimi hunc Conciliatorem nominant. Ab hoc enim liber de cholera nigra: et terrapentica Galieni in latinum sermonem conuersa est: vt ipse in suis differentijs ostendit: nec non problemata Aristotelica transtulit: et in ea commentarios edidit: vt ipse probat prima differentia. Opus quoque de venenis preclarum composuit. Scripsit et super Mesue. Et antidotarium rem vtilissimam excudit: quod perlegis. Totam antiquorum physionomiam compilauit vt ostendit ipsemet in differentia. 54. Inquit enim: pili quorum significationem sufficienter demonstraui in tractatu quem de physionomia construxi etc. Idem. 48. problemate particula decima problematum Aristotelis confirmat. Sunt aliqui idiote: et bilingues Religiosi nostri temporis precipue hypocrasi qui audent. O vulgus indoctum: dicere Petrum aponensem imperitum omnino fuisse O vulgus insulsum fatuum insipidum arrogans temerarium insanum et iudicij expers: non tua viris ingeniosis est detrahere. Tace tace liuida lingua quid nocuisse iuuat: non ne lat lari propter dicacitatem lingua est abscisa. Quid plura si perseuerabis male loqui: male audies Quis non derideat eiusmodi homines veluti amentes et cecos: qui cum res aliquas videant: causam quarum penitus ignorent has dicunt necromantie arte fieri. Ipsemet Petrus aponensis testatur se christianissimum fuisse: vt ostendit nona differentia: vbi ponit an natura humana sit debilitata ab eo quod antiquitus fuerat: in vltimo demonstrat se crimine hereseos apud summum pontificem fuisse accusatum: quo crimine se quam ocissime purgauit. Peritissimus fuit astronomus vt apparet libro illo: qui astrolabium planum vocatur: et differentia nona. Et differentias astronomicas excudit et motum octaue sphere fundauit. Quod fuerit preclarissimus vaticinator ostendit ipsemet presenti in Chyromantia: et in commento decime particule problematum problemate. 49. dum inquit. Chyromantia physionomie subijcitur etc. Si linea mensalis procedatur ad extremum palme et inter dicem et medium digitos directe aut vniuersaliter inter duos digitos expertus sum fluxus ventris ostendere. Alij autem talem vulneribus moriturum. Si autem predicta linea mensalis protensa digitum medium directe scinderit: audacem et probum ostendit. Et magis inferius. Ego quidem aliquando consideraui in quibus multotiens verum inueni tamen magis experimento quam ratione fulcitum. Et apparet etiam in sua physionomia qui floruit anno domini. 1319. et fuit amicissimus summi pontificis Iani. Cui suas differentias dedicauit. Diu Parisius studuit ibique insignia doctoratus accepit. Ibidem philosophiam publice professus est vt idem testatur in compendio sue physionomie.

¶ Capitulum secundum Libri quinti et prime partis: in quo ponitur principium Chyromantie Conciliatoris et sequetur per ordinem cum additionibus Coclitis in suis locis.

Secantur scientie inter se et res ex quibus sunt. Res autem ex quibus sunt scientie sunt tres scilicet naturales mathematice et diuine. Ideoque sunt genera scientiarum principalium sic dicta. Res autem naturales iterum secantur: et secundum diuersos modos considerandi constituunt ex ipsis diuerse partes: seu particulares scientie naturales. Ex quibus vna est que chyromantia communi nomine nuncupatur. Chyromantia est ars cognoscendi inclinationes virtutum et passionum naturalium: et fortunam: et infortunium cuiuslibet per signa sensibilia manus. Teneo quod sic se habent inclinationes: quoniam hec omnia non ex necessitate seu contra arbitrij libertatem euenire dicimus. Sed ex naturali inclinatione seu diuinorum in fluxu: et sic contingere futura contingenter indicamus. Uirtutem quidem dico: vt iustitiam temperantiam robur sanitatem etc. Passiones: vt iram amorem tristitiam gaudium etc. Fortunam autem quecunque ab extrinseco bona vt diuitias honores etc. Signa autem sensibilia dico: lineationes figuras longitudinem breuitatem colorem asperitatem lenitatem pilositatem. Manus autem dicitur pars organica humani corporis: in qua apparet sensus tactus. Et a quibusdam organum organorum appellatur. Minus habet tres partes. Prima pars est: que est inter duas lineas. Unam existentem iuxta finem ossis brachij ex vna parte. Et alteram secundam existentem iuxta montem pollicis: et montem manus ex altera. Et dicitur rascetta manus. Secunda pars dicitur palma: que incipit a linea dicte rascette tangens predictos montes et terminat ad radices digitorum. Tertia vero pars digitorum dicitur. Et sunt quinque et quisque habet tres iuncturas preter pollicem: qui duas habet. In summitate autem digitorum sunt vngues. Pars vero exterior dicitur dorsum palme et digitorum: seu dorsum manus. Linearum que sunt in manu: quedam sunt naturales: et quedam accidentales. Accidentales dico quecunque ex timore frigore fame siti infirmitate vulnere vel labore proueniunt. Et de his modica consideratio est in arte. Naturalium autem: quedam sunt vniuersales: quedam particulares. Uniuersales quidem sunt: que consequuntur hominis naturam communem: vt puta specificam. Et tales reperiuntur in hominibus bene dispositis. Particulares quidem sunt que sequuntur cuiuslibet iudicij propriam naturam. Et tales in diuersis diuerse sunt. Naturales qui

dem vniuersales quattuor sunt:⁊ vnaqueqꝫ diuersimo
de nominatur. Prima est que dicitur linea vite:eo ꝙ p
ipsam humana vita meditetur:aut dicitur saturnina vel
temporalis:vel dextra trianguli supremi. Et est illa que
circuit pollicem. Cuius ortus est inter pollicem ⁊ indicē:
⁊ terminatur ad rascettā manus. Dicūt anothomici ꝙ
hec linea respondet cordi. Pars illa que est eleuata inter
istam lineaꝫ ⁊ iuncturaꝫ primam pollicis:mons pollicis
dicitur. Secūda linea dicitur media naturalis eo quod
per mediam manum extendat. Uel dicitur viuifica vel
linea ꝓsperitatis:vel sinistra triāguli. Et ista sumit prin
cipium ab ortu prime linee vite inter pollicem ⁊ indiceꝫ:
que ab eius radice extenditur per fundum palme. Et di
cunt anothomici quod hec linea respondet cerebro. Ter
tia linea dicitur tabularis a quibusdam:vel basis trian
guli eo ꝙ iungitur predictis lineis:⁊ fit basis earuꝫ triā
gulum constituens. Et ista linea quādoqꝫ apparet in ma
nu quādoqꝫ non:⁊ qn̄qꝫ nō tota apparet. Partes ille ad
quas adunantur iste linee dicuntur coniunctio:vel angu
lus. Et dicūt anothomici:quod hec linea respondet epa
ti:⁊ stomacho. Illud autem spaciuꝫ quod est inter istas
tres lineas triangulus. Et ibi est cōcauū manus. Quar
ta linea dicitur mensalis eo quod mensam palme cōsti-
tuit ex vna parte. Uel dicitur moralis quia mores osten
dit:vel dicitur linea necessaria eo quod propter necessita
tem clausionis:vel flexionis digitoruꝫ ⁊ manus creatur
vel dicit̄ linea martis. Et est illa que circuit tres digitos
scilicet auricularem medicum ⁊ mediuꝫ. Et dicunt ano
thomici ꝙ illa linea creatur ex concursu seu fluxu quo-
rundam spirituum eleuatorum vel procedentium a pre-
dictis mēbris ex coniunctione predicta quorum linea ge
neratur. Illud auteꝫ spacium quod est inter istas lineas
mensalem ⁊ mediam naturalem dicitur mensa manus:
eo quod ad similitudinē mense facta sit:vel dicitur qua
drangulus manus. Partes autem que sunt inter lineaꝫ
mensalem ⁊ radicem trium vel quattuor digitorum pre
dictorum dicuntur montes digitoruꝫ. Illa pars que est
inter lineā vite vel capitis ⁊ radicem indicis dicit̄ mons
indicis vel yr manus. Illud autē spaciuꝫ quod remanet
inter rascettam ⁊ basim trianguli:⁊ lineam mensalem ⁊
dorsum manus dicitur mons vel pectus vel venter vel
pinguedo manus. Pars vero istius montis declinās in
ferius versus dorsum manus dicitur percussio vel scis
sio manus. Quidam autem hanc parteꝫ aliter diuidūt
dicentes quod pars illa que est sub vētre vel monte ma
nus inter radicem auricularis ⁊ rascettā ⁊ dorsum pal
me essentialiter distinguitur a predicto monte:⁊ dicitur
percussio:vel scissio manus. Sed fortasse diuisio hec nō
videbitur rata cum omnes partes principales palme per
predictas lineas ⁊ digitos distinguantur. Preterea de-
buissent vt videbitur predictam in duas diuidere:cum
ipsa secetur a mēsali linea:que ex lineis principalibus di
uidētib⁹ palma. Diuisio itaqꝫ manus talis est. Ad faci-
liorē igit̄ doctrine itellectū tales man⁹ subscribunt.


Medius
tertia
scda
prima
Mons
Mons
Mons
Mons
Scda
Prima
Prima
Linea mensalis seu mensalis.
Cingulus veneris
Linea cerebralis seu media naturalis.
Triangulus
Linea vite seu cordis vel cordiaca
Linea epatis seu basis trianguli
Percussio
Mons manus
Restricta


Anularis seu medicus
Medius
Index
Auricularis
Pollex
Radix
Radix
Radix
Radix
Saturnus
Jupiter
Sol
mercuri;
Digitoꝝ
gulus seu mēsa manus
Quadrā
Mars
Venus
Luna
Restricta manus

Capitulū.3. Quinti libri ⁊ prime partis chyromantie magne: in quo sequit̄ chyromantia conciliatorie: vbi tractat̄ de diuinis litteris q̄ in manu inueniunt̄: ⁊ ponit̄ etiam hic pars executiua istius capituli.

Ed q: fortuna manus cuiuslibet est scripta diuinis litteris: vt ait iulianus in hac parte f peritissimus. Idcirco visum est nobis oīa ostendere q̄ sunt in hac arte ſm nostri possibilitatē intellectus reuellare ⁊ ducere ad lumē: ea q̄ obscura sunt: ⁊ ondere q̄ sunt in manu diuine littere: ⁊ ptes planetaꝝ: ⁊ qui fuerūt saturni ⁊ Iouis ⁊ ceterorū planetarū: ⁊ quid illis accidit ſm nām ꝓpriā sui planete. Quid diuine littere in eis significēt: ⁊ in hoc sequemur antiquos phos ſm maxime helenū priami: qui huic arti diuine mirabilia adiunxit ⁊ ea nobis peritissime descripsit. Si aūt in manu diuine littere nihil aliud q̄ signa vel linee planetarū vel stellarū de quib⁹ inferius plenarie dicetur. Partes aūt planetarum in manu sunt septē. s. hec Luna hꝫ partes in manu. s. rascettā pectus ⁊ quadrāgulū manus: ⁊ ea q̄ iuxta radices eorum sunt: ⁊ lineā basis trianguli. Mercurius hꝫ digitū minimū cū suo monte. Uenus hꝫ pollicem cū suo monte. Mars hꝫ triāgulū ⁊ lineā mediā. Sol hꝫ digitū anularem cum suo monte. Jupiter hꝫ indicem cū suo monte. Saturnus habet digitū medium cum suo monte.

Capitulū q̄rtū in quo tractabit̄ de nā illoꝝ qui sūt d̄ saturno ⁊ quid de illis ſm nāꝫ ipsius planete accidit.

I qui sunt de natiuitate saturni habent multas lineas in digito medio plusq̄ alibi: ⁊ b specialiter qñ q̄dā linea orit̄ a rescetta ⁊ extenditur per palmam vsq̄ ad hunc digitum: hi tales sunt cōes amici vtilis cōsulētes graues in mente ⁊ duri in cogitatione: nō audaces in factis: comestores: superbi simulatores: iactatores: cum paucis verbis ⁊ insatiabiles. In agricultura ⁊ in edificijs delectabūtur: ⁊ ꝑ longas terras erunt peregrini.

Quid diuine littere significent in loco saturni.

I vero qui diuites sunt vsq̄ ad senectutem b in negociationibus ⁊ mercationibus erūt: hi vero qui paupes: in laboribus semper erūt: hi vō qui diuites sunt leduntur egritudine neruorū. Illi autē. s. pauperes ledunt̄ a filijs vel a consanguineis: vel a ꝓximis: ⁊ in his oībus ingrati videbunt̄. Leuiter iras sustinebūt. Pingues in senectute sine egestate habebuntur. Signū aūt aliqua istarū figurarū vel aliquid assimilianter alicui istarū reperiatur in loco saturni: erit congregator pecunie. Nobilium atq̄ magnatum tales amici erunt: ⁊ incident aliqñ in multitudinem egritudinum. Signa saturni.

Capitulum quintum de Ioue.

E Ioue sunt qui hñt lineas in radice indicis d plures ⁊ spāliter qñ linea nālr vadit ad predicti digiti ptes: hi. n. sūt pulchri sapiētes: iudices: iusti: fideles: religiosi: ⁊ timor dei est cū illis. Bñ morigerati audaces i piculis: misericordes: elemosinarū elargitores: veridici. Circa alias dlectatiōes hñtes. Gaudēt aūt risu: ⁊ multitudine loquutiōis ⁊ coitu si sūt laici filios hñt duos. Diligūt bonū ⁊ odiūt malū: ⁊ si tales linee sūt pulchre nō itercise dignitatē aut plationē ondūt.

Quid diuine lr̄e significēt in monte ⁊ loco Iouis.

I aūt figura. a. vel filis sibi reperiat̄ in loco f iouis: erit diuitijs plurimis habūdās: veridicus: ⁊ nobiliū amic⁹: ⁊ si tales figure turpes sint patres violabūt: si figura. b. erit fortunat⁹ ⁊ diues. Dilect⁹ quoq̄ ⁊ valēs apd̄ reges: ⁊ si talis. b. sit modicū colorata erit, religiosus aūt cōuersans cū ipsis: vt erit hō honeste vite ⁊ Magn⁹: si aūt figura. c. a. regib⁹ erit dilect⁹: ⁊ dux vel rector exercit⁹: si aūt figura. d. erit infidelis maior omniū in suo gñe. Et cōmiscebit̄ nobilib⁹. Cū vxore ꝓpinqui vel patris ei⁹ cōmittet icestū: si āt figura. e. p mulierē hēbit bonū: parētes tñ ei⁹ qñq̄ odio eū habebūt: si aūt figura. f. cōmixtionē regū ⁊ rerū ipsoꝝ dispositionē hēbit: eritq̄ sapiēs in causis ⁊ iudicijs discutiēdis: si aūt figura. g. erit bone fame apd̄ sibi notos. Sꝫ in veritate cū mulierib⁹ luxuriam ꝑpetrabit: si aūt. o. vel scutū sit [symbol] erit hō nobilis q̄litatis: sapiētesq̄ ⁊ discretus in oībus. Nobilis animi: subtilisq̄ ⁊ alti ac penetrabilis intellect⁹ oīumq̄ scientiarū iterptator ⁊ expositor erit: ⁊ spāliter artiū ꝓfundarū ac occultarū. Eritq̄ amabilis vltra modū. Et nō habebit amicos fideles. Ab infantia vsq̄ ad vltimā iuuētutē: ⁊ in iuuentute vitia hēbit sūmū statū ⁊ nobilē. Erit dilect⁹ ab oībus pp diuitias: ⁊ pp fidelitatē suā ⁊ rectitudinē: patiet̄ dānū maximū cā seruiēdi amicis in adolescētia. Eritq̄ apud Reges ⁊ Principes not⁹ ⁊ dilect⁹ ab eis ⁊ ēt a ꝓpinquis suis: erit ēt ab extraneis extra patriā dilectus ⁊ ab infantia vsq̄ ad vltimā iuuentutē ſm q̄litatē sui erit egen⁹: si autē aliqua istorū.

erit auguriat⁹ augumētatus ex multitudine lucri habūdabit: ⁊ erit pinguis: sed pauper ⁊ debilis animi a cognitione peruersa succūbet. Deuinctus dānū patiet̄.

Signa Iouis.

Capitulum sextum de Marte.


E Marte sūt qui hñt lineā vite ⁊ mediā na a turalē cōiūctas itē so colore: erūt hmōi audaces hoīes: facientes: vtiles: absq̄ pinguedine prompti ad bella pro quotidianis incōstantes ferocesq̄: ⁊ ipij sine verecūdia male sociabiles: fornicatores. His quoq̄ neq̄ defectus: neq̄ superabundantia erit vsq̄ quo se poterunt adiuuare.

Quid diuine littere significent in loco martis.

I aūt figura. a. vt aliq̄ silis ei reperiat̄ in loco f martis. i. in triangulo. ille erit lapidei cordis sine misericordia plen⁹ ira: ⁊ iniquitate: si āt figura. b. erit diues familiaris principib⁹. Aliquādo aūt erit doctor exercitus: si aūt figura. C. erit magnus magister pfect⁹ igeniosus diligēs geometriā aliq̄ñ

aliquibus iniuriam faciens. Dolore occulto: vel casu ab alto ledetur: si autem figura.d.erit parricida percutietur dolore epatis & iuncturarum: aliquando autem fortinabitur: si autem figura.e.erit contentiosus: & inde multum patietur. Jungetque se vilibus feminis: & raro habebit desponsationem optatam: & aliquando vxoris proprie interfector: si autem figura.f.erit falsus: calidus: mendax: proditor: propter quod malum habebit: si autem figura.g. erit perseuerans cum malis viris & latronibus: & occulte machinando maleficia perpetrabit: si autem aliqua figurarum subscriptarum erit in loco Martis: erit magnus & audax: pertinax & incepti perficiens: & vsurpator siue dispensator paterne substantie: & fratum percussor.

¶ Signa martis.




¶ Capitulum septimum. De Sole.

Ui sunt de natiuitate Solis habent lineas subtiles in radice digiti solis plusquam alibi hi erunt naturales inuentores & imitatores & omnium operationum & operantes que non adidicerunt: hi sunt inuentores artium. Nunquam erunt pauperes. Isti perdent seruitia: & specialiter que facient amicis & primis. Ab extraneis honorabuntur ideo extraneis copulentur: & hi sunt iracundi: & libere lingue sup se recurrentes. Eritque amabilis valde: & semper contrarium erga eum inueniet: quia nullus erit eisdelis amicus: eritque fidelissimus curialis sapiens & largus & benignus. Amicis sepe multis multotiens multa dignis dans & indignis: hic erit a muliere vel propter mulierem lesus: hic habebit inimicos & specialiter suos: & non ledetur ab eis: hic superabit eos sicut sol nubes. Oportet ipsum omnia palam facere ea que ab aliis occulte fiunt. Hi quandoque sublimant homines quandoque deprimunt: & sunt fideles & magnanimi.

¶ Quid diuine littere significent in loco solis.

Si autem figura.a.reperiatur: erit fortunatus & pater eius similiter: si autem talis figura male sit disposita significat contrarium: si autem figura.b.erit sapiens boni ingenij: dilectus a magnatibus & vniuerso populo: & aliquando visi sunt exaltari ad regias dignitates: si autem figura.c.destructionem & infirmitatem oculorum & stomachi ostendit: nec non ferri & ignis periculum: ingratum facit & peregrinatum ostendit: & moriturum subito: atque patris interfector erit. Si autem figura.d.erit diues magnus & fortis & adipiscitur diuitias ab alienis: & aliquando talis exaltabitur ad regias dignitates: & si talis figura fuerit male disposita habebit patrem stultum: & cito mortem incurret. Si autem figura e.erit amator mulierum similium: in paternis rebus habundabit: turpique luxuria: & proprie nefanda sodomitica delectabitur. Si autem figura.f.erit sapiens: & bone memorie: scientiis decoratus variis: si autem figura.g.erit letus manens cum principibus & maioribus terre patietur stomachi & capitis infirmitatem. Si autem talis ☉ vel ◯ fuerit in monte medici vel solis erit homo honeste vite: & diues omnibus diebus vite sue: dilectus quoque a mulieribus: & propter eas damnum patietur. Et erit subtilis valde: & inuentor artium. Dilectus quoque principibus & omnibus aliis. Si autem aliqua istarum figurarum subscriptarum fuerit in loco solis erit beniuolus iocundus & perfectus in multis operationibus: sed cito irascetur & cito a quacunque re grauabitur tedio.

¶ Signa Solis.




¶ Capitulum octauum de venere.

Si sunt de venere quorum linea tertia vadit versus digitum Iouis: & ex alia parte terminetur cum radice digiti veneris: talis erit bone fortune absque cogitatione & sine cura propter bona: non cognoscentes de propriis delicate viuentes: sine conseruatione: sine labore. Hi dulces fortunati: large expendentes. De facili promouentes animam pro mulieribus. Hi enim sagaces quando mulieres extirpabunt a vitiis suis & aliquando eorum hereditatem. Diligunt risum & coitum: & propter hoc habebunt adulteros filios. Omnes eum diligent & omnes ei credent. Hi enim pulchritudine vultus & loquele: dulces hunt loquutiones. Omnia volunt que vident.

¶ Quid diuine littere significent in loco veneris.

Si autem hec figura.a.in hoc loco inueniatur erit talis sine fide diligens mulieres pauperculas: & infirmitate detentas & ab eisdem malum patietur. Si autem figura.b.erit significat gaudium & nobilium permixtionem & proficuum in desponsationem nobilium mulierum. Et habebit bonum ex causa & fide religionis vel mulieris: si autem figura c.Iniuriator erit: magnus in luxuria: fornicator: scelus perpetrans cum consanguinitatis vinculo sibi connexis & desponsabit sibi mulierem ante sibi iunctam: & a ferro vel ab igne ledetur: & in oculo patietur: si autem figura d.erit expositor somniorum: & inuestigator rerum occultarum. Ueridicus: & diligens itinera: & erit turpi luxuria plenus si autem figura.e.gaudii multitudinem habebit: & delectationem cum mulieribus mirabile officium exercentibus: Unde vilipendetur: & semper in ceteris reprehendetur. In ceteris fortunabitur: & bonum adipiscetur in omnibus: si autem figura.f.in multitudine habebit opera. Uiam & gaudia & scientiarum pertinentiam requiret: si autem figura.g.erit amator mulierum gaudium & bonum habebit cum eis: si autem aliqua istarum figurarum subscriptarum fuerit in loco veneris erit fornicator cupiens vxores alienas plusquam suas & maxime viles & vilia: que faciliter poterit acquirere aliquando vxoris proprie interfector erit: vel paterni lecti violator.

¶ Signa Ueneris.



¶ Capitulum nonum de Mercurio.


Si sunt de Mercurio qui consimiles lineas habent in digito mercurii: que non apte sunt sed obscure: hi erunt fures leuis fortune fastidiosi impuri: inordinati: concubinarii: men-

daces expoliatores insidiatores iniusti: omni malo pleni ad melificia parati: hi enim lꝫ pluribus penis pluries sunt dimissi nō tn̄ intēdūt nec cōsiderāt: q̄ euenire poterūt: sꝫ mouent ad ppetranda mala absq3 rōne: ipsi in se neq3 stabilitatē neq3 fūdamētū hebūt. Sunt audaces stulti. Si āt pdicte linee sint pulchre: ꝛ clare erūt loquaces ꝛ musicalia sciētes pictores sermocinatores: ingeniosi arismetici: geometrici augures: rectores optimi: valde cupiunt laudem ꝛ memoriam suorū laborū: factores ꝛ speculatores profundorū secretorum quicquid habēt in corde nullus potest cognoscere.

¶ Quid diuine littere significant in loco mercurij.

b I aūt figura.a.fuerit i loco mercurij erit inquisitor oiū ocultoꝝ. Un̄ ipedimētū hēbit: ꝛ a se ipso sibi nocumēta eueniēt. Erit grauis lingue: ꝛ pessim⁹ i aīo. Inuidēt ei hoīes ꝛ loquenť sup eū: operā ei iponēt quā nō fecit. Si aūt figura.b.erit negociator fidelis hn̄s mltā substātiā eritq3 forte posit⁹ supra gētes. Si aūt figura.c.erit negligēs ludū amabit: ꝛ lucrū ex furto: oīb⁹ malis modis pcedēs: ꝛ scriptor: doctorq3 linguarū incognitarū ꝛ librorū. Expositor sniaꝝ: falsasq3 cartas vel artes cōponēs diuerso q3 suo igenio excellēter. Si aūt figura.d.erit sapiēs opator boni: doctor sciētiaꝝ: astronom⁹ dilect⁹ a parētib⁹: ꝛ si pdicte linee sine fine fuerit turpes: ꝛ male colorate erit pauper: ꝛ i iuuētute male opa agēs: sed post mediū vite multis diuitijs habūdabit: dolorē stōi ꝛ aliaꝝ ptiū patictur ꝛ grauabiť: ꝛ q̄rūcūq3 demonioꝝ opa exercētib⁹ participabit. Si aūt fuerit figura.e.erit coiūct⁹ religiosis: ꝛ faciet opa mulierū edificia pecuniā picturas varias diliget ꝛ mulierū ornamēta. Si āt in q̄drāgulo figura.f.fuerit finali snia pitus ac toti⁹ erit phie excellēs indagator. Si āt figura.g.erit bone vite: itelligētie magne: paruas puellas siľes pigmeis amabit: amabit ēt mulieres puas mamillas ac strictas uuluas habētes. Si aūt aliq̄ istaꝝ figuraꝝ subscriptaꝝ fuerit i loco mercurij: erit grauis loq̄le. suspitiōe oi plen⁹: sapiētib⁹ ꝛ religiosis cōmisceť.

¶ Signa Mercurij.




¶ Capitulum decimum de luna.

b E luna sunt quicūq3 habēt i q̄drāgulo manus hoc signū ✕ hn̄ dispositū in pͥma etate erit egenus: in scda vo etate diues erit vltra modū: ita ꝙ oēs admirabunť. Sed reuersus i senectute ad vľ de quo ipse venit reuertetur cōsimilis isti planete crescendo ꝛ descrescēdo. Nō oportet talem vxorem ducere: sed alicui principi vel prelato se coiungere sic ditabitur: ꝛ pacificam vitam: ꝛ quietam diliget: ꝛ peroptabit sibi societatem facere.

¶ Quid diuine littere significent in loco lune.

natura frustra nō lineauit sinistrā. sunt aliqui ignorātes
qui vnā manū tm̄ aspiciūt errātes in iudicando. caue ne
manus callos patiātur quēadmodū sunt manus carpē
tarioꝝ fabroꝝ. ꝛ differētiam nō factas si vis recte iudi
care inter dextrā ꝛ sinistram nisi vt dixi. Et sic finis est
quinti libri de chyromātia magna: vbi est chyromantia
Cōciliatoris cū additionibus nrīs que nullo pacto sunt
contēnēde. Lector igit accuratus oīa plegat sine liuore
ac inuidia. Et in iudicādis reb⁹ nrīs odiū precipue absit
si aūt sunt qui velint maledicere lectiōe operis huius di
gni sunt. ¶ Explicit liber quintus.

Magistri Bartholomei Coclitis Bonon. Medicine distillatoris Chyrurgici Physionomiste Chyromantici Geomanticiqз Liber sextus Anastasis qui dicitur Chyromātie parue: qui est ex infinitis auctorib⁹ susceptus: multis tñ additis. Ad eundē. D. Alexandrū Bētiuolū ꝛc. Feliciter incipit ꝛ ꝑo ponit Prolog⁹.

Prologus.

Cum satis superqз superioribus libris de chyromantia quantuз ad theoricam pertinet scripserim: varijsqз rationibus non nullorum opiniones redarguerim: equum esse duxi librum hunc sextuз cōdere. Ut ostenderem quātum pratica: ꝛ magistra rerum experientia valeat. Cui rei eo maxime tempore me tradidi: quo tot pessimi euentus: me multo ante referente: nonmodo priuatis hominibus: sed etiaз nobilibus: dynastis: principibus: regibusqз euenerunt. Ut audeaз dicere me nullo modo in hac arte errare posse. Preuidi eniз eos qui dominio expellēdi essent: quosue ex infime gradu ad sūmum fortuna traducere deberet. Quot stipendia: quot infirmitates: quāti varij euētus a me prenotati fuerint: nullus est qui nesciat: qui Coclitem nouerit. De itineribus suscipiendis de mercibus exercendis. De studio litterarum eligendo. De meretricibus fugiendis. De ludo abdicando: ꝛ infinitis alijs rebus quid predixerim infiniti testes: ꝛ hi quidem fide digni supsunt adhuc: ꝛ multi qui diem clauserūt extremū superfuere: quibus summa esset ꝛ est fides adhibenda. Multos grauiter vulneratos hac maxime arte pristine valitudini restitui visa quoqз physionomia: iactisqз geomanticis figuris: quibus vehementer ꝛ delectatus sum ꝛ multa variaqз predixi. In medium ad duceз villa marinum Illustrissimi Hannibalis fratris tui famulum: ni res hec omnibus curialibus: multisqз ex ciuitate nostra notissima esset: hic accerrime vulneratus erat adeo ꝙ iter omnes medicos optimosqз chyrurgicos de eius salute desperabatur: habito de eo iudicio preter omniū opinionem viginti duorū dierū spacio euз: adeo liberaui vt adhuc inter mortales vitam viuat satis prosperam. Preterea alia infinita: cum de laudibus meis alijs locū relinquere sit satius: ꝙ̄ me ipsum laudare. Quantuз in hac arte possit ingenium nostrum infiniti vt diximus testes sunt: ꝛ maxime Horatius Bichardus Sanēsis: de cuius prudentia doctrina ingenio: ac moderatiōe: satius est tacere ꝙ̄ parum loqui. Inter alia nature dona quantum fide alijs prestet erga parentem tuum cultus: in fratres tuos honor ac beniuolētia indicio sunt. Tanto eniз amore Bentiuolos prosequitur vt nihil maius excogitari possit. hic non pauca de me vidit experimenta. Ut in epistola ab ipso erudite condita ostenditur. Adest ꝛ Lodouicus Uitalis Bononiensis corpore quideз claudus sed ingenio ac doctrina adeo erectus vt rectos homines superare videatur: multosqз animo ac doctrina claudicare ostēdat: Hic mathematicas omnes philosophiāqз precipue ac astrologiaз optime callet: cuius iudiciū adeo veruз est: vt quicquid dicat ab oraculo prouenire videatur. Hic astrologiam calculatoriam cum iudicio nostro contulit: adeoqз verum inuenit vt nihil penitus differre visuз sit. Sed vt vnde ab ij reuertar inclite princeps: hūc sextum pratice nostre librum legere non dedignaberis. Cum in omni genere ac cognitionis tibi: reliquisqз omnibus tua gratia profuturus sit. Non me latet multos esse ac fore maliuolos: qui in opus nostrum non modo caninis linguis sed cinicis morsibus insurgēt: quos presidio numinis tui fultus minime timeo: iudicabunt etenim recti censores hos potius odio ac liuore quodam duci: quam quod sciant id quod obliquuntur: neqз de his penam aut supplicium aliquod suscipiendū esse existimo: cum ipsi intra se acriter crucientur: dicente poeta. Justius inuida nihil est: que protinus ipsum auctorem cruciat atqз itra viscera torquet. Preterea qui me tuentur maximi ac hi quidem doctissimi auctores: quibus multa prestanda est fides adsunt. Nec vident malinoli tanta cecitate ducti vt omnia punitus ignorent: ꝙ dum me carpunt: eos omnes cauillantur quos ipsos habeo auctores: quius quottidie in doctissimorum virorū ore versantur. Si qui forte in hoc meo libro nominatim ponentur: non existiment me hoc fecisse vt aliqueз infamia notare velim sed vt iudicij mei testes existāt validiores. Et si quoqз generali vocabulo in aliqua operis mei parte religiosi aliqui ponentur: sciant me solum pro illis verba fecisse qui nota digni sunt. In omni enim meo iudicio bonos semper excipiendos duxi: quos cum laude digni sint: colo ac veneror. Oro igitur ꝛ vt exorem obsecro: vt vna cum ceteris hunc quoqз sextum librum diue Alexander perlegas: ꝛ Coclitem clientulum tuum diligas: ac caninis faucibus tucaris ac defendas. Tu meuз numen es: tu soluз mea gloria: quicquid erit Cocles tua erit gratia. Tu quoqз lector candide: si huius sexti libri vtilitatem equa mente diiudicabis diligentiaз meā summis extolles laudibus dicesqз hoc opus vere numē sibi Anastasis vendicauit.

Magistri Bartholomei Coclitis Bonoñ. Medicine distillatoris Chyrurgici Physionomiste Chyromantici Geomanticiqз Liber sextus Anastasis: qui dicitur chyromantie parue qui est ex infinitis auctorib⁹ suscepus: multis tamē additis. Ad eundeз dominum Alexandrum Bentiuoluз ꝛc. Feliciter incipit.

Cum mihi in animo erat sextum Anastasis nostre librum scribere. Liber quidam chyromantie cum multis manibus ꝛ lineis ad manus meas peruenit. Qui quidem ab Andrea quodam coruo compositus fuerat. Quem cum vere coruum esse dignoscerem miratus sum quo pacto hic Pauonis pennis susceptis se coruum non esse voluit ostendere. Et cum laborum aliorū fur ꝛ latro existat merito damnandus est. Dicet quispiam illud Terentianum: nihil dictum quod non dictuз sit prius. Hoc ego quidem concedo ac confiteor: sed eos vituperatiōe dignos censeo: qui aliena pro suis absqз auctorum nomine audent in medium afferre: ꝛ eos magis reprehendendi tales sunt: quo minus sentētias ꝛ intentiones auctorū non modo male intelligunt: sed pessime scribūt. Ego autē in opere meo sūmo cura euigilaui auctorū nomina nec nō eorꝫ auctoritates legētib⁹ ꝛ aper.

rise ⁊ manifestare: hic Andreas (nam verū fateri licet) satis bonus est practicus longeue etatis auxilio: licet in theorica nihil penitus valeat.

¶ Si aliquibus videbitur me aliqua ab eo excerpsisse: sciāt me nō ab eo sed ab illis quos ipse imitatus est oīa sumpsisse. Qui enim a fonte aquam scaturientem suscipiunt melius sitim extingunt q̄ꝫ si ad riuulos accedant. Nunc ad capitulum primum veniamus.

¶ Capitulum primum de longitudine vite.

Prima radix est q̄ oēs viuētes ex naturali quadā inclinatione scire desiderāt periodū ac diuturnitatē vite sue. Primo igitur tractabimus de longitudine ⁊ breuitate vite.

¶ Illi homines diu victuri sunt: qui habent lineam vite satis longā: extendentē se ad restrictā vel iuxta: continuam eiusdem latitudinis per totum decenter latam profundam ac breue coloratam.

¶ Cerebri linea vel vt melius dicatur sensibilis vel cephalica quod idem est: qñ est cum bona latitudine ⁊ profunditate boni coloris ⁊ bñ articulata vsqꝫ ad acumen man⁹ ⁊ nō vltra longā vitā significat simulqꝫ audaciā.

¶ Linea capitis si in superiori parte angulum non acutum sed rectum constituit longam vitam dicunt ostendere. Si vero acutus fuerit diu etiam viuet: ⁊ talis erit nature astute ⁊ vafre.

¶ Qñ linea epatis est satis lōga. s. vsqꝫ ad mediam naturalē: profunda ⁊ lata decenter continua ⁊ bene colorata: significat bonitatē epatis atqꝫ digestionis: ⁊ per cōsequens longitudinem vite. Aliqui dicunt. Si basis triāguli erit bene recta ⁊ longa in medio aliquātulū diuisa: ⁊ riuulosa ⁊ boni coloris: ostēdit bonā dispōnē atqꝫ lōgitudinem vite attestatur experientia nō affirmo.

¶ Angulus dexter si fuerit rectus vel quasi apparēs ⁊ bene coloratus significat bonitatem cordis ⁊ sanguinis: ⁊ virtutem fortem ⁊ per cōsequēs vite lōgitudinem.

¶ Angulus sinister quasi rectus arguit bonam cōplexionem ⁊ ob hoc vite longitudinem.

¶ Manus magne ⁊ debite ꝓportionate in quacūqꝫ sui parte in qualitate ⁊ quantitate arguunt bonam complexionem: ⁊ per consequens longitudinem vite.

¶ Manus carnee ⁊ concaue cum bona soliditate. ⁊ bene articulate longam vitam demonstrant.

¶ Si in medio spacio inter lineas trianguli sit planities bonam cōplexionē significat (si bene coloretur) ⁊ ex cōsequenti longitudine vite.

¶ Saturnina si cum linea vite coniungatur rectaqꝫ sit ⁊ non intersecata ⁊ ad Saturni digitum vel prope deuenerit. Triangulusqꝫ suam seruauerit proportionem diuturnitatem vite dicunt ostendere.

¶ Si mensa man⁹ eq̄li sit cōstituta spacio bonā in hoīe cōplexionē indicat: ⁊ per cōsequēs vite longitudinem.

¶ Linea quedam oriens a rascetta vel a linea cardiaca se extendens per concauum manus ad tuberculū Mercurij quem aliqui appellant viam lacteam quādo est cōtinua ⁊ cum media naturali connectitur extēdens se ad minimum tuberculum: bonam complexionem ⁊ mentis agilitatem testatur: longitudinemqꝫ vite denotat: vt aliqui referunt.

¶ Quādo linea mensalis fuerit bene cōtinua satis longa profunda lata ⁊ recta significat bone dispositiōis naturam: ⁊ membrorum radicalium proportionem ⁊ per consequens vite longitudinem. Terminus ipsius linee duobus modis perficitur. Aliqui tenēt bonā terminationem esse quando terminatur sub diametro digiti saturnini.

¶ Alij dicunt q̄ vera terminatio est: quando terminatur in principio montis indicis precipue ad radicem ipsius. Ego dico q̄ vtroqꝫ mō vera est terminatio. Prīa enim est equalis. Scd̄a est extra eq̄litatē cōplexionis.

¶ Si spaciū rascette sit purū ⁊ bene coloratū significat bonam cōplexionē: ⁊ per cōsequēs longam vitam.

¶ Linea saturnina in cōcauo manus: seu soror linee vite cū ternaria ꝓportione que initiū suū habeat prope rascettā vel circa ⁊ desināt vsqꝫ ad mediā nālē cū bono colore situ ⁊ positione arguit longitudinem vite.

¶ Si tuberculus pollicis sit rotundus decēter ⁊ lenis bene coloratus bonam complexionem ostendit: nec non longitudinem vite.

¶ Omnes manus tuberculi bene eminentes longitudinem vite declarant precipue si sint bene colorati.

¶ Triangulus bene equilaterus si sit pulchrarum linearum bene coloratarum ⁊ rectarum signum est equalitatis mēbrorum mineralium ⁊ longitudinis vite.

¶ Soror linee vite in monte pollicis oriens a sūmitate anguli summi ⁊ se extendens quasi ad restrictā vel prope longitudinis vite signum est.

¶ Si pauce rimule in monte pollicis fuerint: paucas infirmitates ondere dicunt ⁊ ex. ꝯñti vite diuturnitatem.

¶ Dicit coruus loquax ac nigerrimus. Quādo media naturalis trāsierit mōtem manus longitudinem vite arguit cum inopia ⁊c. Conceditur de longitudine vite: tñ cum mala complexione: ⁊ denotat naturam superfluā: ⁊ si alie principales linee correspondēt ad diuturnitatē vite. Puto hunc coruū nostrū esse mere vernaculum ⁊ insipientem: quia caret radicibus chyromantie ⁊ physionomie: vt in precedentib⁹ libris nostris patet. Caueas igitur a tali iudicio quoniam falsissimum est.

¶ Quando mensalis duos ramos efficit vnum in medio montis īdicis: ⁊ aliū ad vitā hoīē lōgeuū arguit.

¶ Dentes magni ⁊ spissi longitudinē vite existimantur arguere si causa primitiua non impediet. Quoniam nō est apud physionomos signum tante excellentie quante est illud: per quod simpliciter possit sine alia ꝓportione iudicari: q̄r ostendit virtutē specificā atqꝫ occultā bñ fixā esse: vt puta humidū radicale atqꝫ spermaticā virtutē a principio generationis robustiores representat.

¶ Fatuū ē plerisqꝫ tradere iudiciū de longitudine vite sine cōcordantia multorū signorū adinuicem.

¶ Errant enim ⁊ vehementer qui existimant ac sibi persuadent se posse cognoscere periodum ac terminū vite alicuius: cū aliqua mensuratione. Verū est q̄ per mensuras poterimus imaginari etatem cōmunem que vt plurimum peruenit ad annos. 70.

¶ Ego iam mensuraui cum circino: ⁊ ꝰm mensurā inueni tempus septuagenarium in linea cardiaca ⁊ in alijs principalibus lineis correspondētibus: ⁊ tamē hi quos iudicaui peruenerunt ad annos octuaginta vel circa. Vidi etiā pluries aliquos qui ꝰm lineas potuissent peruenire ad annos solares seu chronicos: varijs modis fuisse īpeditos: vt puta ab infirmitatibus: aut vulneribus: aut laqueo: vel alia vi: ex quo dies ei⁹ abreuiati sūt. Iudicet ergo chyromanticus pensiculate ⁊ cū erubescentia: ⁊ nō

ut quidam: qui honoris proprii curam non habent ⁊ potius iactabundi sunt: ⁊ nō iudicāt ſm veram scientiā: crede ut plures: scias ut pauciores atq; sapientiores.

¶ Capitulum secundum de breuitate vite.

c Aracteres picti in monte medii ut ostensuz est in suo loco in lib. quinto egritudinū multitudinē significant ⁊ forasse breuitatē vite.

¶ Linea media naturalis quando non transit diametrum in digito medio significat talem morituꝛum in etate iuuenili.

¶ Linea media naturalis subtilis pallida debilitatez cerebri ⁊ complexionis ostendit ⁊ ex consequenti breuitatis vite est signum.

¶ Crux quedam parua in fine linee medie naturalis ex opposito medii vel auricularis significat mortem infra annum vel cito ut dicunt: hoc tamen a me nunquā fuit obseruatum.

¶ Si spherica figura vel .y. sit iuxta lineam vite egritudinis multas ostendit. Si quidez in parte superiori preteritas: si in inferiori futuras: ⁊ mortez propinquari demonstratur. Si vero in medio loco significat aliquem de suis infirmari. Et si predicta signa transfixa sint tūc mortem propinquam dicunt ostendere.

¶ Quando linea media transit totam manum dicunt breuitatem vite significare. Vidi ut plurimum ex reumate capitis infirmari. Et dicunt quanto magis tendit versus inferiorem partem manus tanto velociorē mortem significare.

¶ Si mensalis cum media naturali angulū causant breuitas vite denotatur ut aiunt recentiores obseruatores.

¶ Si linea vite fuerit breuis breuitatez vite arguit nisi iuuetur ab aliqua alia linea.

¶ Ille coruus valde niger posuit in sua picta chyromantia lineam vite fractam in medio positionis sue ⁊ refert talem fractionē terminari ad annos .25. Ergo ſm ipsuz periodus indiuiduorum terminat in anno .50. quod est falsissimuz: vnde lucerna sua est male lucens.

¶ Si triangulus in manu non videtur in aliqua sui parte esse nec aliquam sui affert demonstrationem videtur breuitatis vite esse signum: ⁊ hoc precipue corroborat si linee sunt exigue aut fracte siue capillares.

¶ Si mēsa manus inequali spacio a media naturali distare videatur malam hominis complexionē ostendit ⁊ per consequens breuitatis vite est iudicium.

¶ Si in medio spacio inter lineas trianguli non sit planicies: ⁊ male locus ille coloretur defectū arguit caloris: ⁊ ex consequenti breuitatem vite ostendit.

¶ Si spacium rascette male coloratum fuerit dicūt breuitatem vite arguere.

¶ Si linea mensalis non seruauerit trinam proportionez ⁊ ulterius sit male colorata aut fracte seu capillaris breuitatis vite est signum.

¶ Iecoralis linea si non seruauerit trinam proportionem: ⁊ si fuerit intersecta a multis lineis vite breuitatē denunciat.

¶ Dentes rari ⁊ minuti penitus vite breuitatez demonstrare videntur.

¶ Quando spacium quod est ab vmbilico deorsum est maior q̄z ab vmbilico ad pomum granatum: qui huiusmodi habent dispositionem: breuis sunt vite.

¶ Caue ⁊ precaue iudicare aliquid de breuitate vite nisi linee sint penitus delete: nam est opus dicere periodum determinatum ſm terminationem linearum in tempore egritudinum que maxime representant in cardiaca linea. Quoniaz natura specifica facit aliquotiēs actiones que impossibiles apparent medico ⁊ physionomo circa negocia egritudinum quia duplex est complexio vna insequens materiam: alia insequens formam: quēadmodum scribit viridicus cōmentator in sexto sui colliget h. capitulo primo loquendo de fine artis medicine: dicit .n. Ars aliquando deficit indiuiduis propter materiales preparationes que sunt in ipsis: quod est: q2 non est impossibile ut duo homines vnius ⁊ eiusdem temperate complexionis equaliter: ⁊ vtuntur vno regimine: ⁊ vnus istorum deueniet ad meliorem finem: quem cōsequi poterit per ipsius naturam. In alio vero in eodem regimine existente mali generabuntur humores qui mortem inducent. Et causa huius est quia in eius complexione est mala preparatio fixa: que est causa ut in ipso hec malicia generetur q̄uis hanc preparationez ignoremus. Et causa huius ignorantie est: q2 in naturis tot sunt preparationes fixe: ut eas per signa cognoscere nequeamus: ⁊ hoc accidit propter preparationum infinitatem sicut in naturali philosophia est declaratuz q2 ibi dicitur ꝙ quelibet materia habet accidentia propria ⁊ fixa in ipsa sine accidentibus: que manant a forma: ⁊ hec accidentia que sunt in materia sunt cause multitudinis varietatuz que in naturis indiuiduorum inueniuntur quēadmodū accidentia propria forme sunt cause multitudinis varietatum que in moralitatibus indiuiduoruz hominū cognoscuntur. Et totuz hoc est: quia in homine multe species indiuiduo cū vel compositionum inueniūtur q2 vltimū compositus ⁊ ob hoc prouenit occultatio varietatis proprietatum que in naturis ⁊ moralitatibus indiuiduorū inueniuntur: q̄uis insensibilibus particularibus indiuiduoruz manifestis quo ad nos cōmunicēt. Ecce aliquātulum egressi sumus ordinem libri nostri: nō tamē propter hoc minus sequetur iuuamentum q2 hic remouimus vnum dubium quod multi sapiētes scire affectāt. Ideo chyromanticus non debet desperare de aliquo indiuiduo vtrum moriatur vel ne. Sed debet dicere tali tēpore anno ⁊ etate es procliuis ad aliquas egritudines cuz grauamine: ⁊ eris in p̄iculo mortis: ⁊ non dicere de morte absolute: quia aliquādo iudicātes decipiunt propter occultas proprietates indiuiduorū a celo causatas. Ideo frater tuus Hermes: O Alexander mi vnice patrone: annis elapsis credebatur a me ⁊ a multis: ꝙ non deberet euadere ab illa infirmitate que ipsū acriter cruciabat: ⁊ tamen rationibus supranotatis euasit. Astronomi dicunt ꝙ aspectus iouis fuit causa sue salutis. Ego autem hoc maxime signo de eo dubitabam: q2 omnes linee in sua manu apparebant exigue cum tenuitate: ⁊ cū summa multitudine numerali. Si quis igitur voluerit terminare tempora accipiat circinum ferreum vel argēteum: ⁊ incipiat mensurare in principio linee vite ab angulo sūmo de quinquēnio in quinquēniū: ⁊ talis mensura sit tanta q̄nta est linea hic sic ducta ———— mensurando lineam cardiacam seu cordis ⁊ in quacūq; linea cōputabuntur quinq; anni. Et sic mensurabis vsq; ad fractionez que cardiacam intersecabit ⁊ si erunt due linee erūt decez anni ⁊ si tres quindecim ⁊ sic multiplicādo pones numerū annorū īfirmitatis que per iterseca-

tionem vel separationem facile poterit iudicari. Uerbi gratia linea cordis est cõtinua lata profunda ꝛ colorata vsq; ad sui medietatẽ tũc mensura modo supradicto ꝛ habebis ãnos egritudinis: ꝛ si forte talis carẽtia cardiace capiet sex de illis paruis lineis erũt ãni.30.ꝛ sic ꝭm mẽsuras indica tẽpus. Et si sit magna fractio tũc magnum erit vite periculũ. Sed si ibi inueniatur triãgulus equilaterus erit minor infirmitas. Si in directo fractionis fuerit vna ex duab⁹ sororib⁹ valde etiã maliciã minuet fractionis. Et precipue illa que est in cõcauo manus. Si vero ambas inueneris ĩtẽsius est iudicium euasionis. Et nõ obliuiscaris linee mẽsalis cõtinuationẽ: punctuationem vel fractionem qꝛ hec ex radix egritudinum. Hanc igitur mẽsalem in tres etates diuides: vt si in aggregatione digitorũ. Etiam considera alias partes sicut est bona manus cõsolidatio: pulchra digitorũ proportio ac articulorum: vnguiũ colores. Cõsidera etiam qualitates egritudinum: an sint ex cholera an ex sanguine ꝛc. ꝛ an a dolore seu vulneribus causentur: vt patet in aliis locis nostri operis: proportionando singula singulis: ꝛ sic recte considerando rectius etiam indicabis.

¶ Capitulum tertium. De egritudinibus in generali.

Litteram. M. in monte manus varias ac diuersas egritudines dicũt chyromantici demonstrare. ¶ Signa seu caracteres in mõte medii aut saturni vt in quinto Anastasie nostre dictũ est capitulo de saturno aliquã multitudinẽ egritudinum denunciat. ¶ Linea oriẽs in cõcauo manus iuxta lineã vite ꝛ habẽs ramũ tẽdẽtem ad brachium similem radio significat egritudinem ĩfra sex annos: si eiusdem linee partes sint grossiores que sunt circa brachiũ infra duos annos significat.

¶ Linee parue iuxta radicem mẽsalis egritudines in prima etate demõstrat: iuxta mediũ in media: iuxta finẽ in vltima etate. ¶ Linea rubea ꝛ notabilis secans bases triãguli ꝛ trãsiẽs p cõcauũ man⁹ egritudinẽ ostẽdit. ¶ Talis figura ~~~ prope angulũ supremũ ꝛ precipue si rubea extiterit: egritudines infra annum dicunt significare.

¶ Angulus sinister deficiẽs in manu debilitatẽ stomachi: ꝛ epatis arguit: ꝛ per cõsequẽs multas egritudines. Stomachus enim est veluti lebẽs corporis in coquendo cibum: ꝛ est instrumẽtũ prime digestionis. Epar vero est minera sanguinis: ꝛ ibi decoquitur cibus: ꝛ alteratur scda vice: qui primo a stomacho alteratus ꝛ digest⁹ est. Si ergo ista mẽbra sũt debilia debilitatẽ corporis significabũt: ꝛ ad multas egritudines corp⁹ ꝑparatũ ostẽdet.

Hec figura in monte pollicis iuxta lineã vite egritudinẽ magnã illo eodẽ anno futurã ostẽdit.

Si superius iuxta cõcauũ manus apud cardiacam talis figura apparuerit. ⌒ tunc ĩfirmitatem minorem vel maiorẽ ꝭm ꝑsentiã signi demõstrat illo ãno.

Quãdo media naturalis diuiditur a quibusdã obliquis lineis: quot quot erũt diuisiões tot corporis passiones ostẽdũt. Et si tales linee scindẽtes lineã capitis fuerint capillares ex reumate infirmitas erit. Si vero fuerint mutilate erunt animi passiões. Et si linee scindentes sunt tortuose tantum infirmitatẽ ostẽdunt.

Si soror linee vite in cõcauo manus hoc est linea saturnina sit tortuosa: vel vt aliqui dicũt lata ꝛ tortuosa grauabitur ab ĩfirmitatibus in copia.

Soror cardiace in cõcauo manus discõtinua aut capillaris exuberantia egritudinum minatur.

Soror in cõcauo manus cũ orbiculo aut orbiculis egritudines declarat ꝛ quot erunt orbiculi tot egritudinum inducunt pronitatem.

Si mons pollicis plenus rimulis fuerit infirmitatum multitudinem ostendit.

Scala vel gradus in indicis tuberculo si sunt eius cacumina ãnexa ꝛ scissa supra modũ a trãsuersalib⁹ lineis egritudines corporis denũciat. Ut habeo ego ꝛ magis habui ãnis ꝑteritis in manu mea. Et ideo nõ ago gratias celestibus influxibus.

Si in medio spacio ĩter lineas trianguli nõ sit planicies ꝛ male colorentur defectũ caloris representat: ꝛ p consequens copiam egritudinum.

Si autem linea epatis a plurib⁹ lineis pallidis intercepta fuerit: malã digestionem significat ꝛ dolores varios ex ipsa ꝓcedẽtes ꝓp malã digestionẽ.

Si locus triãguli sit cũ liuore signũ est primi doloris: Quãdo vna linea p restrictã trãsierit tendens tortuose in vite lineã proximas significat egritudines. Si pallida fuerit eam pretẽrisse notabit. Precipue autẽ si in fundo nigrior fuerit. ꝛ si fuerit pallida egritudinẽ significabit futurã: ꝛ hoc intelligendum est si prope restrictam fuerit.

C. figura i mõte Lune corpis infirmitatẽs iudicat infirmitates.

Si in prima iunctura quattuor digitorum sit vna tãtum linea ꝛ sit ĩtersecata a pluribus lineis longam ostendit infirmitatem: ꝛ cum difficultate saltem.

Quã media nãlis ab vna vel duabus lineis intersecatur methaphorizãdo vt crux in directo digiti medii aut auricularis: ꝛ sit rubea aut rubee infra anni spacium talis moriatur aut mortiferam egritudinem subitorum dicunt denunciare.

¶ Cap. qrtũ de his qui erũt beniuoli atq; iocũdi ꝛ ꝑfecti i multis operibus: ꝛ subtiles cũ ĩgenii acumine: ꝛ qui cito irascũtur: ꝛ cito a q̃cũq; re te grauantur.

Liqua signa picta i loco folio vt in ꝓprio loco manifestatur in quinto libro hui⁹ operis arguũt omne illud quod in rubrica supradicta scriptum est.

¶ Cap. quintũ. De egritudinibus capitis a causa antecedẽte aut ex discrasia mẽbrorũ cũ mã aut sine.

Linea media naturalis subtilis ꝛ pallida debilitatem cerebri ꝛ cõplexionis ostendit. Et si fricata modicũ rubescit velociter debilitatẽ capitis ꝛ dolorẽ ostẽdit ꝛ maxie ex reumate.

S. littera in radice annularis egritudinem capitis ostẽdere dicitur.

Si linea media naturalis est magis colorata ex vna parte q̃ ex alia dolorem capitis ostendit.

Si linea cerebri sit quasi dispersa ita q̃ quasi non videatur linea in inferiore parte sui vltimum defectum rerũ: ꝛ sanitatis extremam spem attestatur.

Quãdo linea naturalis sit male colorata ꝛ male fixa ꝛ diuersificata diuersis lineis multas egritudines declarat: ꝛ obuiationes significat ꝛ cito ꝑcipere tẽporis mutationes vt puta frigidum ꝛ calidum ꝛ applicationem sereni nebulosi aut pluuiosi.

Quã idõ linea epatis est magis rubea versus lineam vite alias mediã naturalē q̃ albi dolorē capitis propter vitium epatis seu stomachi.

Cum linea cardiaca rubet in medio ⁊ tendit ad brachiũ dolorem capitis dicunt significare.

Si linea vite sit rubicũdior a parte superiori q̃ a parte inferiori infirmitatem capitis minatur.

Dicũt aliqui recentiores q̃ qñ linea media naturalis est grossa ⁊ nimis pallore suffusa ⁊ discõtinua atq̃ rugata debilitatē corporis ⁊ capitis egritudines vel dolores circa tempora ex reumate promittit.

¶ Capitulum sextum. De infirmitatibus oculorum.

Ittera. C. in monte pollicis vulnera in oculis ex ferro vel igne sm oēs ostēdere vr̃. ¶ C. O littera vel punctus iuxta cardiacam ⁊ restrictam quot signa erunt tot erunt lesiones in oculis.

Adhuc. C. littera ĩ radice medici destructionē ⁊ ĩfirmitatē oculoꝝ ondũt. ¶ Itē. o. lr̃a vel fouea seu pũctus in radice medici existētes infirmitatē oculoꝝ denotãt. Et si littera. o. pfectũ orbē non clauserit strabones aut alia ĩ oculis accidētia d̃notat s̃z q̃sdã. ¶ C. D. figura ĩ loco lune oculoꝝ ĩfirmitates valde intēsas demõstrabit.

Linea media nãlis hñs quosdã pũctos inordinatos dolores oculorũ minatr̃ plerũq̃z ab antecedente causa.

Uidi pũctũz in media nãli in Alexandro scadinari amico meo in medio loco mouentez se a proprio situ versus initium cardiace: ⁊ hic erat in manu sinistra in dextra vero non anno illo euenit sibi egritudo magna in oculo dextro ⁊ euasit incolumis q̃r talis orbiculus nõ fuit in sinistra. Et fuit causa antecedens.

Qñ angulus supremus nõ cõiũgitr̃: ⁊ quedã linea semicircularis scindat locũ vbi cõiũgunt̃ predicte due linee facientes angulũ: ⁊ vnũ caput p̃dicte linee respiciat versus partes brachii significat q̃ ille excecabitur.

¶ Dicũt recētiores. Si in medio linee solaris aut ĩ medio tuberculi orbiculus fuerit oculi cecitatē ostēdit. Talem constuctionem h̃z excelsus theologus ac legista: nec nõ p̃dicator eximius frater Bartholomeus Miluius ordinis minorũ obseruãtinorũ amicus ac maior meus honorãdus. Et alium orbiculũ h̃z stellatũ in manu dextra: ⁊ linea media naturalis circuit totã manũ: vnde timeo: q̃d de⁹ nõ auertat: ne talis optimus religiosus viuz oculum amittat: vel intēsissima opprimatur egritudine: scio q̃ aliqui doctores admirabunt̃: q̃d hunc laudem tãtopere ⁊ diligã non solum sed colam: cũ generaliter ex naturali mea inclinatione omnes cucullatos sũmo prosequar odio. Dico verum esse q̃ ex meo influxu oēs religiosos odio: s̃z doctos atq̃z probos obseruo ac veneror: ignorantes autez ac improbos tanq̃ fraudatores ⁊ hypocritas tristes persequor. Et precipue diligo sapientes qui physicalem normaz seruant: qui ue sub vestimentis ouiũ non sunt lupi rapaces: nec ĩpossibilibus se astringunt. Dicũt moderni obseruatores. Si in media iunctura cuiuslibet digiti tãtum fuerit vna linea hoc est in indice medio sido ⁊ auriculari: ⁊ in duabus alijs iuncturis fuerint due talis p̃det vnũ oculũ. Aliqui dicũt q̃ in quocũq̃ loco linee vite reperiatur vnus punctus seu paruus circulus vel orbiculus amissio oculorum significatur: ego per experientiam hoc testor.

¶ Alii asserunt q̃ si in percussione manus reperiatur vnus orbiculus aut plures lesionem oculorũ iudicari: ⁊ dicũt q̃ istud procedit a causa primitiua cuius rei tamē experientiam ignoro. C. littera in loco lune in oculis malum aliquod protendere dicitur.

¶ Capitulum septimum. De colore colli.

I media naturalis a sui medietate versus pedem eius rubea fuerit vt chyromãtici obseruauerunt colli dolorem arguimus.

¶ Capitulum octauũ. De ptbisi seu etbica passione.

Iquit Mesue q̃ ptbisis est d̃trimētũ desiccationis ⁊ cõsumptionis cadens in corpus calore febriũ habitudinaliũ mimimutarũ ⁊ exuberatione pulmonis. Et vlceratio quidē huiusmodi causam habet ex precedenti cataro acuto vlceratiuo instillãte ⁊ imprimente in pulmonē hora est post horã sicut accidit ex frequenti distillatione super petram.

¶ Raro aũt cõtingit hec passio pueris ⁊ senib⁹: ⁊ si iterdũ talis infirmitas accidat senibus occultari potest in eis: ⁊ diu viuere possunt cum illa. Expositi autez qui cadant in ptbisim sunt habentes cerebrũ debile: ⁊ habentes pectus strictum in creatione sua: ⁊ habentes humeros alatos sicut sunt curuature alarum auium: ⁊ collũz subtile ⁊ longum ⁊ sit depressus inter alas ⁊ humeros: ⁊ sibi sit eminentia epiglotis: ⁊ nasus sit cholericus: ⁊ cito ad iram cõmoueatus.

¶ Si basis trianguli fuerit magis rubea vbi debet tangere lineaz mediaz naturalem signum est fetidi pectoris oris ⁊ vniuersalis caloris: seu dispositionis etbice passionis. Specialiter si manus sit calida macilenta ⁊ sicca: ⁊ cutis eiusdem sit subtilis: siccitatem ⁊ propinquam significat febrem.

¶ Ungues curui cum digitis macilentis denotant etbicam passionem: Dixit auctor incognitus. Quando linea stomachi seu epatis aut pulmonis quod idez est finitur in primam iuncturam medij significat epatis discrasiã: ⁊ talis efficietur ptbisicus.

¶ Capitulum nonum de passione cordis.

Cribit Conciliator seu Petrus apponitaut de ebano super Mesue vbi loquit̃ de cardiaca passione. Omniũ accidentiũ aduenientiũ corpori humano causa intrinseca vel extrinseca: primus cõcursus est ad basim: in qua naturalis vigor spirituũz ⁊ virtutũz omnium sigillatim creatur. Spiritus sapientie sedes animarũ ac vite: naturale principium motus ⁊ quietis: quo deficiēte nulla amplius corpori dari possũt suffragia. Quo mortuo cõtinuo moriunt̃ oĩa membra. Cor. n. est terminus oium operationũ aie rõnalis. In cerebro quoq̃ oēs he ⁊ ille ĩcipiũt operationes ⁊ in corpore suscipiũt cõplemētũ. Sua v̓tus est tanq̃ forma oĩuz mēbrorũ irradiãs ⁊ viuificãs virtutes organicas: in p̓fectione. In materia v̓o est non intelligibilis forme: quia deus gloriosus sicut diuini decoris ratio postulauit: mēbrum curis sollicituz rectificare curauit. Corde igit̃ alterato alterãtur cetera membra ⁊ virtutes corporales: eo quoq̃z cõfortato cuncta cõfortant̃. Si igitur a principio linee cordis procedat linea vt arcus: cordis dolorem minatur vt aiunt illustres patres chyromantici ⁊ caldei.

¶ Capitulum decimum. De egritudinibus stomachi.

Tomachus seu vēter est organũ digestionis primi chili generatiuus: vñ sicut mesarayce sunt preparatorie digestiõis epatis ita os stomachi. Uñ Auicēna nutriens in masticatione aliquã habet digestionem cui deseruit meri seu yso-

pbacus a parte superiori adducendum cibaria eidem. Et intestina cũ mesaraycis ad expellẽdũ nociua: & distribuẽdũ vtilia digesta & chilosata in eo. Ideo vocat lebes corporis: cũ enim stomachus lapsus est totuʒ corpus labitur. ¶ S. littera a radice ãnularis procliuũ hoiem facit ad egritudines stomachi. D. figura ĩ minutulo tuberculo male colorata dolorẽ stõi arguit vel circa. Iterum. D. littera ĩ loco lune stomaci quoq ĩfirmitatẽ portẽdit.

Linea epatis discõtinua pallida & male colorata significat infirmitatem & passionem stomachi atq iecoris & p consequens malam digestionem.

Manus debilis & mollis carẽs linea epatis defectũ virtutis digestiue oñdit atqʒ lapsuʒ stomachũ pronunciat.

¶ Si in loco sinistro anguli non fuerit angulus vel aliquid simile debilitateʒ stomachi arguit.

¶ Cap. xi. De his qui cuʒ religiosis sunt coniuncti: & faciunt opera mulierũ. Et edificia pecuniam ac varias picturas diligunt & mulierũ ornamenta.

s Unt illi qui habẽt caracteres vt hic. e. bñ dispositos in minutulo. Scias tñ ꝙ nũꝙ vsqʒ ad hunc diẽ cognoui neqʒ expertus sum aliquid de caracteribus seu diuinis litteris in manibus: lʒ varii varia de his scribant.

¶ Cap. xii. De his qui sunt grauis loquele & suspitione pleni: & qui cũ sapientib⁹ & religiosis cõmiscentur.

s Unt illi qui habẽt aliquos caracteres pictos in minimo mõte: vt pictuʒ est in quinto Anastasis. Aliqui dicunt ꝙ sunt naturaliter eleganter elegantes: hoc tamen nunꝙ expertus sum.

¶ Cap. xiii. De signis male digestionis.

c Utis tenuis & debilis flegmaticã naturã videtur oñdere: malãqʒ simil'r digestionẽ d'clarat.

Lineaʒ mensaleʒ fractã & capillarem digestionem malam dicunt chyromantici ostendere.

Triangulus qui in aliqua sui parte deficiat: aut ꝙ linee eiusdem sint tenues seu capillares malam digestionem indicare dignoscitur.

Linea cardiaca capillaris atqʒ discontinua & male colorata digestioneʒ pfectam perficere non sinit stomacum.

Linea cerebri male colorata & capillaris digestioneʒ bonam videtur denegare.

Angulus sũmus valde sepatus cum incõtinuis atqʒ capillaribus lineis digestionem malam minatur.

Linea epat's in tempore iuuẽtutis in manu carens & locus suus pallidus atq depressus digestionem minime laudabilem affirmat.

Color candidus albus & purus sine perspicuitate digestionem malam denotat.

Si basis triãguli sit intercepta a lineis pallidis dolores varios ostendit propter malam digestionem

¶ Capitulum. xiiii. De signis bone digestionis.

m Anus autem solida simul cum palma que sit boni tactus sanguinem denũciat & pariter bonam indicat digestionem.

Linea mensalis cum trina sui & laudabili proportione & bene colorata bonam arguit digestionem.

Linea cordis cum trina sui proportione & bene colorata bonam representat digestionem.

Linea media naturalis cum trina sui dimensione & bñ colorata digestionem laudabilem denotat.

Triangulus equilaterus summam atq laudabileʒ optimamq arguit digestionem.

Angulus suprem⁹ eminẽs atq acut⁹ digestionẽ quoq bonam denotare videtur.

Angulus sũmus valde seperatus digestioqʒ bonaʒ affirmat. Et hoc intelligit qñ ipse linee sũt crasse. & rubee.

Linea epatis cuʒ trina sui proportione cũ media naturali cõnexa & bñ colorata digestionẽ quoq bonã pmittit.

Linea saturnina ĩ cõcauo manus existẽs & trina sui proportione & bñ colorata digestionẽ bonaʒ declarat.

Soror linee vite in monte pollicis cum dimensione trina & bene colorata digestionem bonam arguit.

Manus bene tuberculata cum tuberculorum eminentia & in medio cõcauo foueata cum bona soliditate digestionem bonam ostendit.

Color manus ex albo & rubeo mixtus & color sit perspicuus digestionem bonam indicat.

Color brunus clarus atqʒ castancis similis bonam digestionem dicitur indicare.

Soror linee mensalis quãdo reperitur in manu potentiam innati caloris arguit: & ex consequenti bonam digestionem vt pluries notaui.

¶ Capitulum. xv. De egritudinibus renum.

s Cala vel craticula seu craticulus in tuberculo saturni dolorem renuʒ denotat. ¶ Signa seu caracteres in monte lune: vt in quinto Anastasis nostre pictum reperire potes dolores renum videntur indicare.

Sine dubio linea mensalis cum semicirculis vel semicirculo in diametro digiti medij aut inter mediuʒ & medicuʒ in diametro renalẽ morbũ indicat vt sepe notaui.

Quando sub auriculari vel sub medico fossule siue grane rubee fuerint siue puncti vel gradus: dolorem in renibus preparat vt aliquibus placuit & presertiʒ. Ugnonis hoc tamen ego non vidi.

¶ Capitulum. xvi. De signis yliace passionis & de colico dolore.

h Yppocundria sunt a latere sub costis: ylia vero super anchas. Yliaca auteʒ passio est in intestinis gracilib⁹. Colicus dolor seu colica passio est in intestinis grandioribus & precipue in illo intestino qui dicitur colon.

In hoc auteʒ loco large sumitur pro vtraqʒ passione.

Scala vel craticulus seu craticula in tuberculo saturni yliacos dolores vt dicunt multi ostendit.

¶ Capitulum. xvii. De his qui de natura sui sunt ingrati & asinini.

i Ngrati inter omnes homines maxime euitandi sunt cuʒ ingratitudo omnia destruat bona quos vt cognoscamus nihil debem⁹ ptermittere. Igitur qui habent figuraʒ. C. in loco solis ingratam atq asininam naturam pre se ferunt.

¶ Capitulum. xviii. De colore ventris.

s I linea mensalis sit magis rubea ꝙ̃ alie linee principales: vel' alie principales sint pallidiores ipsa dolorem intestinorum & aliorum partium inferiorum significabit.

Et est sentencia Hermetis & omniuʒ caldeorũ qui multum in hac arte valuerunt: ꝙ linea mensalis testimoniũ affert super renes: vesicam matricem ventrem splenem and virgam testiculos femora seu inguina. Ideo diffinitiua sñia datur. Linea ergo mensalis malã dispõnẽ ventris certificat si fuerit fracta aut īterfecta seu pallida.

Quando linea epatis habuerit puncturas paruas vel

iuxta eam fuerint vorticem ventris r costarum dolorez atqz maliciam significabit.

Linea mensalis non profunda stricta pallida discontinua facta per a'tas inequales dolorem vētris r eius fluxus: vt Ugoni placet: significat: ita ego Cocles habeo ex certa palliditate in ambabus meis manibus celesti gratia: r propterea multas habui egritudines nec minus in futurum habebo.

Linea vite si sit rubicūdior in parte inferiori infirmitatem ventris vel partium inferiorū vt dicūt significat.

Capitulum.xix. De egritudinibus epatis.

m Ultum delectatus sum egritudines quantū mihi possibile est omnibus denūciare: vt hi qui talia habituri sunt medicos cōsulant: ac sanitatem conseruent.

Figura igitur talis.D.in loco Martis dolorem epatis minatur.

Cap.xx. De egritudinibus virge r testiculorum.

l Inea mēsalis si sit obsessa r cōtigua ex duobus semicirculis aut vno tantum in dorso linee r sit cōuexa sub auriculari tuberculo: vt circa infortunia in testiculis atqz priapo minatur: vt infinitis vicibus ipse notaui.

Figura.C.seu forma sphęrica iuxta mediam naturales dolorem genitalium indicat.

Linea mēsalis si sit magis rubea q̄ alie principales dolorem seu egritudinem in genitalibus significat.

Linea mensalis pallida debilitatem arguit genitalium atqz testiculorum: r etiam anominatur.

Quādo mēsalis fuerit in sui principio ramosa atqz obtusa: r maxime si forma sphęrica aut semicirculus cum eadem reperiatur: egritudinem in testiculis r in genitali mēbro: prout dicunt chyromantici significabit.

Quando mensalis linea exiguam fossiculam in diametrō digiti minimi habuerit vel circa eam fuerit egritudinem in genitalibus seu in partibus inferioribus dicunt significare.

Capitulum.xxi. De herniosis.

r Oma: Uenecie: Mediolanū: Florentia: Bononia a celesti influxu recipiunt passionem quandam que vulgariter dicitur chila vel ramix seu hernia. Dicunt ergo quidāz q̄ iuxta lineam capitis reperiatur talis figura.C.vel similis crepatum seu herniosum significat.

Linee aūt ea omnia signa que posita sunt in capitulo de egritudinibus virge huic capitulo applicari possunt distinctiue tantum.

Capitulum.xxii. De passione matricis r vesice.

l Inea mēsalis qū hz grana pallida r ex ipsis exeant virgule pallide aut rubee significat q̄ talis habēs hoc patitur i vesica: r si sint mulieres patiūtur in matrice: r si nō patiunt sūt tamen dispositi ad huiusmodi passionem seu morbū.

Capitulum.xxiii. De signis partus cum facilitate.

h Abentes robustiores lineas: r que seruauerunt trinam proportionem atqz proprios terminos dico de mulieribus: cuz facilitate r cū modico dolore parient.

Longa atqz lata palma facilitatē partus demonstrat.

Triangulus in manu mulierum facilitatem in parturiēdo indicat.

Capitulū.xxiiii. De his que pariunt cū difficultate.

l Inea mensalis intrans inter indicem r medium in manu mulieris mortem in partu significat aut grauiter infirmari. Si exiguitate aliarum linearum tenet proportio.

In tuberculo inter minimū r medicum linea crassa r ad modum longa in femina adulteriū portēdit r dolores quib⁹ ei rumpetur nālia r morietur in partu vt dicunt aliqui. Ego tamē hoc p experientiā nūq̄ vidi.

Linea grossa r rubea inter indicū r medium: vt dicūt: ostendit q̄ mulier morietur in partu.

Palma breuis atqz angusta periculum mortis in partu portendere videtur.

Linea mensalis exigua r capillaris atqz intersecta periculum in partu minatur.

Triangulus defectus in manu mulierum cum lineis intersectis periculum partus pronunciat.

Capitulum.xxv. De signis fluxus.

m Ulte ac varie sunt fluxus species que in cōprehensibiles sunt apud chyromanticum: sicut Lynteria que fit propter catarrum deriuantem a cerebro ad stomachum ad intestina. Aut disinteria idest dissipatio intestinorum per materiam mordicatiuam que vlcerat intestina. Aut vt dicitur melius Lynteria est fluxus ventris cum leuitate stomachi r intestinorum in qua cibus r potus indigestus quasi in eadem qualitate qua sumitur per secessuz emittitur. Aut Diaria que est sola humoris amissio: aut fluxus sanguinis nariuz aut propter vulnera: aut fluxus spermaticus: qui fit duobus modis. Uno modo dicitur Gomorea. Alio modo noctis pollutio. Gomorea s̄m Gallenum nomen est grecum compositum ex gomo grece latine germen seu semen r rea grece latine fluxus. Unde Gomorea grece latine inuoluntarius feminis fluxus: r est absqz veretri erectiōe. Pollutio est expulsio proprie spermatis in somno tēpore noctis: r in hoc maxime peccat adolescentia: r est valde nocens quia in hoc actu fit magna spermitatio. Species ergo fluxus: vt dixi multe sunt r inconsiderabiles. Chyromantici vt plurimuz intelligunt de disinteria. Aliquotiēs de Diaria vt inferius enucleabo.

Linea grossa r rubea inter indiceз r mediuз mortē per fluxuз dicūt ostēdere: dūmodo nō cōtingat mensalē.

Aiunt nōnulli q̄ linea oriens a tuberculo medio r ingrediens intra medium r indicem: si fuerit pallore suffusa fluxum ventris significat.

Dicit Ugo q̄ quando linea cerebri cū mensali iunguntur simul: inter medium significat mortem r magnam fluxus infirmitatem.

Dicunt aliqui si linea mensalis fuerit inter mediū r indicem significat mortem ex fluxu ventris.

Linee parue r inordinate in monte manus fluxus ventris denotare dicuntur.

Multe linee aut vnica tantum in fine mensalis si respiciat quadrangulum fluxum cholericum denotat r quot sunt linee: tot sunt fluxus.

Capitulum.xxvi. De signis distinguentibus in qua etate debent exuberare egritudines.

f Cias hoc pro certo. Si quedam linee parue sint iuxta radiceз mensalis iste infirmitates in prima etate ostendūt. Et si tales linee sint iuxta mediuз mensalis easdē significat in vltima etate. Cū diuidatur omnis indiuidui vita in dua-

bus etatibus. Mẽsura ergo tota vita eius ⁊ tẽpora sũt vt dictũ est in capitulo secũdo de breuitate vite propor tionando ãnos ⁊ etates: ⁊ sic habet̃ vera verificatio.

¶ Cap̃.xxvij. De signis mortis naturalis: ⁊ de qua materia debet homo mori: scilicet an sit sanguis aut flegma aut cholera aut melancholia.

f

I quedã parue linee secant lineã mẽsalẽ aut abundant ⁊ procedant a parte supiori, erit in firmitas ex cholera. Si autẽ ab inferiori pte erit ex flegmate. Si autẽ ex parte media: aut maxime tendit ad superiorẽ partẽ tũc erit ex sanguine. Et si magis vsus inferiorẽ erit: tũc ex melancholia.

De causa autez naturali mortis sic iudicare poterimus: ⁊ specialiter in digitis que cõplexio nature iuncta cõcordabitur: vt in quinto Anastasis actum est.

Et ob hoc si quedaz linee parue oriantur ex radice indicis ⁊ vadãt trãsuerse per ipsum digitum quasi ad superius versus dorsum digiti significat cholericum ⁊ suas conditiones.

Et si tales linee vadant ad inferius arcuales significant melancholiam ⁊ suas conditiones.

Et si he linee oriantur ex latere indicis ⁊ currant recte equedistantes ad aliud latus significant sanguineum ⁊ suas conditiones.

Et si quedaz illarum linearũ vadant ad inferius: ⁊ quedam ad superius est signum flegmatis cum suis condictionibus vt pictum est in prehabitis.

Unde si tales linee: vt dictum est: in mensali plures reperiantur a parte superiori q̃3 a parte inferiori si sint in fine mẽsalis erit mors cholerica. Et presertim si linea mẽsalis tendat ad partem superiorem scilicet ad radicez indicis vt in capitulo de febre acuta pronũciabitur. Si autem plures linee fuerint in linea mensali: considerandũ est: an plures sint in parte inferiori q̃3 in superiori: ⁊ cui parti magis adhereant: quia si plures erunt a parte superiori q̃3 inferiori: erit mors causa sanguinis: si autem econuerso erit ex melancholia. Et etiam considera alias lineas que ostendunt infirmitates: vt sunt verbigratia craticule que in medio digito repertuntur: que quidem minantur materiam melancholicam vt in suo loco tangitur bene cõsiderantibus: ⁊ nota q̃ hec ars ⁊ regule de ea obliuiosis parum prosunt.

¶ Capitulum.xxviij. De signis febris acute.

i

Nquit Galenus secundo afforismorum acute egritudines magne sunt: ⁊ velocẽ habẽt motum: ⁊ necesse est etiaz vt velociter veniãt ad statũ: ⁊ maxime moueantur motu: qui quidem motus crisis vocatur.

Igit̃ si q̃dã linea reperit̃ inter mediũ ⁊ indicẽ: ⁊ sit grossa ⁊ rubea ĩ medio ⁊ acuat̃ ĩ fine ex febre acuta morieẽ.

Si linea mensalis sit acuta ⁊ procedat inter duos digitos versus primam iuncturam indicis mortem per febrem continuam arguit.

Quãto subtilior ⁊ magis acuta erit: tãto illa febris erit acutior. Notaui quẽdam qui habebat tale signuz: ⁊ precipue in eius manu linea mensalis erat subtilissima ⁊ tãgebat primam iuncturam indicis interiori parte: cũ maxima rubedine. Mors sua fuit febris acutissima. Aliũ notaui habere talem lineam cum maxima exuberantia linearum seu ramusculorum in fine linee mensalis ⁊ talis ex fluxu qui disinteria nuncupatur mortuus est. Et illud valde intensiue accidit quando corpus habitudis

ne est cholericum: ⁊ quando alias lineas in manu sua reperies que cholere erunt indicatrices.

¶ Capitulum.xxix. De frenesia.

q

Uando linea mẽsalis est acuta ⁊ itrat quasi inter duos digitos: ⁊ tangit primaz iuncturã indicis: ⁊ si fuerit vehementer rubea cũ maxima acuitate atq3 subtilitate aliquando dicunt chyromantici: frenesiam significare.

¶ Capitulum.xxx. De signis podagre.

a

Rtetica est dolorosa dispositio artuũ propter exuberantiam flegmatis vel aliorũ humoruz currentiũ ad iũcturas. Et s̃m q̃ ipsi humores ad diuersas corporis ptes currũt faciẽtes dolorez: s̃m hoc diuersis noibus digitorũ manuum facit speciem arthetice: que dicitur chyragra.

Si aũt tales humores currant ad sciã seu neruum ipsius scie ⁊ ipsum repleant. (Situatur.n. talis neruus inter lacertos ⁊ coxas:) faciunt sciaticam lubricare. Unde dolor fit in coxas ⁊ anchis quandoq3 in vna tantum quãdoq3 in vtraq3. Et iste dolor per crus ad minutum pedis digitum descendit. Et hec passio sciatica nũcupatur a scia vbi habet suum principium. Quando vero descẽdit ad genu dicitur genugra. Quando autem ad pedes peruenit podagra appellatur Chyromãticus non discernit species arthetice: neq3 auctores scribunt hoc: nec habuerunt longam in hac re obseruationem. Sufficit aũt nobis dignoscere ⁊ predicere iuncturaruz dolores ⁊ eã que pedes cruciat insidiosissimam podagram.

Quãdo igit̃ in fine linee mensalis exeunt versus quadrãgulũ multe linee: vel ipsa sit obsessa a multis paruis lineis aliquotiẽs sicut craticula: signum est q̃ ille laborabit podagra vt habeo ego Cocles in hora mala in manu mea. Et illud idem h3 Dominicus fuscus Ariminensis mearum lucrubationũ manus fidissima: quẽ sepius in his sũmis doloribus viso: ⁊ ipse mecũ maximis iocis: l3 risus sit ingenti mestitia ⁊ cruciatu annexus.

Quando linea mensalis habuerit quandam granula rubra ⁊ dispersa podagram dicunt minari.

Linea mẽsalis intrans inter medicum ⁊ mediũ rubea ⁊ grossa: ⁊ cũ ab ea multe linee procedunt ⁊ ipsa nõ tangit sursũ podagrã habiturũ ante mortẽ dicũt q̃ ĩdicat. Talis figura. D. in triãgulo manus dolorem iuncturaꝝ dicitur demonstrare.

¶ Capitulum.xxxi. De signis epilensie.

l

Inea media nãlis qñ est obtusa epilẽsiaz significat. Annis preteritis Jacob⁹ de argelata ciuis noster habebat puerũ paruũ epilenticum. Rogauit me q̃ viderem si puer euasurus erat a tali egritudine. Inspexi puerũ illũ ⁊ inueni bonaz habitudinẽ ⁊ collũ viuidũ: atq3 pectus amplum cũ residua mẽbrorũ proportione. Tamẽ capilli erãt plani: oculi valde glauci tactus superfugiens cũ mollicie q̃d est indiciũ caput esse flegmaticũ. Inspexi manus suas ⁊ mediã naturalẽ inueni quasi obtusaz ⁊ aliqualiter circũscriptaz. Alie vero linee bonitatẽ obtinebãt: iudicaui ipsum in incremẽto suo ob bonã adinuicẽ mẽbrorũ proportionem liberari a tali egritudine: ⁊ hodie liberat⁹ est. Tamen aliqualiter a scrophis molestatus est: precipue circa crura: nihilominus continue tendit ad bonũ: ⁊ habitudo quottidie fortificatur.

Consulo vos o mariti ne patiamini consorte vestras vti appio. Nam si mulier pregnans eo frequentius vtatur:

foetus erit epilēticus: ⁊ hoc est speciale quod surgit crea ture vt testat̄ Arnaldus de villa noua in suo breuiario.

¶ Capitulum.32: De signis apoplesie siue mortis re pentine.

Apoplesia est opilatio oīum vētriculorū cere bri ab humiditate flegmatica vt plurimum nō pmittēs spiritū aīales diffundi per ner uos: vnde corpus priuatur sensu ⁊ motu: ⁊ cōsueuit accidere ista egritudo potatoribus: ⁊ comesto rib' qui quottidie stāt ī gāneis: ⁊ ibi inebriant̄ vel alibi. Potest etiam accidere aliis qui mensurant̄ in cibo. Et multis aliis de causis vt medici ostendunt.

Linea. C. in monte annularis repentinam mortem vide tur arguere.

Linea parua oriēs a fine mensalis tendens ad radicem indicis subitaneā mortē ostendit: pśertim quādo que dam linee venientes ab angulo sūmo iunguntur cū ea iuxta radicem predicti digiti.

Littera quoq3. C. in loco lune arguit ꝙ mors erit repen tina in habente illam.

Si in monte manus fuerint quedam linee concurrētes ad inuicē oblique: ⁊ quasi repugnantes: habens subito in aliquo concursu morietur.

Sciendū est ꝙ index: medius: fidus ⁊ auricularis: ha bent tres iuncturas. Si igitur in qualibet iunctura non fuerit nisi vna linea ille subito moriet̄ vt recentiores au tumant. Hoc ego tamen per experientiam nūq3 vidi. Ugo dicit si iuncture quattuor digitorū prope manum nō sit nisi vna linea: quod mors repentina iudicatur.

Linea mēsalis cōiūcta linee vite adeo ꝙ angulus fiat ex ea:⁊ ibi nō sit media nālis sigñat hoīez illico vel ex improuiso decapitandū seu fortiter ⁊ grauiter vulnerandū.

Linea exiens a mensali in fine sursum ascendens inter indicem ⁊ medium hominem propter vulnera fortasse moriturum indicat.

Si in fine linee mensalis vel circa qui locus dicitur molle finis vel ictus palme:aliqua trāsuersa linea vel linee intersecantes vel terminantes eam fuerint:⁊ sint longe significant habentez talem posituraz mori morte violenta etiam si sint vt crux vt tenet Ugo.

Cap.clij.De his qui alios ad carceres compellunt.

Ixit nigerrimus coruus.Quando inueneris quādam lineam exiguam:que inter medium ⁊ indicem oriatur indicem versus hominem alios in carcerem compulsurum significat.

Capitulum.cliij.De his qui amittunt paternas facultates:aut exulant a patria:⁊ cum affinibus litigant non propria tamen culpa.

Dixit Coruus quādo inuenietur angulus sūmus valde aptus: & tres linee orientes a cardiaca & mediaꝫ tangentes: & ꝙ causent versus mediā naturalem angulū acutū: paternā facultatē amissurum significāt aut hominē exulare: & cū affinibus litigare: nō tñ propria culpa: naꝫ est talis cui lites & discordie displiceant. Iteꝫ angulus supremus separatus ex quacūqꝫ cognitione amissioneꝫ hereditatis paterne & litigia cuꝫ affinibus vel consanguineis dicunt significare.

¶ Cap. cliiij. De signis lucri & de fabricandi desiderio: quod tñ non poterit facere ex se nisi iuuetur ab alijs vel pro alijs id faciat & non pro se ipso.

Quando inueneris ramuꝫ a mensali abeuntes & ad mediū accedētē: & si i capite mēsalis fuerint rami extēsi ad superiorē parteꝫ lucra significantur: & fabricādi desideriū: qđ ex se tamē facere nō poterit nisi ab alijs adiuuetur: vel pro alijs id efficiet & non pro se ratione angustiarum & laborū: vt ad amussim habeo ego in sinistra mea manu.

¶ Cap. clv. De morte violenta causa suarū diuitiaꝝ: & de eo qui iniuste dānatꝰ paterne hereditatis gratia.

Quando inueneris lineā que oritur a media naturali per mensam manus secādo mensalem & diametraliter tendat ad radicē infamie & in quadrāgulo ab vna linea secetur vt crux: violentam significat mortem diuitiarum suarum causa vel eum qui iniuste dānatur paterne hereditatis causa: vt dicunt ego tamen hoc nunꝙ vidi.

¶ Capitulum. clvi. De signis probitatis.

Dixit Coruus noster pictor chyromantie. Quando inueneris hoiem qui manus supra zonaꝫ vel in sinu tenere soleat: aut aliquādo ad zonā aut post terga ac si essent ligate: aut sub zona aut ante aut retro spaciando. Hic adeo probus est: vt nihil melius dici queat. Ego nescio vnde talē sententiam hic extraxerit: illi qui ita sunt figurati potius ostendunt superbiam & & inanem gloriaꝫ & ambitionem: & desiderium regnandi seu dominandi.

¶ Cap. clvij. De signis deceptoꝝ maliciosorū atqꝫ cauillatorū: & eorum qui libenter delectantur litibus cum cognatis & alijs hominibus.

Quando angulus sinister scilicet ille qui causatur a media naturali & basi triāguli fuerit protensus & acutus deceptorē maliciosuꝫ & cauillatorem significat: quiqꝫ libenter litibus delectetur cum cognatis & alijs hominibus: vt aiunt quidam.

¶ Cap. clviij. de his qui improbi sunt & vitiosi atqꝫ male societatis & qui lasciuijs vtuntur & postea remittunt aliquantulum & faciunt tandem bonum exitum.

Quando angulus sūmus fuerit seperatus atqꝫ multis lineis oppressus vt in forma rethis hominem significat qui lasciuijs vtitur: & malaꝫ societatem exercet: sed exitus est bonus & felix si in fine rhetis erit vt crux hoīs maliciaꝫ diminuit.

¶ Cap. clix. De superbis atqꝫ iniquis hominibus sagacibus & laboriosis in suis negocijs & cū auaritia.

Dicunt aliqui. Quando triāgulus sit paruus: & bona proportione dispositus hoiem significat superbum iniquitate plenum auarum sagacem lingua celereꝫ: & non nihil rebus inopem: & laboriosum in multis negocijs cū tedio & labore nisi ab alijs lineis adiuuaretur: & hoc tenet etiā ille niger Coruus.

¶ Cap. clx. De signis improbitatis & detractionis & de his qui dabunt causam effundendi sanguinis.

Dicunt illustres in hac arte moderni. Quādo angulus summus fuerit in medio cum quattuor lineis se intersecātibus vt crux vnica tantum arguit hoiem discordē & valde improbū: cuius verba & detractiones effundendi sanguinis causaꝫ prestabunt: vt etiam Coruo placuit.

¶ Cap. clxi. De his qui sunt timidi auari & sine ratione & carcerem periculosum patiuntur & effundunt sanguinem: & fortasse subito perdent caput aut aliquod aliud membrum.

Dixit coruus valde niger. Quando linea prosperitatis hoc est saturnina incipit a rascetta & per caueaꝫ ad radiceꝫ medii se porrexerit cōtinua & bene conditionata: & media naturalis sit breuis ita ꝙ nō tangat saturninā lineaꝫ. Timidum auarum sine rōne significat hoiem: quiqꝫ sit in carcerem coniiciendus & ad vite periculuꝫ expositus: & periculū incurret ne a iudicibus pena sanguinis damnet. Deniqꝫ capitis penā incurrere erit in periculo: aut vi iustitie aliqđ perdet membrū hoc tamen nūꝙ vidi & nescio vnde extraxerit.

¶ Cap. clxij. De his qui sunt dure ceruicis atqꝫ periculum nullum existimant: & dānatum patiuntur.

Quando media mensalem attigerit magnum dānū in diuitijs significat aduersitatēqꝫ presertim si alios ramos non esse: erit: & dure ceruicis homines: quippe per periculum nullum considerent vt coruus noster pingit.

¶ Cap. clxiij. De his qui ex corpore suo spargūt sanguinem cum periculo.

Quando capitis linea tendit ad mensalem hominem significat suum sanguinē sparsuruꝫ: & erit maledicus: neqꝫ aberit a periculo mortis sibi inferende vt moderni scribunt & etiaꝫ coruus.

¶ Cap. clxiiij. De his qui semper manent cuꝫ periculo: adeo ꝙ vitam cum morte permutare cupiant.

Quando mensalis cum vitali linea & media naturali nec non basis trianguli ad mēsalem deuenerit: & sint dicte quattuor linee cōiuncte fere in mōte Veneris: magni hoī periculū iminere significāt: vt cū vita mortē cōmutare cupiat sic aiūt moderni.

¶ Cap. clxv. De his qui cum matre irascuntur & de ea causa euenit sanguinis effusio.

Quando quattuor linee rubee valde secāt mediaꝫ naturalē: hoiem cum matre irasci significant & ea causa sanguinis futuram effusioneꝫ. Sed si dicta signa pallida fuerint: non sortitur effectuꝫ. Hic quoqꝫ erit iracundus & subitus: vt moderni scribunt & sentiunt.

¶ Cap. clxvi. De his qui habent infidos amicos & ipsi sunt probi atqꝫ fideles.

Quando due linee egrediunt a rascetta & obliquantur versus montem manus: amicos fideꝫ non habere indicant: ipsum vero probum fidelem & morigeratum: itaqꝫ cum ignotis hominibus non ineat societateꝫ vt aliquibus placuit.

¶ Capitulum. clxvij. De his qui capiuntur & vi ponuntur ad nauigandum.

Quando vna linea egreditur a rascetta: & fuerit crassa atqꝫ continua & obliquatur p montem manus versus percussionē hoiem iturus

in seruitutem significat: et ad nauigationem vi cogendū: et maiori tempore vite sue futurum seruum: vt Coruus noster chyromanticus pictor sentire videtur.

¶ Capitulum.clxviij. De his qui frequēter in lucro versantur et habent illustre ingenium: et amici eum furantur et ab ipsis deceptionem patiuntur.

d Ue linee que oriuntur a rascetta et oblique vadunt cōtinue per cōcauum manus secando lineam cardiacā et a radice pollicis deuenerint vel prope dicunt φ arguunt hominem in lucro frequenter versari sed sibi imminere periculum ne futurum ab his patiatur quibus ipse maxime fidit: illustre tamen et magnum ingenium habet.

¶ Capitulū.clxix. De his qui pecuniaria mulctati sunt et fortassis etiam patiuntur vincula sine pecunie restitutione.

q Uando due linee oriuntur a rascetta et tortuose versus montem manus inuenerint hominem pecunia multatū ostendit. Et forte in carcerem trudetur sine restitutione pecunie: vt inquit Coruus.

¶ Capitulum.clxx. De his qui sunt inobedientes parentibus suis.

f Si in restricta linee sparse fuerint se inuicē nō contingentes sed in diuersa abeuntes pessimū hominem significabunt parentum contēptorem atq3 eis inobedientem.

Quādo mensalis atq3 cardiaca angulum causant: et ibi non sit media naturalis iracundum crudelem parentibus: et cuiq3 inobedientem hominem indicat qui est peruerse voluntatis: et in proprium fuerit sanguinem: vt tenent aliqui.

¶ Cap.clxxi. De his qui multum in lucro se intromittunt: et semper eorum exitus ad infortunium tendit in suis negocijs.

q Uando in manu fuerint due linee oblique ad rascettam vsq3 ad mediam naturalē cōtinue deuenientes: hoīem sepissime in lucro versari significat. Sed talis perfidus est atq3 infortunat⁹ in omnibus suis negocijs. Tamen sollicitus est semper quoniam multe et varie imaginationes ei representantur: s3 tamen in rebus suis parum et oblique discurrit nulla ratione adhibita: vt aiunt.

¶ Cap.clxxij. de his qui incōstantes feroces atq3 impij sine verecundia et male sociabiles. Et his nullus est defectus neq3 superabundantia quousq3 se possunt adiuuare: nam omnia faciunt vt viuant cum rapina et atrocitate: per phas atq3 nephas vt necessaria sibi acquirant et diuitias.

f Unt autem huiusmodi illi qui sunt de natura Martis et hi habent lineam vite et mediā naturalem cum intenso colore coniunctas habēt hi conditiones tales quas supra dixi et etiam peiores: et si possibile est dicere transeunt vltimum gradum malignitatis et malicie.

¶ Cap.clxxiij. De his qui percutiunt fratres suos et sūt destructores paterne substantie.

f Si aliqua figurarū fuerit in loco martis de his que posite sunt in quinto Anastasie capitulo pprio: hi tales erūt deuastatores paterne substantie et fratrum suorum percussores.

Querūt a me multi discipuli et scholares vtrū physionomia sit magis vera φ chyromantia et ecōuerso: respōdetur vtrasq3 esse veras et φ vna subalternatur alteri: et φ physionomus et chyromāticus non differūt nisi ratione loci. Et φ vtriq3 sunt inuestigatores actionu3 nature atq3 norme: vt in prologo quarti libri dixi.

Tū chyromantia habet radices magis fixas: et qr principales linee a principio etatis indicant intrinsecum nature: et indiuidui: qr dispositio membrorum regalium faciunt vestigia in manu eorum que in eis sunt.

Et similr cōditiōes planetarū in natiuitatibus vtiq3 vestigia inueniūt vsq3 ad vltimum terribilium indiuidui. Physionomia mutat lineamēta et figuras mēbrorū in etatibus: ita φ videmus sanguineos fieri melācholicos et colericos sanguineos fieri et sic mutatis cōplexionib⁹ mutantur mores. Mala tū cōpositio nūq3 mutat: vt caput sphericū seu acutū: aut pectus angustū pp habitudinem ossosā: chyromātia vo non mutatur: Chyromantia declarat de diuitijs calamitatibusq3: de fortuna et infortunio: de longitudine et breuitate vite: de itineribus et alijs rebus. Sed hic ego itelligo de physionomia de mēbris et nō de planetis. Cōcluditur ergo φ physionomia simpliciter et per se est inanis: et ita chyromantia. Tamē quando sunt simul iuncte sunt peroptime. Nihilominus chyromantia simpliciter est magis fixa. Multa cognoscuntur per physionomiam: que non potest cognoscere chyromanticus et sic econuerso: et dico finaliter φ chyromantia subalternatur physionomie.

¶ Cap.clxxiiij. de his qui pseuerāt cū malis viris et latronibus occulte machinando maleficia ppetranda.

f Si figura.g. fuerit in loco Martis: habēs talē erit pseuerās cū malis viris et latronibus occulte machinando maleficia perpetranda.

¶ Capitulum.clxxv. De hominibus magnis quo ad dignitatem aut fortunā: et forte intelligitur qō ad animū: et de his qui sunt audaces pertinaces et vsurpatores siue dispensatores paterne substantie.

f Si in loco Martis fuerit aliqua figurarū superascriptarū vt in quinto Anastasie: et in capitulo Martis habetur: erit ille magnus et audax pertinax et ab inceptis desistens: vsurpator quoq3 et paterne substantie dispensator.

¶ Cap.clxxvi. De his qui sunt proni ad geometriam.

f Si figura.C. erit in loco Martis erit magister perfectus et ingeniosus diligens geometriam aliquādo aliquibus iniuriam faciēs. Nota φ oportet φ triangulus habeat cōditiones: quas diximus in capitulo de natura Martis in isto libro.

¶ Capitulū.clxxvij. De his qui sunt doctores atq3 scriptores linguarum incognitarum: et etiam librorum expositores.

f Unt huiusmodi homines fm rubricam illi qui habent hunc caracterem scilicet. C. in loco Mercurij.

¶ Cap.clxxviij. De his qui exercent artes falsas cū quibus homines decipiunt suo excellenti ingenio.

f Unt etiam tales illi qui habent caracterem hanc scilicet. C. in loco Mercurij: et sunt alchimiste fascinatores: et qui fingunt se constringere diabolum seu spiritus: et sunt pessimi barrilusores perfidi et similia.

¶ Cap. clxxix. De his qui sunt nobiles ⁊ subtiles scriptores profundarum scientiarum: audaces ⁊ in malis operibus pergentes.

l Audantur virtutes vitiaq₃ deprimunt. Un optimu₃ est professores suos cognoscere vt virtuosos imitemur: vitiosos vero fugiam⁹ Qui igit̄ habēt caracterē. C. in loco lune tales erunt q̄les rubrica supra posita ostendit.

¶ Capitulum. clxxx. De his qui sunt cōmunes amici: ⁊ qui vtiliter consulunt ⁊ sunt duri in mente non tamē audaces in factis.

q Ui habet multas lineas ī digito medio plus q̄₃ alibi: ⁊ specialiter quādo linea saturnina oritur a rascetta ⁊ extēdit̄ p palmā vsq₃ ad radicē digiti: tales sunt cōes amici vtiles cōsulentes in mente graues ⁊ non audaces in factis.

¶ Cap. clxxxi. de his qui sunt pulchri sapientes iudices iusti fideles religiosi cū quibus est dei timor.

q Ui habuerit lineas ī radice indicis pulchras est specialiter quādo linea naturaliter vadit ad predicti digiti partes: hoc est q̄ orient̄ a medio tuberculi aut prope angulum sūmu₃: sunt pulchri sapientes iudices iusti fideles religiosi ⁊ timor dei est cū illis. Ut plurimu₃ legiste nostri temporis sunt infideles, iniusti irreligiosi ꝓphani ⁊ diabolici. Uix sciunt prima litterarū elementa ⁊ sumūt doctoratum ⁊ sunt iudices detractores seminatores zizanie ⁊ malefici. Solum duos iudices notaui habere supradictam posituram: qui sunt iusti ⁊ sapientes ⁊ habent vt dictum est bonas cōditiones. Antiquitus erant leges sm ordines ciuitatū: ⁊ nō erant ita vt sunt iste. Hic nūc est pessimus ordo: nam doctorentur homines indocti ⁊ rudes propter auaricia₃: Aristoteles: Socrates: Plato: Pithegoras ⁊ alij prisci fuerūt doctores: sed non adoctorati. Nā doctor dicitur a docendo. Indocti alios doctorant indoctos: qui ambo vt plurimū nesciunt docere. Habēt eni₃ nomen tantum ⁊ sunt vt sophistici: aut inanes scatule picte. Si sunt alique lites nūquā desinunt. Et omnibus litigijs dant triginta aut quadraginta annos. Antiquitus ministratores legum erant philosophi sapientes.

Nostri autem nesciunt syllogizare. Liberales artes semper fuerunt: quibus homines delectationis gratia operam dabant. Qui dant operā legibus tempore nostro: maximo afficiuntur fastidio: ⁊ onera ingentia humeris imponunt proprijs. Et licet onorentur a diuitibus: ⁊ maximo fastu pompas in victu ⁊ vestitu diligant: non minoris tamen erāt precij sapientes studiorum naturaliu₃ sectatores: qui honores negligunt: ⁊ victu ac vestitu necessario vtuntur ⁊ non superfluo: cum paucis: ⁊ his quidem minimis natura cōtenta sit.

Figura vt hic. F. in monte iouis: facit hominem sapientem in causis ⁊ iudicijs discutiendis.

H. littera in monte indicis denotat bonam famam generaliter in omnibus facultatibus.

¶ Capitulum. clxxxij. De his qui a filijs vel a cōsanguineis leduntur vel a proximis: ⁊ in his omnibus ingrati videbuntur.

i Li qui habēt multas lineas ī digito medio plus q̄₃ alibi: ⁊ linea saturnina orietur a rascetta ⁊ vadat vsq₃ ad radicē digiti: ⁊ eorum radices sint de bonis fortune exhaustis: tales ledentur a filijs vel a consanguineis vel a proximis. Et in his omnibus ingrati videbuntur.

¶ Capitulum. clxxxiij. De his qui sunt congregatores pecunie: ⁊ habent amicitias cū nobilibus ⁊ magnatib⁹.

i Li qui habēt caracteres seu figuras vel aliquid quod assimilatur caracteribus in loco Saturni: vt in quinto Anastasis nostre pictu₃ est in capitulo de his qui sunt de natiuitate Saturni. Tales erunt congregatores pecunie ⁊ nobilium ⁊ magnatum amicitias habebūt. Et hoc fortius operatur. Si radix sua sit opulenta in bonis fortune: que a suis antecessoribus ad eos peruenerunt. Nam diuitie sunt instrumenta ad vitia ⁊ virtutes ⁊ ad bonum ⁊ malum. Et dicuntur secundus imo primus sanguis. Qui nummis habundat: nisi propriu₃ velit fraudare genium: laute viuet: vestitu vtet̄ egregio: Perdicibus vitulis: gallis castratis: reliquisq₃ volatibus vescetur. Nec terre nec mari neq₃ aeri parcet dūmō gulam suam ad summum expleat. Doleo ac vehemēter quidem doleo me pauperem fuisse: qui vix cibo ⁊ potu explere possim alieno miseru₃ eni₃ est aliena semper viuere quadra. Et vestitu circūdari mēdicato. Uerum est q̄ sapientes tantum querunt oportuna ⁊ superflua negligunt: qui aute₃ sint isti penitus ignoro. Nullus est tam fatuus qui pecuniam ⁊ diuitias non diligat cu₃ sine ipsis nihil fiat: ⁊ omnia per ipsas facta sint.

¶ Capitulu₃. clxxxiiij. De his qui peregrinātur per longas regiones: ⁊ si sunt pauperes patiuntur anxietates labores ⁊ iacturas.

q Ui habet a radice sue geniture indigentiam ⁊ paupertatis morbum ⁊ in manu sua habeat multas lineas in digito medio plus q̄₃ alibi. Et specialiter quando aliqua linea oritur a rascetta ⁊ extenditur per palmam vsq₃ ad digitu₃ mediu₃ que saturnina ab optimis ingenijs vocatur. Tales vt peregrini vagantur per multas terras ⁊ regiones cum anxietate labore ⁊ multis indigentijs. Et hoc est q₂ Saturnus in sua genitura dominat̄ ⁊ est infortunatus.

¶ Cap. clxxxv. De his qui si sunt a radice diuites longas terras peragrantur negociādo ⁊ exercēdo merces.

q Ui habent lineas vt dictu₃ est in precedenti capitulo ⁊ sunt a radice sua diuites: tales per multas regiones iter facient ⁊ erunt in continuo exercitio mercium ⁊ cum prosperitate negociabuntur ⁊ lucro.

¶ Capitulum. clxxxvi. De his qui leuiter iras sustinebunt: ⁊ si erunt a radice pauperes: in senectute pingues erunt ⁊ sine egestate.

q Ui habuerit lineas in digito medio plus q̄₃ alibi ⁊ lineam saturninam: vt dictum est supra: ⁊ fuerint a radice pauperes leuiter iras sustinebunt: ⁊ erunt in senectute sua pingues hoc est diuites sine egestate: ⁊ tales naturam Saturni participant.

¶ Capitulum centesimum octuagesimum septimum De signis prodigalitatis.

Uando linea media ꝛ cardiaca non bene cōiunguntur simul sed distant ab inuicem predicte linee notabiliter purum spacium dimittentes significant prodigalitatem.

Angulus dexter obtusus siue grossus signū est male dispositionis ꝛ prodigalitatis.

Dicit Ugo ꝙ si angulus summus sit recte ex opposito medietatis indicis angulum rectum faciens signum est subtilitatis ingenii: ꝛ eorum qui imoderate expendunt. Si vero vltra medietatem indicis ex opposito vel circa hoc est versus dorsuȝ manus dicte linee trianguluȝ causando acutum angulum vel obtusuȝ facient: prodigū absqȝ ratione expendentem ostendit. Martiales linee bene cōditionate quo ad martialem dispositioneȝ prodigalitatem innuunt: hinc est quod valde calidi in cōplexionibus sunt prodigi vt sunt vt plurimuȝ hi: qui militarem disciplinam ꝛ exercent. Licet nostris temporibus duces armorum ꝛ milites vt plurimū sunt effeminati. Ut videre licet: in spurio quodā summi sacerdotis filio qui nullaȝ fregit astam vixqȝ ensem extraxit: ac pene totam Italiā in terrore tenuit: ꝛ maxime patriaȝ nostram. Quā cum optaret dominio suo subiicere tandem cognouit causaȝ fuisse sue ruine. Nam consilio ac sapientia Bētiuolorū ita effectum vt non solū Alexandri pontificis sed etiam gallorum regis vires ac astutiam fregerit.

Quadrangulus valde amplus prodigalitatem denotat vt omnes periti affirmant: ꝛ ego cum illis.

¶ Cap. clxxxviij. De hoībus nobilibus ac sapientibus: ꝛ qui in omnibus discreti sunt. Et habent aīum sublimē ꝛ altū: suntqȝ penetrabilis intellectus omniūqȝ sciētiarum interpretatores ꝛ expositores: ꝛ precipue artiuȝ profundarum ꝛ occultarum.

I autem paruus circulus vel triangulus apparuerit in monte indicis bene cōditionatus ex parte sui ꝛ ex parte tuberculi arguit hominem in supranotatis conditionibus esse valde notabilem: ꝛ hoc intēditur si proportionatis lineis ac tuberculis cetera correspondent.

¶ Cap. clxxxix. De hominibus amabilibus vltra modum sed qui non habebunt amicos fideles ab infantia vsqȝ ad vltimam iuuentutem.

Cutum seu spherica forma aut paruiculus triangulus in monte Iouis arguit hoīem vltra modum amabilem: sed fideles ab infantia vsqȝ ad vltimā iuuētutē nō habebit fideles amicos.

¶ Cap. cxc. De hoībus vt dictū est ī supiori capitulo sic a natura dotatis sapiētibus ꝛ penetrabilis intellectꝰ ꝛc. Qui in vltima iuuentute summum statuȝ ꝛ nobilē ꝛc. vt dicetur.

Cutum vel paruus triangulus aut spherica forma in mōte iouis bene dispofita atqȝ fortunata cū aliis proportionibus. Denotāt homineȝ vsqȝ ad vltimaȝ iuuētutē versari cuȝ multis amicis infidelibus: ꝛ qui in iuuentute vltima habebit summum statum ꝛ nobilem. Et erit dilectus ab omnibus propter diuitias ꝛ propter fidelitatem suam ꝛ rectitudinem propriam.

¶ Cap. cxci. De his qui sunt conditionati vt ante dictum est in monte iouis. Et propter infidelitatem suam ꝛ rectitudinem patiuntur detrimentum maximū seruiendi causa amicis: ꝛ hi tales erunt in medio etatis apud reges ꝛ principes noti atqȝ dilecti.

Cutuȝ vel paruus triangulus aut spherica forma in monte iouis bn̄ disposita atqȝ fortunata arguit omne illud quod in rubrica dictū est.

¶ Capitulum. cxcij. De his qui habent vxorem lupanariam seu postribulam.

Irit Ugo. Si linea cardiaca in medio sui teneant pūcta rubra intercisa a quibusdaȝ lineis rubris: que tendant versus foueam manus: ꝛ etiam sit diuisa ꝛ vndiqȝ cōtinua in laycis vxorem lupanariam denotat.

¶ Capitulum. cxciij. De his qui extra patriam sunt dilecti atqȝ fortunati.

Cutū vel paruus triāgulus aut spherica forma in monte iouis sicut in precedētibus capitulis tactum est: si sit bene cōditionatus atqȝ ꝓportiōatus ꝓpinquis talis erit ī odio: ꝛ ab extraneis extra patriam erit dilectus atqȝ in oībus fortunatus. Qui habēt lineas subtiles in radice digiti solis plusqȝ alibi extra patriaȝ amanī ꝛ sunt fortunati. Hoc ego ī manu mea habeo. Intelligo aūt ꝙ fortuna mea bona erit post annos quadraginta. qꝛ vniuersaliter ratione lineaꝝ cētorū: atqȝ geniture mee vt astrologi indicarunt vsqȝ ad illaȝ etateȝ ego sum infortunatus: post vero meliores habebo fortunaȝ non tamen nimis.

¶ Cap. cxciiij. de his qui propter iracundiam sunt libere lingue super se recurrentes: ꝛ sunt amabiles valde ꝛ semper contrarium in suis negociis.

Ui habuerit lineas subtiles in radice solis plusqȝ alibi sunt iracundi ꝛ libere lingue valde super se recurrētes: hoc est ꝙ propter iracundiam quam habent: que habent in cordē ꝛ que sciunt palam ac manifeste publicant ꝛ dicunt. Et tales cogitationes recurrunt super se: quia post damnū patiuntur: nam auribus alienis displicent: ꝛ propterea multi ei inimicantur. Tamen post iram sunt boni socii atqȝ amabiles. Et ego tales lineas ad amussim habeo in manu mea: ꝛ in hoc celuȝ me dotauit. Unde multi male de me oppinantur. Sed hi tales sunt belue ꝛ non habēt discursum. Cum potius errem lingua qȝ factis: sed trāsacta ira mecum ipse doleo ꝛ tristor.

Uerum primi motus in potestate nostra non sunt. Hyppocrite non sunt libere linge: sed occulti detractores vindicatiui crudeles auari atqȝ seditiosi. Qui sunt libere lingue non sunt complexionati vt sunt hyppocrite: vnde nec Cocles: ergo non habet in verbis duplicitatem. Si aliqui dicant. Solares sunt hyppocrite ergo supernotate linee arguunt hyppocritas. Respondeo ꝙ solares sūt hyppocrite: quia sophistice ostendunt se esse summe sapientes: quo ad apparentiam ꝛ pompas togas ꝛ colloquia: ꝛ videntur quasi esse totum continens: sed tamen non intelligitur simpliciter: vt dictuȝ est in. 2. Anastasieꝝ ꝛ ita hic dicendum est ꝙ iste linee non faciunt effectus quo ad planetas tantum: sed ex quadam cōmixtione alterius proportionis ꝛ planetarum. Saturnini sunt malefici quo ad omnia tamē solares temperatiue ad Saturnum arguimus minus nocentes. Et sic de lineis dicemus: ꝛ hi gratia ego Cocles habeo ī horoscopo meo tredecim gradus Scorpionis. Mars hoc ē ī tertia ī signo

Capricorni Jupiter est in Thauro in septima domo ⁊c.
Tales cõstellationes ad inuicē compensate cum Mar
te arguunt line libere lingue. Sol etiam hoc inducit. Ju
piter tollerat maliciam ⁊ alij planete ergo remissiue in=
telligitur. Si cõtrarium esset scilicet si Uenus ⁊ alij pla
nete non obstarent intensiue esset iudicādū. Et sic pro/
cedit physionomus chyromanticus ⁊ astronomus.

¶ Capitulum.cxcv. De illis qui sunt inimici religiosis ⁊ precipue cucullatis.

f Unt quedā species cucullatorū que sunt lau
dande atqȝ diligēde. Et quedā sunt cõculcā
de atqȝ detrudēde atqȝ fugiēde: ⁊ maxime
quādo sunt hyppocrite. Cole penitus sacer=
dotes omnes p̄cipue in ecclesijs suis ⁊ quādo celebrāt
officia ac cerimonias suas: post sunt euitandi: nec haben
da est eorū conuersatio. Nam cognoscuntur eorum mo
res diuersi: ab illis quos in ecclesijs ostendunt. Aliqui.n.
vt plurimū sunt superbi: ⁊ elati malefici luxuriosi gu=
losi ac auari: credo tñ aliquos esse bonos sed paucos.
Quādo linea mensalis transgreditur montē indicis cū
bona positura significantur homines mali animi ⁊ in=
tentionis contra religiosos precipue cucullatos qui sunt
superstitiosi: vt aiunt quidam moderni.

¶ Cap.cxcvi. De his qui res suas palā faciunt ⁊ qñqȝ ad sublimationē perueniunt hoc est apud principes cū honore ⁊ fama: ⁊ qñqȝ deprimuntur a principibus ac regibus cū infamia ⁊ dedecore: tamē tales de natura sui sunt fideles atqȝ magnanimi.

q Ui habuerit lineas subtiles in radice digiti
solis plusq̄ alibi: palā faciunt negocia sua q̄
ab alijs occulte fiunt: ⁊ quandoqȝ a regibus
seu principibus sunt sublimati: quādoqȝ ve
ro depressi.
Sunt tamen hi fideles atqȝ magnanimi. Ego Cocles ta
les lineas habeo in hora non bona.
Et ita propter principes aliquādo habui bonam fortu=
nā: ⁊ aliquādo infortunium ⁊ inimicitias: sed doleo q̄
meis tēporibus principes vt plurimū sunt ignorantes
nullius discipline ac beluis similes: auari ignaui atq̄ in
uerecundi sine virtute ac litteris: vnde virtuosos ac lit=
teratos nõ solū beneficijs non ornant sed eos odio ha=
bent. Multos annis preteritis iudicaui: ⁊ exitū eorum
malū predixi: que res statim postea euenit ⁊ nõ solum
in ipsis sed in vniuersa prole: vt predixerā: a quibus pa/
rū ac pene nihil deportaui. O vos socij ac in litterario ex
ercitu cõmilitones optimi nolite sperare in principibus:
sȝ in magisterijs vestris fidē ac spē oēm collocate. Qui
principibus adherent diuitijs: si quas habēt expoliant:
morte violenta iniuste accusati ⁊ damnati intercipiūtur.
Dicuntur enim principes impinguare porcos vt laridū
suscipiant. Quos deus optimus maximus fulmine con
tactos perdat ⁊ ad tartareas fauces mittat. De malis lo
quor ⁊ qui tante felicitatis indigni sunt propter scelera:
non de bonis quibus libenter adhereo: quos deus felici
tet ac eternū conseruet.

¶ Cap.cxcvij. De his qui sunt fortunati ⁊ similiter eorum genitores.

f J figura talis. A. reperiat̄ in loco solis sitqȝ
fortunata: habēs erit fortunatus ⁊ similiter
eius genitor.

¶ Capitulum.cxcviij. De his qui sunt infortunati ⁊ similiter parentes eius.

f J figura suprascripta in suprascripto loco so=
lis reperiatur male disposita arguit in haben
te infortuniū ⁊ similiter in genitore.

¶ Cap.199. De his qui habent sufficiētem victum cum labore tamen.

l Inea veniens a fossato scindens mensalem
versus mediū digitū tēdensqȝ ad radicē la
borē cū victus sufficientia significat. Talē
lineā voco ego saturninā quia ante periodū
Saturni sic accidit: post ipsum tēpus est linea p̄speritā
tis q̄ dat diuitias saturninas: ⁊ inducit hoīem diligere
agriculturā fabricas ⁊ his similia vt in suo loco dicet̄
⁊ hoc multis annis p̄teritis a me obseruatū est.

¶ Cap.200. De effeminatis ⁊ de his qui sunt malorū morum ⁊ de phylocaptis.

m Eis tēporibus femine induuntur vt viri ⁊
viri vt femine cum circulis aureis circa bra
chia. Ornant enim capillos suos: ⁊ incedunt
spatulis discopertis operando cū psilotris
aquisqȝ odoriferis efficientes pellem nitidā. Genas eo
rū cū brasilijs artificiatis colorant: supercilia depilant.
Crines eorū ad quoscūqȝ volunt colores vnguentis de=
ducūt: que oīa feminciatē ostendūt muliebritatem. Et
solū in hoc a mulierib⁹ differunt q̄ loco priapi vuluam
nõ habēt. Non sunt equidē isti vtiles ad cõmunia bona
nec ingenio aut cõsilio valent: ⁊ minus armis: q̄ penit⁹
effeminantur: ignorant litteras: atqȝ liberaliū artium ⁊
omniū disciplinarū hostes sunt acerrimi. Ideo merito
a consortio hominū ⁊ bonorū precipue expellendi. Nõ
minus etiā vituperāde sunt femine: que cõtrarijs vtū=
tur indumentis virilibus scilicet ⁊ minime eis concedē
tibus. Unū merito vane petulantes lasciuie meretricesqȝ
lupanarie nuncupande sunt. In hoc damnādi sunt etiā
multi religiosi qui sub primis indumētis: subtilissima
primū lineo vtunt̄ in indumēto: non purpure non serico
parcūt: q̄mmodo in thalamis apud amasias remoto pri
mo tegmine videātur a religione: in qua sunt: remotis=
simi. Considera tu femineos mores vt in primo Anastasis
dictū est ⁊ huic sermoni: quod deest applica: vbi tra=
ctatur de sexus diuisione. In patria nostra huiusmodi
homines multi sunt: ⁊ precipue vnus: procere potius sta
ture q̄ parue: habitudine musculosa cū nobilissima car
ne quantū ad tactū: candidus aliqualiter ⁊ perspicuus.
Ornatā habet comā faciē rotundā: cilia rara cū psilo
tris depilata: frontē latā: oculos magnos: lucidos cum
flāmeis maculis: genas rubeas aliq̄liter a natura ⁊ ab
arte: mētū foueatū ⁊ rotūdū. labia risiua: auriculas p̄
portionatas corpori: collū grossū: gulā eminētē: spatu
las largas ⁊ pilosas ⁊ artificio valde lucidas. Et alias
partes corporis pingues: pedes puos: cū superficie plan
te plana: manus pingues ⁊ curtas: digitos breues atqȝ
crassos: verba cõposita. Aliorū cõtēptiuus est: qui sem=
per yronicē loquitur. Seminator zizanie: dolosus aua
rus ⁊ maleficus. Blanditias semper apud presentes in
ore habens: retro autem pungit murmurat ⁊ lacerat.
Speculum ac pecten in manicis portat vt se in quolibet
cernat angulo. Ingressū habet pauonis ⁊ in apparentia
videtur esse magnum quid. Si scopam haberet in ano
omnem viam nitidam ac sordibus priuatam redderet.
De manibus non dico quia non recte memini. Sunt er
go tales habētes naturā Ueneris: vt in tertio Anastasis
dictum est: ⁊ etiā in isto libro capitulo proprio.

Preterea effeminati sunt illi qui habēt tres lineas que vadunt versus digitū Jouis: ⁊ ex alia parte terminantur cum radice digiti Ueneris.

Paucitas pilorum in manibus ⁊ in reliquo corpore animum arguit effeminatum.

Qui habuerit palmam manus curuam muliebris esse nature ostenditur.

Si in manu sunt pili signū est malorum morum ⁊ stulti presumptuosi ⁊ effeminati viri.

Deterrimus autem est qui non habet barbam aut rarem ⁊ assimilatur eunucho.

Angulus supremus valde seperatus: ⁊ ꝗ illud spacium sit lene ⁊ valde mole sine lineis aut virgulis muliebrem naturā significat: ⁊ eum qui cantilenis ornamentis pulchris ac odoribus delectatur.

Si tuberculus Ueneris est leuis ⁊ lineatus ⁊ multum eminens forme phylocaptū significat: denotat etiam ornamenta: ⁊ eum qui mulieribus colloquijs frequenter delectatur: ⁊ hi tales non sequuntur virtutes: nec ingeniosis negocijs versatur quia abūdātia coitus submergit ingenium si quod habent.

Quando linea mensalis cōiungitur cum linea vite ⁊ facit angulum cum ea ⁊ non sit ibi media naturalis tales sunt phylocapti intensiue.

Si in quadrangulo reperiatur quoddā signum simile stelle bene coloratū habens valde diliget mulieres ⁊ forte ledetur ab eis.

Quicūq; insunt ingressus feminei indumētaq; per pulchra effeminati sunt ⁊ referunt ad apparētē cōuenientiam: ⁊ huiusmodi signa in aliquo subiecto percipiuntur: ⁊ talis inest prenotatus effectus: ⁊ feminis assimilant: que ex artificio se pulchras faciunt: nam effeminati eas imitantur in vestibus ⁊ ornamētis.

Ita femine viragines seu viriles dici possunt que in aliquibus viros imitantur: vt in vestibus ⁊ in aliquibꝰ moribus aut gestis respectu sui generis: quod considerabit qui in hac arte voluerit indicare.

Color deturpatus pallore: vt est in illis qui subito expauescūt: ⁊ qui nō procedit ab egritudine aut lesione aliq: ostēdit hoiem captū amore mulierū aut cynedorū: ⁊ hi tales multū semen amittūt. Et videt esse color quē dicit poeta quidā. Et tinctus viola pallor amantium.

Quando basis trianguli terminatur in cauea manus ⁊ non adheret cardiace facit hominem timidum ⁊ in mulieribus submersum.

Qn tactus manū subterfugit: ⁊ residuū corporis sit pallore obductū aut ad flaucedinē seu cinericū colorē tendat: muliebrem naturā ostendit atq; effeminatam.

Dicit fur chyromantie quādo in vite principio triangulus nō adheserit hoiem bonas societates deserentē: ac malas inire: feminis delectari ostēdit: nec non pulchras vestes iduere: in omnibus deniq; rebus iocundū ⁊ prodigum: ⁊ non nihil paterne hereditatis amissurū videtur hominem indicare.

Uia lactea in manibus hominū effeminatiōis signū est.

Manus parua ⁊ digiti parui ⁊ inarticulati muliebrem naturam indicant.

Nuditas pilorum per vniuersum corpus femineitatis signum esse ostenditur.

Capilli plani oblongi ⁊ suaues in tactu muliebrē nāz attestantur. Et hoc intelligimꝰ in etate adulta: ⁊ ꝑ maxime indicare hōbes si hō est cū varietate aut nuditate piloꝝ.

Cūcta signa q̄ cōcurrūt ad femininā naturā que multis in locis tacta sunt ad hūc locū potes referre. In hoc loco mouetur ac declaratur pulcherrima questio. Utrum in amore anima patiatur.

Respondet eximius atq; excellēs physionomus cōmētator Guilielmus nurice textum Aristotelis dū inquit in physionomia similitudinaria. Et ecōtrario vtiq; corpus cōpatitur passionibus anime manifestū aūt sit circa amoris ⁊ timoris ⁊ tristitias ⁊ delectatiōes. Dicit prefatus Guilielmus in preallegato loco. Et quod corpus patitur ab amore aīe vt manifeste patet in amore heroes. Est enim iste amor: vt dicit Auicēna i tertio canone sollicitudo melancholica hoc est similis melancholie in qua homo adducit incitationem cogitationis sue super pulchritudinē quandā: imo super pulchritudinē cuiusdā mulieris ex qua quidē passione dū anima vehementer patitur inter alias passiones quas corpus patitur: ipsum efficitur macrū ⁊ oculi profundantur. Ratio aūt macredinis corporis est. Cū enim causa istius passionis sit cā obiecti delectabilis in v̄tute imaginatiua fortiter impressi. ex tali forti impressione sequit fortis ⁊ continua imaginatio de isto obiecto delectabili: ꝟm autem Auicēnā in sexto naturalium ex vehemēti ⁊ forti intensione vniꝰ virtutis in sua operatione virtutes alie remittūtur. Ut ex intensione virtutum animaliū remittūtur virtutes. Et est ratio quia virtutes suas operationes explere non possunt nisi in presentia caloris naturalis ⁊ spirituū talibus seruientium. Et ergo dum eis orbantur operationes suas minime possunt exercere patet in exemplo. In vigilia enim quia calor naturalis ⁊ spiritus species sensibiles deferentes ad exteriora diffunduntur sensus exteriores sunt in actibus suis. Sēsus vero interiores ab operationibus destruuntur. Econtrario autē est in somno propter reditionem caloris ⁊ spirituū ad interiora: vt patet per Aristotelē ⁊ cōmētator precipue in de somno ⁊ vigilia. Nunc autē in amore heroes phantasia siue imaginatio vehemētissima ⁊ cōtinue operatur circa delectabile sibi impressum: igitur alie virtutes propter priuationem caloris naturalis ⁊ spirituū ad phantasiam recurrentium in suis operationibꝰ debilitantur. Et precipue virtus nutritiua que potissime indiget calore naturali ⁊ ad cibum digerendum: ⁊ ad purum ab impuro separandum ⁊ ipsum deputatū ad speciem nutriti terminandū nō tamen in virtute ꝓpria sed in quātū est ipsius anime instrumētū: vt dicit Aristoteles scdo de aīa tractatu secūdo cap. 8. Deficiente autē instrumento aut nulle sunt operationes artis: aut non bene fiunt: que fiunt: vt dicit idem Albertus eodē tractatu cap. 3. reddens rationes quare in mulieribus frigidis ⁊ senibus plus nutriantur mēbra inferiora q̄ superiora. Et dicit hoc esse propter defectum caloris. Igitur nutritiua calore naturali destituta aut nō est nutritio in corpore omnino aut modica: ⁊ sic sequitur corporis macilēcia ⁊ similiter destructio. Ex eodem etiā patet: quare ex tali passione profundantur oculi. Cum enim virtus phantastica sit in anteriori capitis cellula vt dictū sunt in p̄cedētibus libris: ex calores nimio ibi cōcurrēte: vt iā dictū ē: humiditas oculorū exsiccatur: ⁊ spiritus oculorū extēsiui cōsumūtur: ⁊ ita oculi humiditate ipsoꝝ que valde passibilis est exsiccata: ⁊ spiritus cōsumptis qui etiam valde sunt delicati ad interius cōtrahuntur. Et ista est ratio Galeni super ꝓnostica ibi. Nares acute oculi cōcaui ⁊c. Ubi ipsas

ponit assignans causam quare oculi infirmantium ⁊ precipue in acutis profundatur. Hec dixit Guilielmus nuri ce cōmētator prospicuus. Non credant igitur aliqui: q ego sim fur aut latro: sed veri alienarū auctoritatū adductor: vt equū ac iustū est: cum nemini sit honor suus auferendus. Utrum autē corpus patiatur a timore aïe hic relinquo ne sim nimiū prolixus. Fortasse in sequentibus si ad ppositum veniet dicemus.

Cap. cci. De his qui quandoq surripiunt mulieres a viris suis. Et gaudent coitu ⁊ colloquijs.

q Ui habuerit tres lineas pulchras orientes a radice pollicis ⁊ vadant versus montem Iouis ⁊ habuerit tuberculum Ueneris tumidū rotūdum nitidū atq bene lineatū a natura inclinatus est: vt est in rubrica istius capituli.

Cap. ccij. De his qui habent pulchritudinem vultus ⁊ eloquij dulcedinem ⁊ omnia volunt que vident vt femine.

t Ales sunt vt supra in rubrica notatū est. Qui habent tres lineas cōditionatas vt in superiori capitulo tractatū est: vide diligenter ⁊ diligentius iudica.

Capitulum. cciij. De his qui sunt sine fide: diligentes mulieres pauperculas: ⁊ infirmitate detentas ⁊ ab eisdem malum patiuntur.

t Alis figura. A. in loco Ueneris naturalem inclinationem inducit ad ea que in superiori rubrica descripta sunt.

Cap. cciiij. De his qui habent gaudium ac permixtionem cum nobilibus ⁊ proficiunt in dispensatione rerū nobilium mulierum.

i Lli qui habent conditiones suprascripte rubrice sunt qui habent caracterem vt. b. in loco Ueneris: promiscentur enim nobilibus mulieribus ⁊ proficient in administratione rerum suarum.

Capitulum. ccv. De his qui habent bonum ex causa ⁊ fide religionis vel mulieris.

f Igura vt hic. b. in loco Ueneris ⁊ ipse tuberculus correspondeat ⁊ cuncta loca fortunata arguit hominem habiturum bona ex causa ⁊ fide religionis vel mulieris.

Capitulum. ccvi. De his qui sunt in multitudine gaudij ⁊ dilectione cum mulieribus mirabile officium exercentibus vnde vilipenditur: ⁊ semper in ceteris reprehēditur: ⁊ in aliquibus fortunabitur ⁊ bonum adipiscet in omnibus.

q Ui consequuntur quod in superiore rubrica notatum est: sunt illi qui habent talem caracterem scilicet. e. in loco Ueneris.

Cap. ccvij. De his qui sunt audaces in scientijs ⁊ tamen sophistici sunt: ⁊ plus in apparentia q̄ in existētia.

t Enet Ugo q due linee equedistantes bene apparentes ⁊ boni coloris a mensali tendentes vsq ad radicem medici vel prope subtilitatē ⁊ audaciam sciendi denotant: vnde arrogantes sunt ⁊ multum loquaces: ⁊ amant quidem scientias: vt dialecticam rethoricam ⁊ huiusmodi. Et tamen sunt vt sophistici cupientes magis apparere q̄ existere: ⁊ delectantur honoribus: ⁊ habent magnam curā sophisticandi.

Cap. ccviij. De his qui sunt a natura inclinati ad vltimum acumen ingenij ⁊ ad liberales artes vt sunt philosophi: arioli: augures: physionomi: musici: arismetrici: geometrici. Et ea omnia que comprehenduntur in naturalibus negocijs speculatiuis: ⁊ ea que currūt ad subtilitatem ingenij: aut quia: aut propter quid: aut propter longam obseruationem rerū rationabilium.

n Ulla est belua adeo atrocissima sine sensu naturaliter inimica homini tantum quātum est idiota atq is qui ignorat rationales actiones cui assimilatur ignarū vulgus. Est enim huiusmodi genus sapientibus inimicum. Nam scientes alta ⁊ obscura indagātur. Uulgus infima ac depressa cogitans ad celum caput erigere nequit. Et quoniam sapiens cogitabundus phantasmata semper speculatur ab iperio vulgi fatuus reputat. Ideo Socrates Aristoteles: ⁊ multi alij doctissimi viri ab imperitis persecutionem passi sunt. Quoniam que sapientibus naturalia sunt: vulgo videntur miracula: ⁊ maxime pseudis prophetis ⁊ sacerdotibus: vt sunt hyppocrite.

Bonus ac viridicus religiosus abijcit hyppocrisiam: ⁊ rectius orationibus suis ⁊ deprecationibus deū placat cum lachrymis ieiunijs atq abstinentia neminem sub ouina pelle decipiens. Inclinati atq apti nati ad liberales artes sunt illi qui habēt in digito minimo lineas pulchras ⁊ claras. Et hi sunt indagatores omniū scientiarum speculatiuarum. Et in isto libro capitulo de Mercurio declaratum est. Et in precedenti Rubrica: ⁊ etiam in tertio Anastasis: ⁊ in capitulo de Mercurio. Scias q fixa radix ad cognoscendum ingenium humanū est minimus digitus nec nōn media naturalis ⁊ triāgulus. Forma spherica vel triangulus vel clipeus bene dispositus in indicis monte declarat nobilitatem animi ⁊ acumen ingenij: ⁊ interpretem omnium scientiarum precipue latentium.

Figura talis. F. in monte indicis facit hominem sapientem ⁊ bone memorie: qui sit varijs scientijs decoratus. Caracter vt hic. F. in loco Ueneris: acquisitionem scientie cum itinere ostendit ⁊ dat vitam ⁊ gaudium ad scientias acquirendas.

Si saturnina linea a vitali oriatur recteq veluti sulculus ad tuberculum talis deueniat presertim ad radicem digiti diuturnam vitam futurorum presagia diuinandi artē in homine significat: vt Anthiocus tibertus in sua fluida chyromantia scripsit. Et quidam moderni quorum nomina ignoro.

Triangulus paruus in pede linee cerebri denotat appetitum studendi ⁊ dilectionem sciendi vt dicunt.

Si reperiatur quidam paruus circulus in quadrangulo perfectionē in scientia ⁊ moribus arguit. Sed si triāgulus apponatur illi circulo destruit illud ⁊ inducit oppositum: hoc est sine inclinatione homo ad scientiā reperitur. Tamen si medietas circuli reperitur: mediam positionem innuit. Et duo circuli illud augmentant nisi a triangulo destruantur opposito: q2 vnusquisq triangulus destruit signū vnius circuli.

Si quedam linea recta bene colorata oriatur ex radice medici: ⁊ extendat se per medietatē digiti. (Et tales tres habeo ego dei gratia in manibus meis.)

Sed melior ac altior est ista linea quando oritur a mensali ad modum sulculi ad radicem digiti deuenerit: hoc est quando a latere dicte linee sunt eminentie atq

monticuli tales sunt in vltima acuitate ingenij atq3 fame. Et precipue ab externis honorant propter excellentiam nominis: quia rari sunt qui habeant talem lineam qui non componant libros excelsos in liberalib⁹ artib⁹: vt ad amusim in manu mea teneo. Unde iteru3 dico ꝙ suprascripta linea sapientem: idest scientem hominē demonstrat. Et talis est gratiosus ⁊ magnanim⁹. Et si fuerint due linee erit effectus fortior. Ego vt iterū superius dixi tres lineas tales habeo: ideo dant mihi effectu3 intensissimū vt videt̄. Nam in pueritia mea fui tonsor. Et isto tēpore interpretatus sum Aristotele3 ⁊ alioru3 opa ad me attinentia: vt videtur in opere meo Anastasis. Et si isti habēt pulchra3 linea3 in monte solis fortunatā: tales sunt altiores rerū inuestigatores: ⁊ magis apti ꝙ̄ alij. Si vero a mensali oriat̄ vna linea nec intercesset alicubi tuberculum solis: ⁊ in duas partes veluti sulcū diuiserit: ingenij solertia3 significat ⁊ liberaliu3 artium studium: cū nouarū rerū inuentione: vt dicunt Alpharabij scientia3 esse: hoc quoq3 dixit Antiochus ⁊ bene quod miror tamē. Et hec linea intelligitur esse melior quādo in dicto sulculo linea solaris prospera existit: vt in manu mea ad vnguem habeo. Tamen linee vt crux in eius principio intra mensalem antedictorum fortunā pertur bat vt in me ⁊ in alijs obseruaui.

Queadmodum scribit Auicēna primo de animalibus cap. ꝓ. sunt quedā aialia bone memorie: sicut camelus ⁊ asinus: sed solus homo habet memoriam oblita3. Ratio videtur esse: ꝙ retentio specieru3 fit a sicco in posteriori ventriculo cerebri. Multa animalia sunt sicce complexionis: qđ patet q2 habent rostrum cornua ⁊ vngues que omnia sunt materie sicce ⁊ melancholice. alia habēt virtute3 extimatiua3 tantu3 ⁊ non discurrūt nisi particulariter ad obiectum representatum: ⁊ solūmodo habent cura3 victus: hoies aūt discurrūt vniuersaliter intellectu: ⁊ particulariter: sensu ad vltima3 perfectionem sine obiecto: quorum spiritus naturaliter dissoluunt̄ ⁊ ita debilitant̄ propter longam imaginationem atq3 discursum ⁊ est ratio q2 homo habet litteras in quib⁹ confidit vt possit recordari: videmus .n. illiteratos habere bonam memoria3: quia cōtinue secū reiterāt species q2 dubitant ne obliuiscant̄. Alia ratio: homo est valde concupiscibilis: ⁊ pp visiuam multa imaginantur: pp diuersa obiecta representata: ⁊ ita multiplicantur multe species: que frangunt prius reseruatas. Hic est ꝙ ceci multa recordant̄: vt philosophus tenet si recte memini in libro đ bona fortuna. Hoies flegmatici habēt memoriā labilem: ⁊ postea sanguinei: etia3 pueri q2 parum considerant atq3 multa cupiunt: ⁊ precipue res delectabiles. Colerici ⁊ melancholici sunt memoratiui pp cōplexionem siccā quo ad totū: ⁊ excellētius retinent si vltimus ventriculus est siccus. Ideo senes qui sunt etatis sicce multa memorant̄. Physionomi vero in hoc inspiciunt parte3 posteriorē capitis. Si videt̄ locus memorie eminens: ⁊ complexio totalis sicca: ⁊ collu3 viuidū atq3 proportionatum. Judicamus talia habentē esse memoratiuum. Ideo notaui excellentē virū ⁊ apprime doctum artiū ⁊ medicine doctorē magistrū Natalinū de monte aureo Ueronēse3: qui est sicce cōplexionis ⁊ h3 in posteriore parte capitis quoddā os additū grossum ac rotundum quātu3 est pollicis latitudo vel circa qđ significat siccitatem loci: ⁊ habet memoriā inextimabilē.

Si in meis capitulis trāsgredior ordinem libri: hoc maxime factu3 est ob legentiu3 vtilitatē: na3 multa rerum copia breuis esse non possu3: qui questiones istas legere nō vult: legat residuū: ⁊ faciat vt vult. Nō credant aliqui ꝙ mihi careat acumē ingenij. Has questiones apposui: eas .n. puto esse vtiles ac necessarias.

Si autē figura vt .f. fuerit ĩ loco solis erit sapiēs .i. sciēs ⁊ bone memorie ⁊ varijs scientijs optime decoratus.

Si spherica figura aut paru⁹ triāgulus aut clipeus fuerit in monte solis faciet subtile3 valde ⁊ inuentore3 artium speculatiuaru3: ⁊ hoc intelligitur de mechanicis ⁊ de liberalibus ꝭm subiectum preparatum.

Triangulus equilaterus cū solari positura aut sine arguit deditū esse nouis rebus: ⁊ nouaru3 rerū inuentorē ⁊ precipue aptum diuinationi ⁊ eius facultati cum perspicua fama. Si mechanicus sit in sua arte alta exquiret ⁊ reliquos superabit.

Tuberculus Jouis bene cōditionat⁹ famā subtile3 atq3 ingeniu3 ad sapientiā ⁊ scientias aptissimū indicare vr̄.

Caracter vt hic. A. in loco Mercurij facit inquisitorem omniū rerum occultarum. Tamē impedimentum habebit: ⁊ ex ipso nocumenta inueniet.

Figura vt .f. in quadrangulo iuris peritus ac totius philosophie erit excellens indagator.

Caracter vt .D. ĩ minutulo tuberculo facit hominē pronum ad sapientia3: operatorē boni doctore3 scientiaru3 ⁊ astronomum ⁊ erit dilectus a parentibus.

Angulus sūmus acutus in directo īdicis bonā natura3 protēdit ingeniositatē sapiētiā rectitudinē ⁊ deliberatione3 proprij negocij honores ⁊ dignitates cū amicitia ratione scientie ⁊ cōsilium dn̄o gratum ⁊ acceptabile.

Manus lenes ⁊ subtiles sapientiam multam ⁊ bonu3 denotat intellectum.

Ungues bene proportionati subrubri atq3 pspicui procliues facit homines ad scientias exercendas cum ingenij sublimitate.

Linea saturnina in concauo manus bene cōditionata cū aliqua supernotata proportione acumē ingenij atq3 sublimitatem denotat: ⁊ nouaru3 rerum inuentorem. Caueas tamen ꝙ non sit obsessa ab infortunijs. Sed si cū fortunatis lineis associatur miro modo ad sublimitatē intellectus producit.

Linea cum equali proportione ⁊ rubore in monte solis inijciās a mēsali diametraliter in medio tuberculo vsq3 ad radicem maximam pronitate3 ostendit ad diuersas artes: atq3 sublimitatem ingenij tam in mechanicis ꝙ̄ speculatiuis artibus cum honore indicat. Et si pertingit vsq3 ad secundam iuncturam cū trinaria proportione intensiue iudicandum est.

Istis temporib⁹ reperitur sūmus artista philosophus: astronomusq3: geomanticus atq3 multarum disciplinarum recte cōscius. Cuius physionomia talis existit: mediocris est stature ⁊ perpulchre indolis: habitudo musculosa decenter atq3 ossosa: caput proportionatum corpori: collum mensuratum auricule decentes: facies aliqualiter longa tēdēs ad maciē: color quoq3 tenet equalitate3 scilicet ex albo ⁊ rubeo mixto. Capillos habet inter multos ⁊ paucos ⁊ planos ⁊ crispos medios: ⁊ sunt subnigri: frons mediocris magnitudinis ꝙ̄drata: ⁊ aliqualiter in medio depressa: oculi sunt inter varium ⁊ nigrū colorē medij: molles quoq3 sunt ⁊ eius intuitus ridēti vel gaudēti silis: gene aliquātulū rotūde: nasus mediocris magnitudinis: os mediocre: labia satis formo

sa: dentes equales in magnitudine ⁊ paꝛuitate decentes mentum inter rotundum ⁊ acutum existit: gula propoꝛtionata: pectus mediocre in magnitudine: spatule musculose: venter condecens medius inter crassuꝫ ⁊ macrum: hypocūdria cōfoꝛmia: anche: coxe: crura: cauille propoꝛtionatissime: pedes aliqualiter carnosi: superficies plante in medio cōcaua: manus quoqꝫ sunt plane digitos habentes diuisos: vngues plani subrubentesqꝫ ⁊ clari: tactus mollis: vox bene sonās atqꝫ verba oꝛdinata: in manu triāgulus equilaterus: cūcti tuberculi tumefacti atqꝫ lineati: indicis mons equitatus ex binis lineis latitudinalibus cuꝫ quibusdam radijs in radice: mons solis sulculatus: vbi sulcus est perpulchꝛe linee inijciantes a mēsali ad radiceꝫ pertingentes. Radix ipsius digiti exuberatus a quibusdam paruis lineis ⁊ pulchꝛis. Quarum vna tendit cum propoꝛtione ad secundam iuncturaꝫ: digitus atqꝫ tuberculus obsessus a multis lineis nitidis: que ex radice ꝑ in auriculum tendunt. Omnes digiti cū perpulchꝛis rectisqꝫ lineis per longitudinē tendentibus sine intersectione de articulo ad articulum: vola manus concaua cum bona soliditate: soroꝛ linee vite in concauo existit vsqꝫ ad naturaleꝫ mediaꝫ inijcians ad rascettam cuꝫ trina propoꝛtione. Soroꝛ etiam in monte pollicis ab angulo supremo ad vltimum linee vite existebat cuꝫ optima propoꝛtione. Incessus eius erectus suauis cuiꝯ intuitus ad terram existit vt cogitabundi faciunt. Inimicus est penitus feminei sexus ⁊ paruiloquus.

Capitulum.ccix. de his qui sunt grauis lingue. i. qui difficulter pronūciant verba ⁊ artificiose faciunt ⁊ sunt pessimi animi inuident eis homines ⁊ loquuntur super eum idest maledicunt super talem hominem: ⁊ ei applicant que non fecit idest accusant eum earum rerum que non peccat nec peccabit: ⁊ est seminatoꝛ discoꝛdiarum.

[b] Omines qui describuntur in rubꝛica sunt illi qui habent caracterem vt hic. A. in loco Mercurij ⁊ sunt a natura sic inclinati. Tamē ego in chyromantia nunqꝫ tale signum obseruaui.

Capitulum.ccx. De his qui sunt negociatoꝛes fideles habentes multam substantiaꝫ. Eruntqꝫ forte positis super gentes ad gubernandum atqꝫ habebit potestatem ⁊ dominium: vt sunt pꝛetoꝛes ⁊ tales homines.

[f] I in minimo mōte reperiatur caracter vt hic b. erit aptus natus ad actiōes ⁊ ad ea omnia que in suprascripta rubꝛica notata sunt.

Capitulum.ccxi. De his qui sunt negligentes ⁊ luduꝫ amant ⁊ lucrum ex furto ⁊ omnibus malis procedētē.

[q] Ui habent que in supꝛanotata rubꝛica scribūtur sunt quibꝯ in manu est caracter vt hic. C. in loco Mercurij si fuerit bene cōditionatus quo ad istam propoꝛtionem maleficam.

Capitulum.ccxij. De itineribus propter deuotionem seu ratione votoꝛum.

[q] Uando quedaꝫ linea a media naturali emergit ⁊ vadit ad quadrangulum ⁊ est parua ⁊ in capite sui secet a quadam linea faciēte vt crux votum significat ⁊ quot fuerint linee tot erunt vota.

Si cum tali positura fuerint linee aut linea indicantes itinera plerūqꝫ hī tales huiusmodi itinera facient ratione votoꝛum seu deuotionis.

Qn̄ vna linea emergit a radice pollicis ⁊ sit continua ⁊ secatur a cardiaca ⁊ media naturali vsqꝫ ad locum quadranguli ⁊ in fine sui secat a quadā parua linea vt crux: itinera arguit: ⁊ quod sunt linee tot itinera indicabis.

Si linea sit oblonga cōtinua ⁊ rubicunda: itinera longa denotat: vt ad amussim habuit ⁊ foꝛtasse hꝫ si nō deleta est. Frater tuus Ioannes Galeatius ꝑthonotarius apostolicus dignissimus. O diue Alexander: si fuerit in dextra foꝛtioꝛ est: si auteꝫ in ambabus manibus foꝛtissima si in sinistra ⁊ non in dextra exiguū tenet iudiciuꝫ ⁊ hoc sit generale documentum in omnibus iudicijs. Licet in femina sit foꝛtius in sinistra qꝫ ī dextra: vt peritioꝛes existimant.

Linea media naturalis in fine sui bifurcata deuotioneꝫ significat: si cum ipsa coniungitur: itinerum signa ostendit: ⁊ plerūqꝫ habētes talem posituram itinerantur votoꝛum gratia aut deuotionum.

Linea saturnina cum vna vel pluribus de supernotatis lineis peregrinationeꝫ inducit: ⁊ plerūqꝫ mendicādo: vt faciunt melancholici ⁊ hedani: ⁊ quanto ad saturninum digitum propius deuenerit: tantūdem indica scilicet: ꝙ erunt itinera melancholica.

Capitulum.ccxiij. De itinere maris.

[l] Inee quedam a medio radicis bꝛachij per restrictaꝫ transeuntes ⁊ euntes per monteꝫ manus significant maris itinera.

Quando basis trianguli finiatur in cauea manus ⁊ nō adhereat cardiace inducit hominem qui maritimis tēpestatibus atqꝫ procellis infestatur.

Cap.ccxiiij. Et est vniuersale capitulū: de itinerbus.

[q] Uando in angulo dextro inueneris lineas vt crux: bꝛachioꝛum significāt foꝛtitudineꝫ coꝛdisqꝫ superbiam talis regiones multas perquiret ⁊ hoc accidit qn̄ rubꝛa fuerit ⁊ huiusmodi anguli in crucis similitudinē sunt. Et si fuerit miles in suo statu augumētabitur vt aiunt aliqui: si bene memini: et istud tenet coꝛuus valde niger.

Quando exigue linee apparuerint in fundo manus in restricta versus doꝛsum manus in domestica parte totideꝫ bꝛeues peregrinatiōes absqꝫ lucro arguunt.

F littera in loco Ueneris itinera ⁊ gaudium indicat. Interdū extremitas ipsiꝯ obrusticon idest linea vite est bifurcata aut trifurcata: ⁊ tales trāsibūt tria vł quattuoꝛ climata.

Si in linea vite multe rimule apparuerint superius in preteritum terras circuet: quādo vero inferius erunt tātum in futurum circuibit.

Crux inter mediaꝫ ⁊ mēsalem sub medio: peregrinationes ⁊ laboꝛes designat causa amoꝛis honoꝛis ⁊ deuotionis ⁊ vtilitatis ipsius vel alterius.

Si quedā linee recte bn̄ coloꝛate veniant quasi a radice pollicis ⁊ scindāt lineā vite lōgas vias ⁊ peregrinatiōes atqꝫ diuersas patrias q̄rētē notāt. Aliqui sic scribūt: Linea q̄ venit a pollice ⁊ scindit lineā vite ⁊ mediā nālē versus mediū lōgas vias ⁊ mutatiōes ostendit. Qn̄ video istas lineas oblongas ita ꝙ transeant cōcauū manꝯ: aut

pertingant ad mensam manus: itinera longa pronosticor: ꝛ quādo in fine sui est vt crux: pegrinationem causa deuotionis aut honoris iudico. O diue mi Alexander scio te scire: ꝙ ego predixi lōgū iter Magnanimo Prothonotario apostolico Galeatio marie fratri tuo (vt dixi superius.) Propter lineaꝫ valde oblongaꝫ sic figuratam: habet. n. in fine mēse manus eius pulcherrimā lineam: que metaphorizando erat vt crux. Ex quo iuit ad sepulchrum domini nostri Jesu christi factoris oium. Tñ disiunctiue oportet pnosticari: qꝛ apud nos habemus sanctum Jacobū: sanctū Antoniū: ꝛ hi sunt etiam longinqui itineris causa deuotionis. Vñ nō poterat discerni de quo itinere esset iudicādū. Sꝫ hoc mirū est ꝙ post effect⁹ iste linee se remouēt: ꝛ mutant in colore suo seu delentur. Et qñ effectus sunt futuri sunt rubee ꝛ colorate: ꝛ qñ propinquus est effectus deueniunt ad intēsum colorem: vt infinitis vicibus notaui: ꝛ vidi eē vex.

Mars cū sua positura diuersa itinera pmittit: ꝛ similiter angulus supremus valde seperatus.

Triangulus in cōcauo manus: itinera multa denūciat.

Linee multe in loco lune ex quacūqꝫ forma: aquatica itinera declarant.

Figura vt crux cōglomerata: vt in quinto libro Anastasis videre licet. cap. xxij. De monte indicis: itinera multa ostendit cum paupertate ꝛ infortunio.

Si linea mēsalis sub medio digito foramē cuꝫ rimulis distinctis habuerit: plures regiones peragrare sine vtilitate tamē dicūt significare.

Linea oriens a rascetta quasi in loco lune versus dorsuꝫ ꝛ se extendens per caueaꝫ vsqꝫ ad tuberculū indicis aut ab ipso indice oriēs ꝛ extēdatur vsqꝫ ad rascettam: dicunt quidam maximaꝫ peregrinationem significare.

Quando due linee nascuntur a rascetta ꝛ vadūt per medium cauee ꝛ in extremitate sint disperse: instabileꝫ significant peregrinatorē ꝛ vagabundū diuersaruꝫ regionum habitatorē ꝛ pauperem.

Dicūt etiaꝫ ꝙ quedā crux in quadrāgulo pulchra ex opposito illius spacij: quod est infra medicuꝫ ꝛ auricularē peregrinationes cuꝫ labore significat.

Si in inferiori parte linee mēsalis fuerit figura vt hic. y. mori in itinere dicūt significare.

Soror linee vite in monte pollicis: itinera ꝛ fortasse mortem extra patriam minatur.

Lineā saturninā i cōcauo manus: itinera multa dicūt significare. Si fuerit extēsa vsqꝫ ad radicē medij ꝛ emergens a rascetta longa itinera significat: tñ cum grauibus iacturis si radix geniture nō obuiabit. Si supranotate linee sunt intersecte aut nō cōtinue: impedimētum aut infortuniuꝫ denunciant in itineribus suis. Si in principio linee sit trina dimēsio ꝛ bonus color principiuꝫ bonum testificat: in fine vero infortuniū: ꝛ ecōuerso. Si sunt oblique malū iter arguūt. Si in illo diametro linea vite sit fracta: in itinere infirmitatem aut mortem testatur.

¶ Capitulum. ccxv. De odio propinquorum.

Quando linea gignitiua seu mēsalis facit duos ramos quoꝝ alter vadat ad infamis tuberculum alter ad indicis montē propinquoꝝ odiū sub spe bonorum ꝛ fortunaruꝫ eius vt dicūt prisci atqꝫ aliqui moderni ostendit.

Talis figura. e. in loco Jouis significat ꝙ quādoqꝫ parentes eius cum odio habebunt.

Si tuberculus Saturni sit cū vberrima copia linearū: ꝛ linea saturnina emergat a rascetta ꝛ extendat se ad radicem ipsius digiti medij: odium atqꝫ ingratitudinē parentum promittit.

Scutum aut paruus triāgulus: aut spherica forma bñ conditionata in loco Jouis a ppinquis habebit odio.

Qui hꝫ lineas subtiles in radice digiti solis plus ꝙ alibi inimicitias cū ppinquis seu affinib⁹ parentib⁹ arguit.

C. Littera in monte Jouis: odium parētum indicat.

Due linee emergētes versus dorsuꝫ manus: in mōte manus causantes angulum acutū quarū extremitates flectantur versus rascettam: odiuꝫ propinquorum aut litigium cū affinibus seu parentibus arguūt.

¶ Capitulum. ccxvi. De lite cum ecclesiasticis.

Rimule adherētes a media naturali siue superius siue inferius: si sint arcuate ꝛ nimis apparentes: graueꝫ litem in rebus ecclesiasticis: aut cum ecclesiasticis dicunt denotare.

¶ Capitulum. ccxvij. De his sunt paucorum verborum ratione magne cogitationis.

Qui habet multas lineas in medio plusqꝫ alibi ꝛ spāliter qñ quedaꝫ linea orit a rascetta ꝛ extendit ad digitū Saturni: hi sunt paucoꝝ verborū ꝛ cogitabundi ꝛ tales etiaꝫ sunt de nā Saturni.

¶ Cap. ccxviij. De his qui sunt a radice diuites vsqꝫ ad senectutem in negociationibus ꝛ mercibus degūt: ꝛ precipue in rebus saturninis.

Illi qui habēt multas lineas in digito medio plusqꝫ alibi ꝛ specialiter lineaꝫ saturninaꝫ oriētem a rascetta ꝛ terminantē ad radiceꝫ digiti medij. Si diuites sunt vsqꝫ ad senectutē in negociationibus ꝛ mercimonijs erunt semper.

¶ Cap. ccxix. De his qui sūt a radice pauperes semper erūt laboriosi ꝛ in iacturis.

Si talis positura vt in precedenti cap. dictuꝫ est reperiatur in subiecto paupere a radice illud semper erit laboriosum ꝛ in iacturis penitus submersum.

¶ Cap. ccxx. De his qui si sunt a radice diuites leduntur ab egritudine neruorum.

Qui a principio sue natiuitatis nascitur in diuitijs ꝛ habet saturninaꝫ lineam ꝛ digitū Saturni lineatū vt in precedenti capitulo dictum est ledentur ab neruorum egritudinibus.

¶ Capitulum. ccxxi. De his qui prouenient ad dignitatem militarem.

Talis figura vt hic. C. in monte Jouis ostendit ꝙ habens illam a regibus erit dilectus: ꝛ erit dux vel rector exercitus.

Figura vt hic. b. in triangulo: ostendit ꝙ habēs erit diues: ꝛ familiaris principibus: aliquando quoqꝫ erit ductor exercitus.

**Triāgulus equilaterus nō tenuis in manu cum linea solis habens locum solarem fortunatum: dignitates militares protendit: vt ego obseruaui.**

**Linea cardiaca ꝛ media naturalis cōnexa cū āgulo summo acuto ꝛ rubra nō tenuis cū solari positura fortunata atqꝫ liberis monticulis ꝛ proportionibus ad disciplinas militarē ascēsurū notaui pluries: dūmō habitudo totius nō sit valde effeminata. Vidi ꝛ indicaui illustrissimū dñm ꝛ principē Frācisci Gonzagā Mātue marchionē: qui manuꝫ talē hēbat. Erat. n. man⁹ solida atqꝫ bñ articulata i medio plana: ꝛ mōs Veneris tumid⁹**

atq; lineatus ⁊ lenis. Jupiter satis bene collocatus. Lo
cus Saturni ex lineis conglomeratis: ⁊ tenuis. Locus
Solis cum pluribus lineis precipue in radice intercisis.
Mercurius medio modo se habebat. Luna satis bene
figurata. Linea media naturalis nõ trãsiẽs cõcauũ ma
nus. Et erat cardiaca cõiuncta cũ angulo acuto aliquali
ter in dextro infimo ⁊ non tenues linee. Soror linee vite
in monte Ueneris cõnexa cũ media naturali ĩ diametro
indicis montis: quasi ad siluestrẽ ptẽ ptẽsa q̃si ad finẽ
cardiace cũ eq̃li cõditiõe vt mera soror: pͤsertĩ in manu
dextra. Etiã soror linee cardiace in cõcauo manus a ieco
rali linea constituitur triangulus. Linea mensalis conti
nua crassa ⁊ rubra vsq; ad indicis montem. Proportio
natis dictis lineis: dico q̃ significant immẽsissimũ ani-
mum ratione caliditatis: ⁊ robur mẽbrorum radicaliũ:
⁊ ministratores caliditatis: ⁊ q̃ habet quadrangulum
latum cum equali latitudine: qui significat largitatẽ atq;
animositatem tendentẽ ad armigerum vigorem. De eo
non multum dico q: excellentia ⁊ strenuitas tanti prin-
cipis vulgata est: ex quo ad alia non me extendo: nõ.n. ad
me attinet omnia propalare.

¶ Cap. ccxxij. De comestoribus ⁊ voracibus.

q Ui habet multas lineas in digito medio plus
q̃ alibi ⁊ specialiter qñ q̃dã linea oriẽ rascet-
ta extendens se ad saturninũ digitũ: tales sunt
comestores magni vt in plurib⁹ notaui: ⁊ precipue tres
qui habent saturnũ in horoscopo sue geniture.
Comestores magni sunt illi qui habẽt maiorẽ distãtiã
ab vmbilico ad pomum granatum q̃ a pomo granato
ad furculam gule: quoniam hi habent ventrem magnũ
maiusq; receptaculum.
Breuitas colli: q̃ sit valde carnosum: magnũ comesto
rem indicat.
Dentes oblongi ⁊ precipue canini ⁊ inequales aut se ad
inuicem equitantes ⁊ superiores in ordine equaliter ad
inferiores non cõiunguntur in claudendo: ⁊ precipue q̃ꝰ
sub naso est eminens ratione pssium. Comestores deuo
ratores ac gulosos indicant.
Manus intorte: idest valde torte ⁊ tenues voracitatem
indicant.
Manus tenues ⁊ curte voracitatẽ promittunt.
Manus curte ac gibbose ⁊ tenues habentis voracitatẽ
innuere videntur.

¶ Cap. ccxxiij. De largitate propter vanã gloriam.

f I linea media nãlis nõ cõtingat in puncto vita
lẽ lineã: nũc largitatẽ significat ꝑ vanã glo-
riã vt dicit quidã auctor cui⁹ nomẽ ignoro.

¶ Cap. ccxxiiij. De his qui in agricultura ⁊ edificiis de
lectabunt ⁊ ad diuitias saturninas peruenient: tamẽ nõ
ante periodũ Saturni: q: ante illud tempus omnia ac
quirunt cum difficultate.

q Ui habet multas lineas in digito medio plus
q̃ alibi: ⁊ specialiter qñ linea saturnina oritur
a rascetta ⁊ radicẽ Saturni pertingit: habẽ-
tes in agricultura ⁊ in edificiis delectabuntur: ⁊ hoc in-
telligit quãdo ista linea est bene conditionata. Aliqui ap
pellant talẽ lineã: lineã prosperitatis: sed in rei veritate
mentiunt: q: ista linea est mater anxietatis: atq; laborũ
⁊ inimicitiarũ in totũ ꝑiodũ vite. Remissiue autẽ post
cõplemẽtũ annorũ saturninorũ. Post illud vero tem-
pus dat diuitias fixas: quẽadmodum est in pomo agris
⁊ etiam subterraneas actiones promittit. Aliqui dicũt
q̃ ista linea si nõ fuerit male conditionata arguit nouarũ
scientiarũ inuentorẽ: ⁊ edificatorem in edificiis struc
dis liberalẽ: in aliis autẽ rebus auarũ. In agris ⁊ hor
tis instaurandis maxime idoneus existit. Omnino qui
habet talẽ lineã: si bene fuerit Rex vniuersi: habebit
inimicitias labores persecutiones ⁊ etiã coniurationes
contra eum. Talem lineam habet bene conditionatam
O diue Alexander genitor tuus Joannes Bentiuolus
Senator bene meritus: qui non iniuria verus pater pa
trie nũcupandus est: ⁊ hec linea habet initiũ suũ prope
rascettã cũ trina proportione ⁊ optimo colore ⁊ se ex-
tendit vsq; ad radicẽ Saturni: cum aliis multis lineis
in Saturni tuberculo cum optimo colore ⁊ proportio-
ne. Uidetur quãtũ est auidus in edificiis: ⁊ in cultu ci-
uitatis nostre. Quot innumerabiles cõiurationes illi fa
cte fuerũt: precipue ab Alexandro sexto: ⁊ aliis: tamẽ ob
summã bonitatẽ aliarũ linearum ⁊ ob excellentiã tu-
berculorum euasit ⁊ euasurus est incolumis vsq; ad vl
timũ vite sue diem: quem deus sua pietate diuturnum
faciet: vt longo tempore liberator ac conseruator sit ciui
tatis ac Agri Bononiensis. Non ignotũ est tibi Alexã
der quẽadmodũ: quando ille spurius nephandissimus
Dux Ualentinus vobis minabatur: ego dixi semꝑ non
esse vobis timendum ⁊ q̃ ĩpossibile erat q̃ ille vos pos
set expellere. Quia peroptima genitoris tui fortuna oĩa
mala superabat: post longissimã: felicissimãq; etatem:
mors ei⁹ erit aut ex catarro: aut ex apoplexia: aut ex flu
xu. Meliorem ac magis fortunatã manũ in hoc secu-
lo nũq̃ reperi in indiuiduo aliquo: sicut est illa sue excel
lentie. Post ipsum est Pandulphus Petrucius Senẽ
sis: sed non est eius manus tantum bona: habet.n. quon
dam infortunium quod silentio pertranseo. Nũq̃ vidi
mulierem habentem triangulum equilaterũ sicut ha-
bet tua genitrix inter alias matronas prudentissima ex
cellentis ingenii ⁊ fortune.
Quãdo vna linea oriẽ a mẽsali ⁊ extẽdiẽ per montem
medii vsq; ad radicem digiti medii cũ trinaria propor-
tione sine maximo impedimẽto post periodũ Saturni
arguit diuitias in agris ⁊ domibus: ⁊ talis delectatur in
edificiis ⁊ similib⁹. Ut multotiens notaui: pͤcipue in ma
gnifico mecenate meo Petronio Palatino Sescalco di-
gnissimo Illustrissimi genitoris tui.
Qñ vna linea oritur a linea vite: ⁊ vadit per medium ca-
uee manus cũ trinaria dimensione: ⁊ terminatur vsq;
ad radicẽ digiti medii vł circa: diuitias saturninas post
periodum Saturni arguit: vt pluries notaui: ⁊ hoc te-
stantur aliqui illustres auctores. Talem posituram te-
net: maxime in manu dextra ille excellentissimus artiũ
⁊ medicine doctor ac summus chyrurgicus magister
Laurentius De Bozadinis.

¶ Cap. ccxxv. De diuitiis bonis in vniuersali.

l Ittera. A. in radice indicis diuitias plurimas
videtur denotare.
Littera. S. in mõte manus significat hoĩes re
cipiẽtes bona propter feminas nobiles ⁊ magnas.
Linee quedã a medio radicis brachii per restrictã trã-
seuntes ⁊ attingẽtes lineam vite vel mediã naturalem
significant multitudinem lucri.
Linea vite habẽs ramos extẽsos versus superiorẽ ptẽ
significat diuitias cum honore.

Linea mẽsalis recta ⁊ subtilis in fine sui vsus montẽ in digitis siue in pte supiori significat dñationẽ substãtie.
Linea mẽsalis si habuerit ramos rectos ⁊ nõ ipeditos vsus supmã ptẽ ascẽsus ⁊ honores cũ diuitijs arguit.
Soror linee vite in monte pollicis cõtinua cũ trina portione ⁊ colore ad principiũ linee vite: vsq3 ad restrictam diuitias in tota vita significat. Et si per totũ non fuerit protensa vbi repit in nulla etate in diuitijs augetur.
Et in illo diametro vbi deficit in illa quoq3 etate dficiẽt lucrum ⁊ diuitie.
Linee quedem parue bene colorate ,pcedentes a radice digiti indicis ac recte tendentes superius augumẽtũ in bonis denotant ⁊ honorẽ ab excellentib9 viris.
Linea cõiungens se in monte medij respiciens digitum bonum futurum demonstrat. Idem in indicis monte ,pmittit: vt aiunt aliqui.
Linee quedam oriens a radice manus ⁊ recte extendãt se in monte eius ⁊ sunt bene colorate: continuum bonum denunciant.
Figura vt stella super dorsum indicis: luxuriosum virũ ostendit ⁊ fore peruenturum ad aliquod beneficiũ vel honorem mulierum causa.
Linea in rascetta que est ex parte manus si fuerit continua recta ⁊ bene colorata tendens ad superius. Si sit diues semper erit: ⁊ si pauper ⁊ infortunatus: emendabit eius fortuna: ⁊ specialiter quando dicta linea habet ramos rectos ⁊ non scissos.
Scutum vel triangulus aut spherica forma si fuerit in monte medici: erit homo honeste vite: ⁊ diues omnib9 diebus vite sue.
Talis figura. B. in monte Iouis inducit magnam fortunam ⁊ diuitias multas.
Si in linea vite iuxta rascettã manus sint linee vt crux vel stella: diuitias significat in senectute.
Si in principio linee vite sint intersecatiões vbi formantur duo stelle: talis erit gloriosus ẽm statũ in quo est.
Si inter pollicẽ ⁊ cardiacã lineã sint multe linee quasi perpendiculariter versus lineã vite: talis diues erit.
Si sub linea capitis fuerit crux: significat q̄ diuitias acquiret cum pena ⁊ labore.
Qñ in linea vite aliqua eminentia siue carũcula carnis siue porrũ aut nigellus: diuitias significat.
Si linea mẽsalis respiciant digitũ mediũ a latere indicis: iuuabitur a fortuna. Oportebit eũ tñ aliqñ adulatorem esse: ⁊ vnico vti amico adiuuamẽtũ fortune sue.
Si linea mẽsalis prope pedẽ vel finẽ eius vadat inter indicem ⁊ mediũ: significat sufficiẽtiã in victu: ⁊ in his que necessaria sunt vt aiunt aliqui. Alij sic scribunt q̄ si secat digitũ mediũ iuuabitur a fortuna: ⁊ si intra digitum mediũ nũq̄ erit sine angustia ⁊ labore: ⁊ istis magis credendum est vt experientia manifestat.
Si qdã linea cadat inter mediũ ⁊ medicum ab earũ radicibus ⁊ coniungat in mõte medij respiciẽs medium: vt p3 in quinto Anastasis cap. xxiiij. de mõte medij futurũ bonũ indicat: ⁊ hoc idẽ significat in monte indicis.
Quedã linea naliter bene disposita ⁊ crassa ⁊ bñ colorata inter medicũ ⁊ auricularẽ ⁊ descendat quasi a radicibus predictorũ digitorũ: ⁊ tendat versus mẽsalem: excellentem statũ significat: ⁊ hoc bonã fortunã: substantiã: aut diuitias cum largitate indicat.
Si quedã linee oriant a radice manus ⁊ recte extendantur per montem manus si fuerint bene colorate: si quis ad presens malũ habet letetur: qm̄ bonum habebit.
Linea solaris quã aliqui appellant lineã prosperitatis: alij lineam magisterij: alij lineã ingenij: alij lineam regalem: alij lineã fame: alij lineam honoris: alij lineã lucri: si oriat a mẽsali: ⁊ cũ trinaria proportione ad radicẽ digiti medici aut annularis deuenerit: diuitias designat maxime si tuberculus sit bene fortunatus.
Si triangulus equilaterus fuerit ⁊ in ei9 sũmo angulo semicirculus vitali annexus extiterit: cuius cornua vitalem inspexerint: fortunarũ ⁊ honorũ augumenta gradatim denotabit: vt sophisticus chyromanticus Anthiochus ondit sibi placere: ⁊ vt ẽt dicunt aliqui moderni.
Si in primo articulo pollicis fuerint linee vt cruces diuitias dicunt significare.
Si plures linee vt cruces in tuberculo pollicis fuerint: diuitias dicunt pronunciare.
Cum caro supereminẽs fuerit circa vngues digiti annularis radicem digitorum non occupando: innumerabiles diuitias dicunt arguere.
Dixit Ugo si linee parue procedũt a radice indicis bene colorate tendentes ad inferius bonũ significant ⁊ quãto propinquiores sunt tanto maiora bona ostendunt: ⁊ talis in bonis augumentatur ⁊ ab excellenti persona honoratur: ⁊ linee supradicte apud physionomos radij vocantur: qđ etiã in clericis dignitatis augumẽtũ prebet:
Scribit Ugo si vnica linea vel plures sub radice medij transeat ex transuerso sine aliquibus lineis: omne bonũ ⁊ bonam fortunam significat.
Miror q̄ Ugo dicat q̄ vngues curui: pecunie abundãtiam significent. Tñ credo hanc esse rationem qr metaphorizãdo tales referunt ad aĩalia rapacia: que propter vngues curuos bene rapiunt ⁊ melius retinent: sicut colerici qui sunt rapacissimi: ideo de eis non confidas quoniam eorum abundantia est propter malum.
Qñ linea prosperitatis .i. saturnina ad restrictam ⁊ ad mediam deuenerit ⁊ fuerit continua cum bono colore ⁊ nõ intersecta: diuitias cum prosperitate ⁊ felicitatẽ vsq3 ad mortem arguit.
Talis figura. D. in loco. Martis aliquãdo est fortunata: ⁊ habentem fortunatum facit.
Linea saturnina emergẽs a radice manus vel brachij ⁊ extensa cum trinaria proportione vsq3 ad radicem primã medici a latere auricularis ,psperitatẽ designare vr.
Si quedã linee oriuntur ex linea capitis versus mensalem ⁊ faciant triangulum cum linea mensali: futuram prebendam notant.

## Cap. xxxvi. De homicidis ⁊ malis hoĩbus vel.

Figura vt. D. in triãgulo: hominem paricidã significat sed fortunatum.
Si in digito Mercurij fuerint linee nõ aperte sed obscure: habẽs insidiator erit ⁊ fur ⁊ ad maleficia paratus: ⁊ omni malo plenus.
Linea quedam supra lineam vite iuxta inferiorem partem montis pollicis quasi cadens vel iacens: malum hominem significat ⁊ expertus loquor.
Linea media naturalis non extẽdens se ad pectus manus sed vniens se vel applicans ex opposito medietatis medij: significat hominem praue vite.
Linea media naturalis vertens se ad digitos in fine sui: nequam ⁊ impudentẽ virum ostẽdit. Et si multũ tẽdit versus digitos: habentem stultũ iudicare debemus.

Linea media naturalis grossa ⁊ profunda nimis cũ quibusdaz paruis lineis sibi apparentibus cum intenso colore vulneratorem ostendit.

Linea cerebri habẽs intra se quedaz spacia vt circuli cõpleti aut semicirculi quot sunt tales figure tot homicidia ostendunt: aut alienã magnã vulnerationem presertim nisi supranotati circuli a martialibus lineis intensis non habeant auxilium.

Signũ tale ⁊ in mensa manus humani sanguinis ferus ꝑsi- gnat effusorem.

Aiunt aliqui quorũ nomina ignoro: quãdo linea mẽsalis cũ media naturali facit quasi ãgulũ dũmodo nõ claudat ipsam: ⁊ distat a proportione sua hominez sanguinolentum significat: qui propter inuidiam homicidiuz perpetrabit: aut effundet sanguinem.

Linea que debet facere angulꝫ dextrum nõ coniũgẽs se cum linea vite: malignitatẽ animi ostendit sine stabilitate: fide ac conscientia.

Sinister angulus obtusus indicat ruditatem ingenij ⁊ malam conscientiam.

Multe subtiles linee ⁊ intercise vel cõglomerate ĩ monte pollicis mendacium ⁊ fornicationem denotant.

Linea quedaz semicircularis ⁊ crassa ad annularez pessimum debitorem male morigeratuz infelicem atq; anime male ostendit.

Manus longe ⁊ graciles tyrannidẽ demonstrant.

Vngues curui hoĩem impudẽtem ⁊ rapacem indicãt.

Vngues valde breues: maliuolũ ⁊ discordem innuunt.

Manus carens pilis: malos mores hominem stultum presumptuosum fatuũ atq; deterrimum indicat.

Linea media naturalis qñ nõ cõiungit cum linea vite ⁊ notabiliter distat maluz ⁊ vitiosuz hoiez arguere dicũt.

Linea vite grossa ĩter pollicez ⁊ indicem significat inclinationem ad homicidiũ: ⁊ ingeniosuz hominẽ in actionibus malis.

Si in linea vite reperiantur quedã grana rubra vel puncture inordinate: tales habentes mouebũt lites propter luxuriam: vnde sanguis effundetur: ⁊ vita vel membra hominis amittentur.

Quando inuenitur mensalis que in sũmitate aut prope diuidatur duosq; efficiat ramos: vnũ ad indicez: alterũ ad mediũ dicũt deceptionẽ atq; perfidiaz significare.

Si linea media nãlis habeat quasdã pũcturas grossas ⁊ terrestres ineptitudinẽ moruz ostendit ⁊ nãz ferinã.

Linea media ꝓfũda ⁊ tortuosa: fortis ruboris iraz ⁊ cõturbationẽ significat q̃si per occisionẽ factã seu fiẽdaz.

Si in manꝰ cauea quasi duo. C C. cõnexa fuerint ad interficiendũ hominẽ inclinationem demonstrant.

Linea cardiaca si multum discolor fuerit superiꝰ vel inferius homicidiuz vel tristitiaz multũ significat.

Linee vite qñ equa mẽsura crassa fuerit ⁊ valde rubra: indignabunduz iracũduz ⁊ crudelẽ indicat: exigua ratione: ⁊ regimen hꝫ exiguuz vt superius notaui.

Scribit Coruus qñ mẽsalis cum media naturali innodabitur: hoc est qñ linea mẽsalis in sua summitate flectatur vt semicirculus cuius caput attingat media nãlis significat hominẽ malo ĩgenio calũniatorẽ homicidam: effundendi sanguinis auidum ⁊ eo magis qñ linea vite equitatur in sui initio a linea cerebri causante angulꝫ in duas partes inter pollicem ⁊ indicem.

Quando inueneris quasdã lineas rectas a media abeũtes ⁊ ad mensalem tendentes infra digitum mediũ hominem futurum homicidaz vt dicunt attestatur.

Alexander sextus pontifex fortunatus ingeniosus clemens ⁊ optimus rector christiane fidei amator pacis: qui homicidia sacrilegia ⁊ omnia scelera repellebat: strages odio habebat: ⁊ castitatem diligebat: fuit sic figuratus. Statura erat mediocri ⁊ erecta: voce sonora ⁊ bene articulata. Habitudo carnea ⁊ solida ⁊ bene compacta. Capite bene proportionato corpori. Collo viuido. Amplitudinem habebat pectoris atq; spatularũ. Frons ei magna ⁊ quadrata erat. Auricule non parue. Oculi magni lucidi atq; musculosi. Intuitꝰ aliquãdo toruus: ⁊ aliquando ridenti similis precipue quando aspiciebat res appetibiles. Facies carnea ⁊ ossosa. Gene magne aliqualiter eleuate. Nasus potius magnus q̃ paruus: sed aquilinus. Color faciei erat rubeus flãmeus obscurus precipue circa nasuz ⁊ genas: pellis circa oculos tumida ⁊ aliqualiter rugosa. Os paruum. Labia leonina. Sub nasum foueatuz habebat. Mentum valde rotundum ⁊ paleolatum vsq; ad vltimũ gule. Residuuz corporis nõ scribo quia non vidi: nam a toga ⁊ reliquis vestimentis impeditus fui. De qualitatibus passuum non dico: non enim vidi ipsum incedentem. Manuuz eius chyromãtiam tanq̃ inscius taceo.

Capitulũ. ccxxvij. De his qui infestantur ex catarro sciatica ⁊ doloribus qui causantur ex reumate.

Impossibile est apud physionomos particulariter ⁊ gradatiz discernere effectu ⁊ oẽs qui causantur a catarris. Naz catarrus aliquãdo descendit ad pulmonẽ ⁊ generat ethicam cõsumptionẽ. Aliquando descendit ad nares ⁊ vocatur branchos: aliquando ad fauces: aliquando ad scia ⁊ vocatur sciatica. Descendit etiam ad alia loca que breuitatis causa taceo. Et hec vt dixi nõ possunt particulariter physionomi iudicare. Nisi inueniantur particularia signa a peritis obseruatoribus memorata: aut nisi applices multas relationes ad inuicem. Et hoc capitulum est cõnexum cum illo: in quo tractauimus de egritudinibus capitis. Et sic nota de alijs: vt ingenium tuum sit intensum cuz meris radicibus physionomie.

Quando inueneris mediaz naturalem oblongam vsq; ad percussionem manus materiaz descendentẽ a capite denotat. Et per totum suũ periodum nũq̃ est sine materia descendente ad aliquam partem sui corporis.

Scias ꝙ verus terminus huius linee est vsq; ad finez cauee manus: ⁊ qñ intrat in mõticulo: nõ est sine mala cerebri fixione cũ mã aut sine: ⁊ in senectute sunt egeni.

Multe rimule particule circa vltimã iuncturã pollicis materiaz cataralẽ aut descensibilem notat.

Linea media naturalis non cõtinua ⁊ obsessa a multis lineis catarrũ aut sinanchiam denotat.

Linea cerebri male conditionata: ⁊ locus basis trianguli male dispositus: aut ꝫm essentiam loci: aut catarralẽ dispositionem promittit

Capitulum. ccxxviij. Et est vniuersale de paupertate damno ⁊ infortunio.

Signa depicta in mõte indicis: vt ĩ quinto Anastasis actum est: pauperem hominem significat: ⁊ eum qui damnum patietur.

Linea vite habens ramos tēdētes ad inferius paupertatem significat ⁊ infortunia: ⁊ eū qui deceptiones a servis patietur.

Linea mensalis si habuerit ramusculos ad inferius tendentes damnū miseriam atq; infortuniū denunciat.

Linea media tangens mensalem maximum damnū ⁊ infortuniū demonstrat.

Linea mensalis nuda sine ramis veniens ad radicē indicis paupꝫtatē dānū iacturas ⁊ calamitates ꝑnosticat.

Linea semicircularis grossa in angulari digito infelices homines ⁊ male anime significat.

Digiti multū dispersi paupertatem miseriaz ⁊ loquacitatez demonstrant: vt patet manifeste in mēdicātibꝰ.

Habentes multas lineas in digito medio plusꝙ alibi: ⁊ specialiter quando linea saturnina a rascetta emergit: ⁊ vadit ad radicez medij: in paupertate ⁊ laboribus semꝑ erunt: ⁊ non est dubitandū ꝙ sint sine angustijs: etiaz si essent reges. Vidi magnaz caternaz principuz expulsaꝝ a dominijs suis: qui habebant montē Saturni conglomeratum ex multis lineis: ⁊ aliqui habet lineaz saturninam sic extensam. Et hoc intelligitur si est infortunata.

Si linea mensalis cum linea media naturali claudit angulum bonorum diminutionem significat: vt per sepe expertus sum.

Si in monte pollicis fuerint multe parue linee īter sectę non perpendiculariter indicant hominem qui multa patitur pro diuitijs.

Si quis habuerit q̄tuor foueas aut pūcta quasi nigra in palma manus tribulationes ⁊ paupertatē sustinebit.

Si quedam linee vt crepature reperiātur in monte manus prope mediam naturalē. Et quedaz linea absoluta ab eis lineis seu crepaturis respiciat inferiꝰ ad brachiuz significat mutuantez ⁊ semꝑ debitorem esse testatur.

Si quedam linea obliqua sit in digito medio: quicquid habuerit ex bonis fortune amittet: ⁊ hoc ītelligitur de diuitijs ⁊ honoribus.

Si quidaz triangulus reperiat̄ in digito medio vt in. v. Anastasis loco proprio: infortuniuz maximum ac deterrimum ostendit.

Si quedaz linea reperiatur in digito auriculari: ⁊ ortus eius sit a radice digiti: ⁊ extendatur per medietatem digiti: ⁊ sit semicircularis ⁊ grossa pessimuz debitorē male morigeratū infelicez: ⁊ eum qui animam suam malignam habet significat. Et si talis linea reperiatur sub radice ipsius digiti in monte eius: ⁊ tuberculus essentialiter sit bene conditionatus. Talis sua industria ⁊ solertia euitabit lesiones ⁊ damna. Et sermo iste de predictis duabus lineis tenet in omnibus digitis. i. fortunaz ⁊ infortuniuz ꝭm diuersas posituras.

Linea in principio cardiacē extendens se in cauea manus lasciuium inconstantem paupereꝫ ac maximum infortunium testatur.

Linea rascetta manus obliqua non continua ⁊ infecta vagum miserum attestatur.

Opinantur quidaz ꝙ separatio medie ⁊ cardiace vbi se cōiungi debēt paterne hereditatis amissionē denūciare.

Linee in indicis tuberculo intersecte vt craticule miseriam denotant.

Digiti grossi ⁊ parui miseriam quoq; ⁊ infortunium attestantur.

Curua palma per longitudinem positure paupertatem etiam denunciat.

Digiti ex quacūq; forma cum articulis crassis miseriaz atq; infortunium promittunt.

Qui habet vltimas digitorū iuncturas grossas ⁊ eversas: tales si diuites extiterint giratione tēporis ⁊ processu depauperabuntur.

Ugo scribit. Si linea mēsalis veniat directe sub medio digito significat contrarium bonorum. Alij dicunt inopiam ⁊ ignominiaz arguere: vt ego Cocles in manibus meis habeo.

Si linea mensalis diuisa fuerit significat contrariū bonorū maxime si sit diuisa per lineas aliq̄s: ⁊ hoc erit ratione inimicorū. Et si transierint ipsam lineam tūc sunt vel fuerunt omnino in actu super ipsum. Et iste linee anteꝙ fiat denunciatio debent esse profunde bene apparētes ⁊ colorate: ⁊ econuerso aliter denunciant. Scias ꝙ ꝭm antiquos patres ac inuentores: ⁊ etiam ꝭm modernos linea mensalis realiter habet demonstrationem super inimicos: ⁊ ita mensa atq; q̄drangulus manus sunt claues ostensiue inimicorum.

Quādo media naturalis cōcauum manus transierit rerum inopiam vitam laboriosam deniq; significat.

Ungues plani ⁊ pallidi infortuniuz dicunt testari.

Talis figura. e. in loco Martis facit ꝙ aliquis est contētiosus ⁊ malum patietur.

Si quadrangulus inequalis ⁊ angustus reperitur paupertatem atq; iacturas denotat.

Si in quadrangulo reperiatur quedaz crux male disposita ⁊ male colorata tortuosa inequalis, vel discontinua: signum est mali ⁊ infortunij

Rami in fine cardiace respiciens versus restrictaz paupertatem ac infortuniū minantur precipue in senectute.

Si in radice indicis vsq; ad secundam iuncturam eorū siue circa illa spacia intermedia sit aliquis nodus carnosus vel pellis subtilitas offusa pallore: significat laborez inordinatum quasi continuum ⁊ aduersitatez corporis sui: vt dicunt quidam.

Cuncti tuberculi infortunati: infortuniuz attestantur ꝭz planetas infortunatos infortuniū existima: vt puta: Tuberculus Solis est infortunatus ratione loci ⁊ essentie: ⁊ lineamenta infortunium tenent: vt apud principem: honore: fama: magisterio: studiosi subiectus ē adequatus ⁊ que important in isto loco ratione tuberculorum ⁊ digitorum: quia linee que diametraliter reperiuntur inter iuncturas digitorum si sint intercise infortunium ⁊ iacturas testantur: ꝭm digitos planetis attributos.

Capitulum. ccxxix. De morte extra patriam.

Linee quedam orientes a brachio venientes ꝑ restrictam ad manum īmediate incise ⁊ discontinue: ⁊ in extremitate cōiuncte significant hominem in propria domo nascentem: moritur uz tamē extra ⁊ multum per orbē profecturū ꝭm quosdam.

Si predicte linee se respexerint ad inuicez: ⁊ sit magna inter eas distantia denotant mortem extra patriaz in locis extraneis.

Linee quedā a medio radicis brachij per restrictaz trāseuntes ⁊ euntes per montem manus: significant itinera maris: ⁊ hominem in itinerationibus moriturum.

Rami in fine cardiace respicientes versus restrictā notant pauperem ⁊ extra patriam moriturum.

Soror linee cardiace in monte pollicis: mortez extra patriam nōnulli dicunt significare: ⁊ ꝭm locum in quo reperitur sic pronosticandum est.

Quando basis trianguli finitur in cauea & non adheret cardiace facit hominem mori extra patriam cum maritimo rum itinerum copia vt dicunt.
Dicunt aliqui quod qñ linea mensalis i suo principio me thaphorizando sit vt cathena: extra patriã significat mori
Angulus summus valde seperatus aliquãdo mori extra patriam & vitam finire pronosticat.

Capitulum.ccxxx. De his qui sunt mali debitores & negant soluere creditoribus.
Quando angulus supremus nõ bene cõiungit simul sed distant ab inuicem predicte due linee notabiliter purum spacium dimittentes: significatur homo fastidiosissimus qui est malus d'bitor & sine laude: vt infinitis vicibus notaui presertim in quodã extraneo principe. Habemus etiam in patria nostra equitem qui nũquam aut raro soluit mercedem alicuius. Et ita sunt melancholici flaui & liuidi vt sunt hypocrite sicut inferius patebit.
Linea quedam semicircularis grossa ad ãnularẽ digitũ: pessimũ debitorẽ & male morigeratũ & infelicẽ ostendit.
Sunt alique secte & nationes q a radice male soluũt creditoribus & sunt vt plurimum principes: cucullati: lenones: caupones & qui milicias exercẽt: que omnia cõsiderentur cum hec sint de radice huius scientie.

Capitulum.ccxxxi. De subsanatoribus aut contemptoribus.
Prima radix a qua tale vitium ortus habet: sũt femine: & effeminati viri quia oĩa negligunt sine ratione propter immensam ignorantiam. Sapientes congrue subsanant & rationabiliter discernẽdo atque exclamando.
Angulus summus valde seperatus si spacium sit purum facit crudeles cõtemptores atque mendaces.

Cap.ccxxxij. De his qui inanes & inutiles proferunt sermones.
Sunt huiusmodi illi qui habent angulum summũ valde separatũ dimittentẽ puꝝ spacium.
Dicunt quidam si due parue rimule cõcurrũt ex linea mẽsali ad radicem medici arrogantiam & eloquẽtiam & inanem gloriam denotant.

Capitulum.ccxxxiij. De his qui sunt detractores et cauillatores inuidi & garrulatores.
Quando angulus supremus est valde separat⁹ & tale spacium sit male rugosum .i. lineatum habentes a celo inclinant vt dicit in rubrica.

Cap.ccxxxiiij. De his qui habẽt varietatem animi & sunt sine stabilitate & sine fide & cõscientia dũmodo possint que cupiunt adimplere.
Tales sunt quibus in loco anguli dextri non cõiunguntur sue linee: hoc est quod linea spatiis non adheret cardiace. Non remouentur etiam a tali vitio illi qui habent angulum supremum valde separatum in quacumque conditione purum aut lene aut lineatum & quocũque sit non est penitus confidendũ de ipsis.
Quando vis subsanare aliquẽ tum obscuris verbis dicas: tu non habes angulum supremum: sed lineam saturninam valde protẽsam cum cinguli Ueneris testimonio.

Capitulũ.ccxxxv. De his qui sunt adulatores: bilingues: dolosi: malefici: proph[a]ni & sine vllo ope laudabili.
Tales sunt illi qui habent angulum supremum valde separatũ in quacũque essentia reperiatur ac lineamẽtis: de eo non cõfidas. O vos preto res: si inuenietis in manu alicuius angulũ sũmum valde separatum: pro quocũque leui indicio ponite reum ad torturam & patibulum: quia experiẽtia manifestissima me docuit: in quodam scholare in gymnasio nostro: qui est similis nature ad amussim: & est seminator zizanie: & sepius inter alios ipsum attente obseruo & vidi qd in manu eius habet talem angulum: vt est Guido pisaurẽsis cognomẽto posthumus cuius vafricia non solũ extraneis nota est: sed etiam patrie: & est adulatorum omnium pessimus: qui epigrãmata in nostri laudem composuit: non laudaret: sed vt pessimi gnatonis officio fungeret: cuius physionomia talis est: oculos habet magnos ac eminentes: ferinos intuitus: quorum pupille ita circũuoluunt: vt fere e capite (spirituũ impulsu) cadant: hyllari etiã intuitu res quãdoque prosequitur: omnia enim hec signa arguunt loquacitatem: inanem gloriam: luxuriã deceptionem & omne perfidiarũ genus: ex parte prolationis non solum ore sed etiam manibus capite gestisque verba promit: que omnia arguunt dolositatem: & in summo naturam a cetu mortalium expellendam: ex parte incessus capite errecto incedit eo modo quo fere: & hoc bestialitatem designat nec non paonum more quod arguit vtriusque sexus phylocaptionem: ex parte manus caret angulo supremo vultu vero squalidus liuidusque hoc vnum etiam pretermisimus cum omne animal suam speciem quãtum potest insequatur: ipse caprinam speciem quo ad oculos insequit: quorum significatio est quod tales rationis diminute efficiuntur: ex signis enumeratis vnum hoc correlarium elicimus quod iste non naturali morte morietur.

Capitulum.ccxxxvi. De suffocatione infantis genitricis seu nutricis causa.
Dicunt quidam si ab indicis tuberculi sũmitate hoc est vbi ab articulo versus pollicem itur dependens linea pallidula extiterit suffocationem geniti filii dicunt ostendere: & hoc affirmat Anthiocus sophisticus auctor: hoc tamen ego per experientiam non habeo.
Si linea vite inter pollicem & indicem tumescat suffocationem partus seu alterius infantis dicunt significare.
Aliqui dicunt si linea mensalis in superiori parte fuerit bifurcata & pallore suffusa infantis mortem significat cã genitricis seu nutricis.

Capitulum.ccxxxvii. De his qui perueniunt ad diuitias & postea egeni deueniunt.
Figura X sic figurata in quadrangulo significat in primeua etate egenos nõ eẽ: in secũda vero diuites vltra modũ: in senectute vero iterum egenos.
Linea media naturalis quando extenditur in giro vltra quod transeat totũ montẽ manus vsque ad percussionẽ vel vltra in vltima etate egenos esse significat.

Capitulum.ccxxxviij. De his qui sunt fortunati mulierum causa.
Figura S. in monte pollicis significat mulierum amatores homines cum quibus bona & gaudia consequentur.
Stella i dorso idicis luxuriosum virũ ostẽdit: & forte puẽturũ ad aliqđ beneficiũ vel honorem causa mulieris.
C. Littera in monte indicis iducit diuitias mulieꝝ grã.

D. figura in loco Ueneris gaudium et proficuum mu-lierem causa attestatur.
Caracter. E. in loco Ueneris gaudium et dilectionem et maximam fortunã et offectum mulieris causa denũciat.
Linea mensalis in fine sui quando oriuntur bini rami sculi ab ipsa quorum unus porrexerit se ad acumen indicis aliter versus pollicem declinauerit: significat quod bi tales in absentia sua a feminis lucrantur et bonum ex ipsis amplectuntur.
Dicunt quidam moderni si in monte annularis apud radicem reperiuntur parue linee per longitudinem: aut linee parue secantes se ut cruces aut stelle diuitias mulieris causa significant.
Talis figura. E. in monte Iouis denotat bonum ratione et causa mulierum.
Figura. f. in loco lune significat bonum venturum propter feminas magnas et nobiles.
Due linee recte et profunde scindentes medicum: diuitias propter uxores dicunt significare.
Quã linee que sunt inter auricularem et mẽsalẽ versus dorsum manus significãtes nuptias si sunt fortune atque tuberculus Ueneris sit per essentiam et rationem linee fortunatus et ceteri planete fortunati correspõdeant: et que cõcurrũt ad pronosticandũ de diuitijs: significatur quod bi tales babebunt diuitias et bonum ratione mulierũ.

Cap. cccxxix. vniuersale de audacia.

Si linea mẽsalis sit protensa a radice indicis et directe sciderit audacem et probum indicat.
Linea cardiaca cũ trina proportione et bene disposita indicat securitatem animi et audaciã atque cor optimum et bene dispositum.
Triãgulus equilaterus: animositatis est signũ et Martis naturam reþsentat. Si linee sunt crasse atque rubee valde. Si fuerint tenues et non nimis colorate magis ad tẽperamentum appropinquant.
Quãdo media naturalis est satis lata et recta et bene colorata: et cum palma extenditur et apparent in ipsam quedam puncture de latitudine linee probitatem et audaciam: et gignitiua virtute plenum significat.
Linea epatis decenter longa et profunda lata decẽter cõtinua: et bene colorata significat bonitatem stomachi et epatis et letitiam et audaciam.
Trianguli spacium si sit magnum et latum largitatem et audaciam ostendit et specialiter si non sit bene coloratum et planum.
Angulus dexter rectus vel quasi bene apparens et bene coloratus significat audaciam et fortitudinem.
Quadrangulus latus et planus et bene coloratus audaciam declarat.
Si linea solaris oriatur a mẽsali et sic cum trina proportione et bene colorata: et recte scindat digitum annularem seu medicum: audaciam rectam demonstrat.
Si quedã linea notabilis recta et bene colorata cum trinaria dimensiõe emergit ex radice indicis: et vadat vsque ad mediam iuncturam vel prope audaciam significat
Manus magne et debite proportionate in quacumque sui parte scilicet qualitate et quantitate: talis erit bone nature et cõplexionis cum debita audacia ac pbitate.
Unguis pollicis naturaliter recuruus naturaliter animosum et audacem dicunt significare.
Digiti parui ac tenues audaciam immoderatam dicunt arguere.
Digiti grossi ac breues audaciã auiũt quidã significare. Scias quod duplex est audacia: vna est cum temeritate: vt euenit iratis propter ebulitionẽ spirituum: ascendentium ad cerebrum et de istis in supranotatis clausulis non intelligo: tamen inferius dicemus. Alia est proprie audacia: que est cõtraria timiditati: que procedit ex cõplexione laudabili vt sunt magnanimi et fortes in extremis periculis: de qua ira temperatur: vt in primo Anastasis dictum est: in cap. xxiiij. de signis animosi siue magnanimi: aut de signis equalitatis. De signis audacie cum temeritate dictum fuit in cap. xxxi. de signis bois iracundi: et ẽt isti sunt valde animosi sine freno rationis in ira. Et vnum de istis notaui quẽ hic describo. Et ita sunt dispositi a natura iracundi: dũmodo non sint a passione cõpulsi. Statura erat valde erecta cuius ingressus cum firmis et inflexibilibus genuis cum calcaneis firmãdis in terram: caput formosum: pectus eminens et latum cum colli breuitate atque viuacitate: et spatularum amplitudine: vigilantibus oculis intuitu ferino et cum multitudine radiorum atque maculis flammeis circa oculos. Cuius positura est magis in profundo quam in exteriori parte. Nasus magnus siue colericus aut aquilinus. Erat ẽt babitudine solida atque musculosa. Uox alta sonora et plene spiritu: et celer in motibus. Uadunt isti cum gradibus compositis et similibus beluis de natura sui: vnicam affinitatem babemus in nido nostro. Color eius est ruffus cũ flãmeis obscuris: aut adustis et cum talibus liniamentis tales indiuidui sunt ita figurati.
Linea mensalis lata continua rubra crassa vsque ad tuberculum indicis extensiua audaciam furiosam indicat.
Angulus summus valde seperatus cum rubeis grossis ac flãmeis lineis in martialibus animositatem nimiam indicare videtur.
Angulus supremus coniunctus cum crassis et rubeis lineis hoc est media naturali et cardiaca audaciam largit.
Soror linee vite in monte pollicis nimis protensa atque rubra audaciam intensam indicat.
Linea iecoralis emergens a cardiaca et cum media naturali angulum acutũ causando: in sinistra parte: cum carentia anguli summi: sed residuũ sit cum lineis crassis et valde rubris furiosam animositatẽ minatur.
Quadrãgulus manus cum nimia distantia et cum sũma eminentia atque rubedine nimij animi est signũ.
Manus magna cũ longis digitis atque latitudine palmarum valde animosarum naturam indicat.
Soror linee mensalis crassa et rubra naturam ebulientẽ denotat.
Una linea emergens inter indicũ et mediũ circuẽs montem medij medici et finiens inter annularem et auricularem cum sũma rubedine et continuitate quã lineam aliqui appellant cingulum veneris. Talis linea dico denotat: quod celum inclinat boies ad omne genus luxurie cum masculis aut feminis in vsu masculino: aut cum puellis que babent strictissimam vuluam quia illa strictura incitat virtutem pbantasticã: et sunt vt belue imaginantes puerilem coitum rõne stricture: et sic etiã inducunt ad appetitum deflorandi virgines atque violãdi: et eas qñque suis genitoribus rapiunt: nam sic a natura disponuntur:
Ungues curui ad igneam ebullitionem atque audaciam temerariam homines inducunt.
Uox alta et sonora et plena spiritu ad audaciam ferinas babentes inducit.

Nimia palpebratio oculorũ audaciã intemperatam arguit. Et breuiter omnia signa que cõcurrunt ad nimiaʒ caliditatem hic sunt applicanda cuiusmodi sunt martiales. Ideo vide capitulum de natura Martis in quinto ꝛ in sexto Anastasis nostre.

¶ Capitulum. ccxl. De furibus.

Dicunt aliqui quorũ nomen ignoro. Si in superiori parte pollicis iuxta vnguẽ fuerit talis figura. o. si multuʒ extẽdit fureʒ denotat.

Linea media naturalis tortuosa discontinua ꝛ diuersi color est signum prauitatis ꝛ furti.

Linee quedã grosse ꝛ rubee procedentes a radice auricularis ꝛ extẽdẽtes se per montẽ eius vel iuxta mẽdaces hoies fures inordinatos ꝛ insidiatores facit.

Cuius oculi mouentur velociter: cernẽtes acute calidũ ꝛ latronẽ indicãt. Nota ꝙ est magna differentia inter videre ꝛ intueri: videre absolute est qñ respicies aliquas res quasi sine cõsideratione: intueri est qñ aliquis aspicit aliquã reʒ cũ maxima cõsideratione: ꝛ plerũqꝫ cũ virtute appetitiua valde intensa. Et isti tales mouent oculos eorũ ad oẽs ptes positionis: ꝛ intuuntur idest valde cupiunt ꝛ cõsiderãt res delectabiles: vt faciunt pueri qñ appetunt cerasa aut alias res desideratas.

dide que tñ rare sūt nō sunt ꝓprie femine sꝫ viragines ꝛ
multe ex his sūt ꝓdige pp intēsū appetitū luxurie.

¶ Cap. cclxiiij. De his qui sunt potētes in coitu.

m Edia naturalis recta ꝛ bene colorata ꝛ si cū
palma extenditur apparent puncture eiusdem
latitudinis: virtutis gignitiuis homines potē
tes esse significat.

Linea splenetica seu vesicalis aut mensalis aut genera/
tiua si fuerit bene continua satis lunga profunda lata ꝛ
recta significat bonam cōplexionem: ꝛ virtutē in mē/
bris generatiuis: ꝛ potentiam coitus denotat: q2 virtus
generatiua ibi declaratur.

Triangulus equilaterus cum bona dimensione linearū
ꝛ cum coloribus ipsarum virtutem generatiuam prepa
ratam esse significat.

Notate qd̄ ea oīa q̄ cōprehenduntur sub documēto ca
liditatis ꝛ humiditatis in habitudinibus ꝛ lineamētis
hic possunt accōmodari: vt in primis radicibus dicunt
fuit. Tamē hic accidit magna distinctio q2 proprie coi/
tus in actu est qualificatus ex calido ꝛ humido vt parū
ante dictum est: alia distinctio est quo ad appetitū: ꝛ nō
in re: prout sunt melancolici propter materiā ventosā
euaporatiuā incitantem coitū. Errant illi qui legumi/
nibus cepis aleis ꝛ multis alijs cibarijs vescunt̄: dicen
tes q̄ faciunt abstinētiā vt prohibeant coitum: qm̄ car
nes oua ꝛ cibaria multi nutrimēti sunt causa multi san
guinis: ꝛ per cōsequēs multi coitus. Itē dico q̄ isti ve
hemēter errant ꝛ loquunt̄ tanq̄ insensati. Tamē verū
est q̄ cibaria que multū nutriunt causant materiā co
hibilem. Attamē legumina cepe: ꝛ alia similia parū nu/
triunt: sed ad ventosā materiā habilitantur: ꝛ multū
molestant ꝛ incitant virtutē phantasticā ad appetēdū
coitū: ꝛ supra modū faciūt arrigere. Uidem⁹ rusticos ꝛ
generaliter pauperes oēs: qui olerib⁹ leguminib⁹ cepis
ꝛ similib⁹ vtunt̄: habere plures filios q̄ꝫ diuites. Quia
post exercitiū ꝛ labores nō habēt aliqd̄ remouibile sed
tantūmodo libēter coeūt: q2 in coitu solū ponunt vnicū
gaudiū ꝛ voluptatē: nec aliquid ampli⁹ curant ꝛ hoc eis
euenit vt supra diximus q2 cibarijs ventosis vtunt̄: que
vētositatē cōmouētia coitū inicitant: Ideo laudādus est il
le qui optimis vescit̄ cibis. Un̄ Plutarchus in proble/
matib⁹ ꝓblemate. 93. ait cur moris est vt qui castimo/
niā colūt leguminibus abstineāt. An quēadmodū py/
thagorici fabas ob eas q̄ vulgo dicunt̄ causas abhomi
nabant̄ quasi lethes ꝛ herebi cognomines. An q̄ ad cō/
cenationes: ꝛ manes ꝓuocandos leguminib⁹ maxime
vtuntur an illud magis q̄ ad sanctitatē ac castimoniam
pura ac tenuia corpora habere opꝫ: sunt autē legumina
maxime ventosa: ꝛ ea gignunt: que cum superflua sunt
multe purgationis indigent. An q̄ cū ventosissima sunt
legumina ad res venereas maxime incitent.

¶ Capitulum. cclxv. De his qui sunt vulnerati aut gra/
uiter lesi: sine chyromantici cognitiōe in quo loco ꝛ mē
bro eis accidat lesio illa.

q Uando quedā linea diuidit lineam capitis ꝛ
habeat duo capita vulnera ꝛ passiones dicūt
aliqui ostendere.

¶ Si iuxta lineā capitis in fine ipsius sunt due parue li
nee coniuncte vulnera ex ferro indicant.

¶ Qn̄ angulus supremus nō cōiungit̄ ꝛ distat non no/
tabiliter: ita qd̄ dicte linee sint valde propinque signifi/
cat inigrationē in bello cum aliquo.

¶ Item notaui talem effectum esse ex improuiso pp̄ so
cietatem ꝛ socios esse vulneratos aut propter eos pati
aliquod aliud detrimentum.

Quando linea mensalis fit nuda sine ramis veniēs ad
radicē indicis duriter aliās grauiter vulneratum esse
demonstrat. Notaui pluries vulneratos esse quātitate
aut qualitate cum magna iactura. Curaui ego in quodā
rustico tredecim vulnera cū truncatione etiā manus ꝛ c.
ꝛ euasit. Uidi alium in quo curaui vnicū solūmodo vul
nus cū magna solutione continui. Multos alios etiam
curaui habētes tres aut quattuor vulnera tantum. Ex
his aliqui euaserunt aliqui vero mortui sunt: ꝛ hoc fuit
intensiue ꝛ remissiue sm̄ bonitatē monticulorū ꝛ alia
rum linearū que arguunt penitus cuncta infortunia in
suis negocijs. Unde ego libenter vellem q̄ inimici mei
talem posituram haberent: quia nunquā bonū peruenē
rum ipsis adueniret.

Si quedam linea venerit ad lineam vite intersecās mē
salem significat hominē miserā mortē finiendū: ꝛ for
te propter nimiā culpam vt aliqui tradiderunt.

¶ Si linea subtilis venit ad vltimā partē radicis pol
licis ꝛ descendat p montē ad lineā vite ꝛ mediam natu
ralem plagas ꝛ lesiones ostēdit: vt aliqui consitentur.

¶ Si linea mēsalis ad radicem indicis peruenit ꝛ scin
ditur ab alijs lineis vulneratū ab inimicis denotat vel
q̄ in futurū ab eis vulnera suscepturus est aliqui testant̄.

¶ Si autē talis figura. C. fuerit in loco solis percussio
nem ex ferro minatur.

¶ Si vna linea orit̄ a vitali ꝛ extendat se vsq̄ ad digi
tum auricularem vel prope ꝛ sit quasi flexa vulnerabi
tur vel periclitabitur veluti multi auctores affirmant ꝛ
precipue Albertus summus theutonicus ꝛ Cōciliator
ꝛ alij qui nuncupant talem lineam viā lacteam. Et talia
vulnera vt plurimum accidunt in brachijs vel manib⁹
vt sepissime notaui.

¶ Si quedā linea emergit a linea vite ꝛ iungat̄ cū me
dia nāli vel vulnerabit̄ aut piclitabit̄ vulnerat⁹ vt aiunt
aliqui: sed ego hoc per experientiam nunq̄ꝫ cognoui.

¶ Cap. cclxvi. De his qui sunt interfecti sine cognitione
membri pro quo debet mori.

q Ui autem carebit linea media naturali subito
percussus morietur.

Quādo in triangulo oritur vna linea ꝛ vadit
ad quadrangulū ꝛ in capite sui sit vnica linea intersecās
vt crux violentem mortem denunciat: vt nonnulli aiunt
ꝛ ego etiam multos notaui.

Si quedam linea obliqua reperiatur in digito medio in pugna habens illam succumbet aut erit interfectus: vt dicunt: quod ego ignoro.

Si ex transuerso ante finem trianguli linea transierit: ⁊ ab illa linea vsq; ad finem dirigatur armis mori deno-tat: vt dicunt aliqui chyromantici. Ego tamen hanc li-neam ignoro.

Linea exiens a mensali in fine sursum ascendens inter indicum ⁊ medium hominem vulneribus fortasse mo-riturum ostendit.

Linea mensalis in quacunq; positione fuerit si sine ra-mis reperitur: ⁊ cum infortunio inueniatur talis inter-ficietur ex aliquo accidente.

Si reperiuntur principales linee tantum in aliqua ma-nu ⁊ residuum fuerit infortunatum mors violenta ha-benti accidet.

Si iecoralis linea in fine bifurcata fuerit dicunt moder-ni malam mortem denunciare.

## Capitulum.cclxvij. De his qui claudicant.

m Iror ꝙ apud physionomos de claudicantib⁹ magnam non reperio obseruationem: q2 clau-dicantium magna reperitur copia. Tamen di-cunt multi. Quando linea media naturalis habet duo capita in inferiori parte talis erit claudus ante mortem aut a primitiua aut antecedenti causa contingat: ⁊ non explicetur a qua causa vel in quo membro accidat. Jō ignoro.

## Capitulum.cclxviij. De hyppocrisia.

p Rimi in ordine deceptionum sunt hyppocri-te quia sub specie bonitatis ⁊ deuotionis ho-mines latenter decipiunt. Signa ergo sunt po-nenda.

Si linea media est bifurcata in fine habens illam duas vitas deducet vnam secularem alteram vero religiosam. Talem posituram in multis noctiuagis notaui: hoc est in illis qui nocturno tempore vadunt in synagogis vbi se percutiunt cum vulpinis caudis: in die vero omnia ma-la perpetrant scilicet blasphemias vsuras ⁊ quoscunq; malos contractus: ⁊ ita feminas nota que bigocce aut bighine appellantur. Quarum multe in iuuentute fue-runt meretrices in senectute vero mediatrices ad om-nem luxuriam.

Digitus medius intus craticulatus ingenium melancho-licum denotat presertim in actionibus factiuis: ⁊ aliquā-do hyppocrisiam denunciat.

Si saturnina linea in cauea manus fuerit valde extensi-bilis seu protensa hyppocrisiam denotat.

Dicit auctor incognitus. Si linea media naturalis cum linea cordis superius angulum strictum efficiat: animum celatum atq; hyppocrisiam denotat.

Si linea mensalis fuerit bifurcata in directum indicis aut ex parte digiti medij denotat latentem hyppocritam specialiter aduersus parentes ⁊ amicos quia non dili-git ipsos.

Habemus Bononie quosdam hyppocritas cucullatos qui sunt summe ignorantes quorum nomina silentio pre-tereo: qui sunt vere patres deceptionum sub aliquali spe-cie sanctitatis. Hii quotidie decipiunt nostros ciues ⁊ precipue vanas mulierculas: ⁊ maxime viduas ⁊ infa-nas vetulas: ⁊ quosdam homunculos.

Uix me contineo quin nominē vnū ex his. Qui meo tpe est pessimus homo: ⁊ fuit causa homicidij.

Et adeo sua vafrica effecit: ꝙ pater quidam impius re-liquit filios atq; nepotes. Dando diuitias suas ipsi ad honorificandum ecclesiam: que non vtitur diuitijs nec va-rijs cibis nec pecunijs. Immo iste peruersus cucullat⁹ vna cum suis hyppocritis contubernalibus triumphat ⁊ gaudet de bonis peruenturis ad proprios heredes: nisi iste pessimus religiosus eis fuisset impedimento. Sta-tura huius est paruicula. Color in facie liuidus. Barba spissa cum aliqua canicie incessus curuus cum maxi-ma obliquitate colli caput sphericum brachia breuissi-ma ⁊ ex arte recuruata. Oculi submissi: ⁊ concaui par-uis pleni maculis. Et quando loquitur subridet. Non est homo in hoc seculo magis importunus ⁊ fastidiosus ꝙ iste maledictus homo. Si bene cōsiderabis signa p-notata cum eorum amplis effectibus. Tn̄ vulgus igno-rans plurimum illi tribuit.

## Cap.cclxix. De timidis ⁊ melancholicis.

f I media naturalis vltra manus fossatum pau-latim profundauerit timidi cordis signa ostē-dit: ⁊ melancholicum denunciat: atq; hominē profundarum cogitationum.

Triāgulus paruus in pede medie naturalis denotat me-tum vbi non oportet.

Qn̄ media naturalis habet duo capita in inferiori par-te defectum mentis innuit atq; timiditatem.

Quando quis extendit manum ad capiendum aliquid ⁊ manus eius moderate tremunt: si sit iuuenis ⁊ non sit fortis erit melancholicus timidus tristis ⁊ parue co-gitationis.

Digitus medius intus inter iuncturas craticulatus ar-guit naturam melancholicam: ⁊ multotiens huiusmodi homines sunt solitari vt belue: si alia annexa melancho-liam significantia habuerint ad maximam fatuitatem de-ueniunt cum intellectus carentia vt pluries notaui.

Si prope lineam cardiacam fuerint grana rubra ⁊ pro-tendantur extra versus montem pollicis melancholiam significant ⁊ hominem profundarum cogitationum vt aliqui scribunt.

Si linea media cum linea cordis superius angulum stri-ctum efficiat pusillanimē dicunt arguere.

## Capitulum.cclxx. De verecundia.

i Lli qui verecundantur sunt bone complexio-nis atq; discursus: ⁊ illi qui contrarium faciūt sunt fatui: aut propter nimiam ⁊ furiosam ca-liditatem: aut propter nimiam frigiditatem ⁊ sunt simi-les asinis ⁊ mali moris ⁊ precipue sunt effeminati.

Si in fine linee capitis sit paruus triangulus bene dispo-situs verecundie honestatis ⁊ studij signum est.

Hoc est studet in decorando ⁊ ornando se moribus.

Si in quadrangulo reperiatur signum cuiusdam stelle bene coloratum verecundiam ⁊ bonam demonstrat na-turam cum morigeratione.

Si a linea cerebri exeat alia linea versus auricularem verecundum significat hominem vt aliqui dicunt: quod ego ignoro.

Angulus supremus acutus ⁊ bene positionatus verecū-diam ⁊ bonam naturam demonstrat.

Triangulus equilaterus non cum crassis lineis verecū-diam ⁊ bonam naturam ostendit.

Linea mensalis bene colorata cum trina proportione cuius finis erit quasi in principio tuberculi Jouis: signum est verecundie ⁊ bone nature.

Quadrangulus bene coloratus: ⁊ quod non sit strictus nec valde latus cum equali positura verecundiam ⁊ honestatem significat.

Linea cerebri bene colorata cum trinaria dimensione: ⁊ ꝙ non exeat concauū manus verecūdiaꝫ ⁊ honestatem significat.

Linea cordis bene colorata cuꝫ trinaria proportione cuius inicium sit inter indicem ⁊ pollicem versus dorsum manus ⁊ finiatur prope rascettaꝫ honestatem ⁊ verecūdiam declarat.

Manus concaua cum bona dearticulatione ⁊ proportionata ex parte palme atqꝫ digitorum: ⁊ quod articuli sint boni cum vnguibus latis ⁊ longis cuꝫ rubedine clara verecundiam ⁊ honestatem vite denotat.

Capitulum .cclxxi. De his qui sunt impotētes in coitu precipue in virtute gignitiua.

Manus debilis ⁊ mollis carens linea epatis arguit defectuꝫ virtutis generatiue ⁊ digestiue.

Linea mēsalis est radix significans virtutem gignitiuaꝫ. Ideo sapientes vocant ipsam lineam generationis: si ergo fuerit fracta discontinua aut pallida aut a variis punctis seu fossiculis aut semicirculis obsessa: debilitatem coitus denotat ⁊ fortasse gignitiuam impotentiam declarat.

Si in medio spatio inter lineas trianguli non est planicies ⁊ male coloret defectū caloris dicunt arguere ⁊ per consequēs impotentiā coitus. Nota ꝙ multotiēs impotentia coitus est qualitatiue aliqñ quātitatiue. Igitur cōsidera annexiones signorū atqꝫ concordantiā: aut cōtraoperantiam aliter iudicium tuum est inanitum.

Uidi iuuenē habentē lineaꝫ mēsalem fractā ⁊ capillarē ⁊ quasi omni die coibat: tñ qñ erat cum re delectabili nō poterat coire nisi semel ⁊ in nocte ad plus bis coibat. Et admiratus fui ⁊ conatus sum videre conditionē sui seminis. Et feci ipsum coire pluribus vicibus ⁊ vidi sperma suuꝫ esse albissimū lene equale tenax ⁊ viscosuꝫ. Et inspexi suas manus. Habebat triangulū equilaterum precipue in manu dextra cuꝫ linea saturnina nō in cōcauo manus vsqꝫ ad lineaꝫ mēsalē cum decenti palma ⁊ digitis: ⁊ cuꝫ vnguibus longis ⁊ latis lucidis ⁊ subrubentibus cum bonis articulis: ⁊ tactus mollis cuꝫ bonitate cauee manus: ⁊ erat habitudine sanguinea tendente aliqualiter ad flegma cuꝫ carnea habitudine: collum grossum ⁊ breue caput formosum palliolatuꝫ: caprinis oculis cum bona positura: Paruaqꝫ distantia inter cor ⁊ cerebrū: spatule grosse cuꝫ latitudine pectoris: ⁊ erat bene ventrosus. Accepit iste talis vxorē ⁊ habuit filios. Opꝫ multa considerare in pronosticando rectius.

Cap. cclxxij. De cognitione diuersarum cōplexionuꝫ seu humorum.

Color albus ⁊ quasi pspicuus clarus ⁊ subrubeus equaliter qualitatē cōem ostendit.

Talis enim color debet esse quasi in vniuersū corpus naturaliter bene dispositū. Tria sunt loca in quibus ostenditur potentia colorum primo in facie: secūdo in manibus: tertio vero in pectore: si talis color sit flammeus ociosum dicunt ostēdere: ⁊ maxime si cū ista mobilitas oculorum vt dicunt.

Si talis rubedo sit fusca signum est grossi sanguinis ⁊ denotat deceptorem. Talis color dr inopos ab Alberto ⁊ est color rubeꝰ flāmeus obscurus: sꝫ meliꝰ posset dici color diabolicus: vt in Alexādro pōtifice sexto patebit.

Si autem talis color rubeus appropinquat viriditati vel quasi glaucedini plusqꝫ albedini nigram coleram ⁊ suas conditiones ostendit.

Si auteꝫ citrinitati subtili quasi albedini qlis solet esse in cōualescentibus: ⁊ hoc sine magna materia signuꝫ est emissionis spermatis ⁊ spirituū ⁊ specialiter si eius oculi sint profundi ⁊ mobiles: tales detinent amore heroes siue illisci idest passio amoris.

Alij dicunt amore equorum: idest vt equi habent furiā infrenataꝫ ⁊ irrationabileꝫ in furia amoris: ⁊ ita isti: sed talis expositio non mihi placet: qꝛ passio amoris nō est in ptāte nr̄a: naꝫ ea in veritate est egritudo.

Mihi multum gratulor ⁊ in hoc glorior quod nūqꝫ talem infirmitatem habui: sed appetitum intensum tamē lubricum. Attamen amor causatur a tertio celo: hunc a me deus auertat. Nam delet virtutes ⁊ intellectum obscurat: inuerecundia abundat: timidos audaces facit: insania exuberat.

Si autem albedo superet ⁊ rubedo sit in tm̄ diminuta ꝙ vix appareat signū est flegmatis ⁊ sue cōditionis. Talis enim color solet a priscis nūcupari glaucus. Et si huic colori sit admixta viriditas mali ⁊ flegmatici signum ⁊ suarum conditionuꝫ. Et ille color dicitur color plūbeus cōmixtꝰ cū fusco ⁊ viridi vltimus gradus malicie cōplexionis hoc est mortificationē naturalē caloꝛ ostendit.

Tactus tēperatus ⁊ bonus cōsistit in debita proportione primarum qualitatum ⁊ magis appropinquat caliditati ⁊ lenitati qꝫ frigiditati aut asperitati: ⁊ magis carnositati qꝫ macilentie. Talis enim tactus bonitatē cōplexionis idest equalem complexionem cum bonitate ingenij ⁊ intellectus arguit.

Uene multum late ⁊ apparentes colericum ⁊ suas conditiones ostendunt.

Subtracte idest quasi compresse ⁊ aliquotiens in colore plumbee melancholiam denotant.

Profunde vene in corpore flegmaticam naturam ostēdere videntur.

Uene in debita ꝓportione apparentes ⁊ notabiles sanguineam naturam denotant.

Linea epatis alba in colore ⁊ grossa in substantia multū potest super proprietate flegmatis.

Et si fuerit subtilis ⁊ mali coloris .s. plumbei ⁊ citrini vel rubei attestatur super coleram.

Quãuis basis trianguli in pluribus manibus nō inueniatur nisi in senectute propter exercitia operū qꝛ si in iuuentute cessante labore: ⁊ cū legittima: nō apparuerit: calorem designat ⁊ cutis subtilitatē ⁊ cū hoc coleraꝫ ⁊ eiꝰ ꝓprietates vt sunt agilitas corporis ⁊c. Naꝫ velox est cito loquitur: amat vina fortia: ⁊ cibos calidos.

Si vero manus debilis ⁊ mollis fuerit carens hac linea frigiditatem: ⁊ flegmaticam complexionem significat: ⁊ eius proprietates scilicet pigrum tardum in loquendo ⁊ impeditū: libenter dormientē ⁊ somniātē.

Si locus trianguli sit rugosus ⁊ mollis: flegmaticaꝫ cōplexionem ostendit.

Angulus dexter obtusus siue grossus: inertiam ar-

guit ⁊ sonnolētias rationē soluꝫ flegmatis dominātis.

Si quedam linee parue capillares inordinate fuerint in monte manus: in iuuentute perfectionem nature ostendit: hoc est bone ⁊ temperate complexionis ⁊ potentiaꝫ ostendunt: hoc est sunt apti nati perficere operatiões laudabiles: vt insurgit ex temperata qualitate ⁊ specialiter si sint inordinate multe: ⁊ hoc intelligendum est: si sint conditionaliter colorate. Et si tales linee parue sint versus rascettam: signum est frigide ⁊ flegmatice nature: ⁊ hoc intelligitur quando non sunt rubee. Et si tales linee sunt rubee alium morbum indicant: idest morbum ex cōmixtione humoruꝫ cum multitudine. Si pars illa sit lenis ⁊ mollis erit morbus ex flegmate. Si sit aspra ⁊ sicca morbus erit ex melancholia vel cholera.

Si quedaꝫ crepature idest linee similes crepaturis reperiantur in monte manus prope mediaꝫ naturaleꝫ distinctionem nature ostendit hoc est diuturnitateꝫ vite in diuersis etatibus vsqꝫ ad senectutē perficitur tempus: tamen frigidam complexionem denotat.

Si quedaꝫ linee parue orianť ex radice indicis ⁊ vadant transuerse per ipsum digitum quasi ad superius tēdentes versus dorsum digiti: significant colericum ⁊ suas conditiones. Et si tales linee vadant ad inferius arcuales significant melancholicuꝫ ⁊ suas cōditiones: ⁊ si hec linee oriantur ex latere indicis ⁊ currant recte equedistātes ad aliud latus significant sanguineum ⁊ suas conditiones. Et si quedam illarum linearū vadant ad superius: ⁊ quedam ad inferius est signuꝫ flegmatis ⁊ suarum conditionum. Omnes picte sunt in quinto Anastasis. Ista diuersitas linearum sic positarum ideꝫ importat in medio digito annulari ⁊ auriculari ⁊ similiter iudicandum est. Penitus non obliuiscaris hec documenta que supra notata sunt: quia sunt ex radicibus huius scientie.

¶ Capitulum.cclxxiij. De diuitijs ⁊ opulentijs in diuersis etatibus.

s I in principio linee capitis oriatur quedam linea recta bene colorata ⁊ extendatur vsqꝫ ad indiceꝫ ⁊ finiatur ibi: habens habebit multa bona fortuna sibi denegante: ⁊ hoc erit in prima etate.

Si aūt talis linea vadat ad digitū medium: habebit bonum in media etate.

Si vero ad medicum vel auricularem vadat: habebit in vltima etate.

Si prope lineaꝫ vite iuxta receptaꝫ manus sint linee vt crux vel stella: diuitias significant in senectute.

Linee quattuor equedistātes in latere montis pollicis versus brachium vel in restricta venientes vsus partes eminentiores montis ipsius signum est diuitiaruꝫ ⁊ honorum in prima etate. Si prope iuncturaꝫ pollicis in secūda etate. Si vero iuxta vngueꝫ in senectute.

Si in rascetta varie linee se intersecauerint in debita distantia ad modum ludi scacchorum: diuitias in senectute arguunt.

Stella vel triangulus bene dispositus in rascetta: diuitias in senectute denotat.

Dicunt Moderni ⁊ etiaꝫ Coruus. Quādo in manu in rascetta fuerint quattuor linee quarum due superiores fuerint late. Tenues vero inferiores ad mediaꝫ vsqꝫ etatem vite fortitudinem ⁊ diuitiarum copiam significabunt. Vltra vero ipsam etatem mediam ⁊ diuitiarū diminutionem ⁊ vite indicabunt debilitatem. Hec ego tamen ignoro ⁊ nunqꝫ vidi.

Dicunt etiam si quattuor linee in restricta supernotate fuerint ⁊ due īferiores sint late ⁊ superiores exigue aut tenues. 80. ānorū etatē significāt: ⁊ ī prima ⁊ secūda etate paupertateꝫ significabunt. Sed vltra mediaꝫ etateꝫ ⁊ rerū fortitudinis augumētū significabunt.

Veruꝫ si prima crassa ⁊ secūda subtilis tertia crassa q̄rta subtilis inuēte fuerint. Prima etate fortitudinē ⁊ diuitias significant. In secūda vtriusqꝫ rei diminutionē ⁊ hoc mō si linee crassiores latiores fuerint: bonū indicabunt: tenues vero malum. Vnaqueqꝫ tamen linea viginti etatis annos pollicentur.

Quādo in restricta prima linea de illis quattuor supranotatis discōtinua ⁊ tortuosa fuerit inuenta relique vero insequentes cōtinue in angulo recto ⁊ acuto super lineas exiguas ādictas vite non reruꝫ debilitatem in etate prima significabit. Postea ceterarum linearum inferiorum etiam in vita multo magis prosperabitur. Verum si angulus inuenietur: ⁊ vite ⁊ rerū debilitatē significabit. Hō erit laboriosus absqꝫ honore: modico ingenio ⁊ vitijs plenus: hec ille.

Scutum vel paruus triangulus aut spherica forma in monte indicis bene conditionata ab infantia vsqꝫ ad vltimaꝫ iuuentutem ſm qualitatem sui faciunt egenum: postea vero diuitem.

Stella subrubra in quadrangulo existens in prima etate inopiaꝫ attestatur vltra vero diuitias pronunciat.

Hec figura supranotata in quadrangulo bene disposita inopiaꝫ in prima etate minatur: in vltima vero diuitias vltra modum.

Figura. A. vel. B. vel. C. vel. D. in monte auricularis si fuerit male colorata: pauperem vsqꝫ ad medium vite denunciat: vltra vero diuitias ostendit.

Qn̄ principio linea mensalis fuerit ramosa ⁊ vadat ad superius pauperē reruꝫ effluentiaꝫ attestať. Et quo magis extendūtur rami: eo magis in senectute abundabit. Sed si nō extendať cessabit: qn̄ in fine mēsalis fuerint tenue rerum diuitum significat: ⁊ qn̄ bona radice bonoqꝫ colore fuerit: rerū in secūda etate restaurationem indicat: vt legittimi speculatores autumant.

Dixit fur picte chyromantie quādo mensalis bifurcata in superiori parte fuerit hominem anxium significat: ⁊ laboriosum vsqꝫ ad annos. 20. postea res sue augumētabuntur ⁊ eius cessabunt molestie: hoc inueni in pluribus libris auctorum licet nomina ignorem Vgo tamen etiam hoc recitat.

Si a rascetta oriatur linea saturnina recta ⁊ cōtinua bene colorata ⁊ extendať vsqꝫ ad mediaꝫ naturalē in principio: competentem vitam significat in fine vero meliorem: contrariam habeo ego in manibus meis qꝛ ipsa se extendit vsqꝫ ad mensaleꝫ: ⁊ ita semper retrogradatus fui a fortuna in hora non bona.

Dicūt quidam quod qn̄ basis trianguli flexuosa fuerit angulusqꝫ vite altior: pauperem rebus ⁊ animo debilē ostendere videtur. Et quādo senectuti appropinquabit ab alijs ob inopia ⁊ rerum penuria adiuuabitur.

Dixit Coruus quādo duo rami inueniantur a linea vite nascentes: ⁊ per triangulum transeuntes. Etiā si lineam mediam secauerint post res aduersas: prospera ventura esse significant. Notandū vero est qꝫ huiusmodi rami sunt partes linee prosperitatis qn̄cūqꝫ linee vite vniunť ⁊ in ramorum specie egrediuntur.

Cruces seu stelle in monte manus significant quod ha/bentes acquirent diuitias cum magno labore: in senectute vero cum honore.

¶ Capitulum.cclxxiiij. De cauillatoribus et solertibus mechanicis.

m Anus craticulata: cauillatorē hominem dicit ostendere: sed in his que manu fiunt: solertes et ingeniosum autumant.

Obseruatum est apud me quod angulus summus acutus: aut valde separatus cum lineis martialibus solertem et ingeniosum mechanicum ostendit et indicat. Dicunt quidam recentiores: quod si quis habuerit manus non nimis magnas aut manus paruas. Uerum proportionatas corpori suo talis est magis cōueniens et aptus in omnibus accidentibus suis: hoc est magisterijs que sequuntur accidentaliter et non mere naturaliter.

Digiti longi et subtiles et adinuicem bene proportionati: bonū ingeniū ondūt: et maxime i reb⁹ mechanicis.

¶ Capitulum.cclxxv. De his qui non contentantur in animo suo.

m Anus grossa et callosa videtur denotare illum hominem qui non cōtentatur in animo suo sicut placuit Ptholomeo.

¶ Capitulum.cclxxvi. De his qui sunt curiosi in rebus agēdis varijsque negocijs pertractādis et quicquid agūt faciunt pro alijs et nihil ad eos pertinet.

s I linea saturnina triangulum transeat et vltra: et alia linea a cardiaca ad mensalē lineam perueniat eqlis et ōtinua vsque ad digitū mediū deueniēs: talis habēs curiosus est in negocijs pagēdis: et in varijs rebus se intromittet. Si vero sit equalis et discōtinua: erit in negocijs pro alijs que minime ad se pertinebunt: et significat quod res agentur fm maiorem et minorem eius diligentiam: vt scribunt quidam: sed ego non intelligo quid velint dicere puto quod textus est corruptus. et credo quod intelligāt de linea saturnina simpliciter vt ego quoque multotiens notaui.

Linea recta et profunda veniens a mensali et tendens ad digitum medium siue prope in negocijs curam magnam: et laborem denunciat: vt egomet habeo in manu mea dextra. Si due fuerint vel plures: tanto fortior et valētior est dicta significatio. Si vero linee huiusmodi multum graciles appareant: seu subtiles: hominē de negocijs parum curare denunciant. Et si super ab aliqua linea ex transuerso secentur: talis in suo labore impedimentum patietur.

Si linea que est inter brachium et manū in restricta fuerit recta et continua: hominem in suis negocijs magis quam in alienis sollicitum esse ostendit: si fuerit tortuosa vel discōtinua in alienis negocijs erit magis sollicitus quam in suis.

¶ Cap.cclxxvij. De his qui habent vitam quietam.

n Ulle linee in tuberculo medij vitam quietam denotant: et hoc intelligitur quando tuberculus est tumidus et bene coloratus.

Quando mensa manus est valde bene conditionata et quasi sine rugis vitam quietam denotat.

Quando angulus summus coniungitur recte ex opposito medietatis indicis significat rationabilem felicitatem et inculpabilem vitam.

¶ Capitulum.cclxxviij. De mulieribus que sunt inclinate ad faciendum filios abortiuos.

d Icunt aliqui quod si mulier habet manus viriles cito poterit concipere: sed partum nullum tamen producet.

Si linea mensalis fuerit debilis fracta seu capillaris: aut cum semicirculis difficultatem arguit in retinendo fetu.

Linea mensalis punctuata et debilis: difficultatem retinendi fetum denotat.

Linee valde parue aut intersecte inter primam et secundam iuncturam digiti minimi quot sunt linee tot filios abortiuos arguunt.

¶ Capitulum.cclxxix. De his qui sunt potentes in coitu et apti ad generationem.

m Anus viriles et musculose potentiam coeundi et generandi testantur.

Triangulus equilaterus cum lineis que habeant trinariam proportionem: facit aptos ad generādū.

Linea mensalis cum trinaria proportione et si sit boni coloris virtutem prolificandi denotat.

Linea media naturalis cum bona fixione et latitudine cū bono colore et quādo palma est aperta quasi parua puncta posita sunt in eius latitudine: signum est quod habebit bonam virtutem gignendi atque filiandi.

Omnia quoque signa que concurrunt ad dominium calliditatis et humiditatis his conueniunt. Et huic loco possunt applicari.

¶ Capitulum.cclxxx. De inuidis.

q Uando linea capitis et cardiaca nō bene coniunguntur simul sed distant ab inuicem predicte due linee notabiliter parum spacium dimittentes maximam inuidiam attestari videntur.

Linea mensalis veniens vltra medietatem indicis: signum est inuidie et detractionis maxime si in fine eius sit pallida vel liuida.

Si angulus summus non cōiungitur: et illud spacium sit male rugosum inuidum et deceptores testari dicitur.

Quando digiti sunt parui et tenues: stultitiam et inuidiā demonstrant.

Quando etiam digiti flectuntur in vltima iunctura: inuidiam quoque demonstrant.

¶ Capitulum.cclxxxi. De his qui habent vitam sine cognitione et alij lucrabuntur pro eo.

d Icunt Chyromātici. Si linea generationis diuidatur propem finem eius et duos efficiat ramos: quorum vnus vadat ad tuberculum indicis: alter vero ramus vadat ad medium. Talis habebit virum sine cognitione: et tamen alij lucrabunt̄ pro eo.

¶ Capitulum.cclxxxij. De regibus principibus qui male finiunt et amittunt regum seu dominium.

Angulus summus valde infimus amissionem regni declarat.

Angulus summus valde separatus amissionem status demonstrat.

Linea saturnina non bene conditionata ⁊ valde protensa cū uberrima copia linearū in medio tuberculo amissionem domimj minatur.

¶ Linea mensalis protēsa vsq; ad indicis tuberculoꝝ nuda sine ramis infortunium maximum ⁊ amittere statum suum denuntiat.

¶ Quando vna linea emergit a cōcauo manus ⁊ vsq; ad radicem medij protendat. Omnes in hac arte periti conueniunt in unum q̄ talis positura significat amissionem dominij ⁊ etiam in vinculis mori.

¶ Huiusmodi rei exemplum tibi dabo: quod in manu sit linea cordis: mediaq; naturalis: ⁊ linea mensalis: ⁊ sint nude sine ramis: ⁊ tuberculi sint illiniati atq; depressi: ⁊ insuper linea saturnina sit male cōditionata cū exuberantia linearum in saturnino loco: ⁊ sit disgregatio digitorum cum articulis crassis: dicas tunc quod penitus secundum inclinationem naturalem ille amittet regnum ⁊ vitam.

¶ Alia manus sit bene monticulata ⁊ angulus supremus separatus valde: ⁊ linea mensalis nuda sine ramis ⁊ etiam articuli sint crassi. Dicas tunc ipsum amittere regnum ⁊ malā nece mori. Alia manus sit bene lineata atq; monticulata ⁊ habeat angulum supremum valde infimum cum linea que iniciat in concauo manus: ⁊ extenditur vsq; ad primum articulum medij digiti aut ad secundum. Dicas tunc quod ille Rex vel Dominus in vinculis morietur ⁊ amittet regnum vel dominiū suū. Oportet igitur iudicantem multa considerare: vt ego feci in iudicijs preteritis: precipue in Paulo vrsino: ⁊ Clementio: ⁊ in Hannibale filio Julij varrani principis Camerini. Et similr̄ in Astorgio de Baionibus: ⁊ in Hieronymo staphe perusino: ⁊ in multis alijs: qui male vitam suam finiuerunt.

Si quis me interroget an isti principes ex fortunati erant. Respondeo q̄ eorum fortuna fuit ex causa radicis parentem: scio ac cognosco multos principes vsq; ad hunc diem felices: qui in futurum amittent dominium ⁊ prolem suam que male finiet ⁊ dominiū eius in aliū Regē transferetur. Et istud accidet in reuolutionibus annorum mundi ⁊ in genituris ⁊ directionibus.

Impossibile est: vt aliquantulum diuertam a materia: posse esse bonum physionomum illum: qui non habeat aliquam partem astronomie ⁊ medicine quia magna ⁊ potissima pars huius scientie habet dependentiam ab ipsis.

¶ Capitulum.cc.lxxxiij. de his qui veneno moriuntur aut propter res venenosas aut ex percussione.

Quando angulus supremus non coniungitur ⁊ parum distat: ⁊ quedam linea sit inter duas lineas constituentes angulum: ⁊ predicte linee sint ita propinque quod vtraq; se tangat superius: ⁊ se extendat ad inferius significat mori ex veneno aut percussione (vt dicunt multi) Has quidem posituras notani ego in illustrissimo Carolo de Ursinis domicello Romano benefactore meo. Aliqui dicunt q̄ talis positio significat mori ex catarro vtranq; posituram habebat vt pronosticaui.

Dicunt aliqui q̄ in morte sua non euenit signū aliquod veneni. Isti tales quid sit venenum ⁊ quod sint veneni species ignorant. Sunt hodiernis temporibus venena adeo ⁊ taliter artificiata: quod qui ea suscipiunt incidūt in egritudines incurabiles que in processu temporis interficiunt. Quam rem non explico. Ista Alexander sextus vt aiunt sepius fabricare fecit: vt multorum hominum numerum interficeret. Aliquotiēs moriuntur homines propter res venenosas vt propter animalia rabiosa ob eorum venenosum morsum: aut propter aliquā fungorum speciem: aut per morsum serpentis ⁊ similia. Aut propter pestem que penitus est materia venenosa. Aliqui etiam suffocantur a fumis venenosis. Ut euenit quandoque in fabricantibus puteos. Et in illis qui ingrediuntur foueas nuperrime apertas: in quibus frumenta seruantur: que consuetudo seruandi maxime est in Romandiola: quod sepenumero notatum est.

¶ Capitulum.cc.lxxxiiij. De his qui inebriantur ⁊ ganeis vtuntur.

Sunt alique nationes apud quas nullū est dedecus inebriari: aut vti ganeis. Et quedā est gentium species que est ex inclinatione naturali prona ⁊ declinis ad ebrietatē: vt sunt homines martiales Lenones: Lusores: Caupones: ⁊ illi qui a vulgo nominantur Brentatores: qui precio conducti vina ferunt ad alienas domos: inter illos pono etiam pistores Si reperies in istis signa aliqua ebrietatis intensiue poteris iudicare.

Si ergo media ⁊ cardiaca non sunt coniuncte: ⁊ notabiliter distent: ⁊ colliguntur ab vno vel duobus baculis vtrinq; se tangentibus dicas significare hominem penitentem expensarum ⁊ largitatis facte. Aliquando talis baculus vel baculi oriuntur ex vna ⁊ dabunt prope aliā lineam tunc significatur vinosus ⁊ ebrius.

Ualde ad ebrietate sunt inclinati ⁊ proni illi qui martialem lineam habent: quemadmodum diximus in suo loco: ⁊ precipue illi qui habent angulum supremum valde seperatum ex quacunq; aut modo aut lineatus sit aut non.

Dicit quidam ⁊ precipue Anthiochus. Si in specie et cus media naturalis deflectat mensali: ita quod nullus vel arctissimum in medio spacium derelinquat temulētum atq; cauponarium ostendit.

Scribit etiam Anthiochus noster de angulo supremo ad istud propositum dicens. Si in summo angulo reperiatur due linee equidistātes ⁊ vna ex duabus lineis nō tetigerit ebrietatem cum voracitate pretendere videtur: sed ipse Anthiochus non intellexit nec potuit bene exponere oportet dici vt in precedēti clausula actū est.

Manus grosse ⁊ carnose luxuriam ⁊ ebrietatem dicitur ostendere.

¶ Capitulum.cc.lxxxv. De infortunio circa domum ⁊ familiam.

Si linea semicircularis sit in triāgulo prope angulū summum: ⁊ eius cornua respiciant versus partes digitorū: turbationē familie atq; domus eius significat.

¶ Capitulum.cc.lxxxvj. De his qui perueniunt ad honores seu ad officium ⁊ sunt fortunati apud Reges vel Respublicas.

d E maximis rebus que desiderantur in hoc seculo sunt honores diuitie exaltationes officia ⁊ bona fama. Congruum igitur est de his pertractare.

Linea mensalis cum ramis rectis ad superius tendentibus versus indicem signum est exaltationis: ⁊ denotat honores officia ⁊ dignitates. Et si talis fuerit pauper ascēdet gradatim ad predicta. Hoc signum pro maxima eius fortuna ⁊ augmento habet inclitus genitor tuus o Alexander.

Quando linea mensalis sic figurata vt superius dictum est vadat ad radicem indicis ⁊ in fine eius firmetur: ⁊ ex altera parte quidam ramus eius aspiciat radicem pollicis significat exaltationes ⁊ honores aut officia: ⁊ talis erit dulcis animi ⁊ morigeratus.

Si quedam linee veniāt a radice pollicis vsqꝫ ad lineā vite postremam: que est versus angulum supremum: cupidum honoris ⁊ laudis ⁊ inanis glorie denotant: si aliquas connexa habent significant honores ⁊ diuitias apud principem seu senatum.

Talis figura X in monte pollicis honores videtur ostendere.

Si bine linee oriuntur a mensali ⁊ extenduntur ad radicem medii: ⁊ precipue quando sunt equedistātes cū bono colore honores ⁊ dignitates seculares aut ecclesiasticas denotant.

Si quedam linea oritur a cardiaca cū trinaria ꝓportione: ⁊ sit boni coloris: ⁊ transeat per caueam vsqꝫ ad radicem indicis in modum sulculi honores diuitias ⁊ dignitates summas ⁊ officium apud principem arguit.

Si vna pulcherrima linea oriatur a mensali ⁊ cum trinaria eius proportione in modum sulculi ad radicem medici deuenerit honores dignitates famam ⁊ officia apud principem euenire dilucidat.

Si quedam linea notabilis recta ⁊ bene colorata incipiat a radice indicis ⁊ vadat vsqꝫ ad mediam iuncturam vel prope ipsam significat honores cum audacia.

Inquit Anthiochus noster: scala vel gradus in indicis tuberculo: ⁊ eius cacumina annexa sunt gradatim honores ⁊ dignitates: habenti tale signum ministrat.

Dicunt quidam: quando due linee oriantur a rasceta cōtinue ⁊ ad radicem ānularis deueniunt seruitutem principum significant ⁊ talem fortunatū: quippe cum principes amaturi sunt ⁊ muneribus donaturi.

Figura vt sic. b. in monte iouis denotat habentem esse fortunatum ⁊ diuitem erit quoqꝫ talis dilectus ⁊ valēs apud reges.

Linee vt crux aut stella in spacio prime ⁊ secunde iuncture indicis amicitiam magnorum dominorum denotant adeo ꝙ habentes tale signum ab eis bonum recipiet vt dicit auctor cuius nomen ignoro.

Figura talis. f. in monte commixtionem cum regibus ⁊ in rebus ipsorum dispositioni habitis significat.

Figura. g. in tuberculo solis significat hominem letum manentem cum principibus ⁊ maioribus terre sue.

Dicunt quidam si nodus carneus bene dispositus recte per articulum medium incesserit magnam omnium rerum peritiam ⁊ maximas opes munere principum denotabit: hoc tamen ego per experientiā nunq̄ vidi neqꝫ intellexi.

Capitulum cc.lxxxvii. De infortunio in diuitijs atqꝫ negocijs ⁊ de eis qui non cadunt magnam copiam angustiarum.

f I linea mensalis sit nuda sine ramis ⁊ veniat ex radice indicis infortunatum ⁊ sine diuitijs esse minatur. Et magis hec sententia corroboratur si tuberculi sunt pallidi.

Si linea mensalis sit connexa cum linea capitis ⁊ linea vite: ita quod angulus tausetur infortunium maximum minatur ita ꝙ desiderabit se nunq̄ venisse in mundum.

Linea mensalis recta ⁊ subtilis in fine eius versus montē indicis infortuniū ⁊ substantie diminutionē ꝓmittit.

Si linea mensalis non firmetur iuxta digitos: sed tantum terminet se ad digitum medium habentem ducere vitam suam sicut auis. hoc est ꝙ permanent in continuo timore quemadmodum aues in ramusculis ⁊ nidis suis occultantur: cum periculose recipiant alienas insidias. Ita quod habentes talem posituram sic se habent vniuersaliter in vita sua ⁊ in negocijs suis ita quod habeat vniuocum infortunium.

Alij dicunt: quod si dicta linea mensalis in fine sui fuerit subtilis ⁊ rubra omnia predicta minuuntur: si vero fuerit grossa ⁊ rubra augmentat.

Quando linea mensalis est bifurcata versus indicem vel medium signum est laboris in tota vita sua.

Si linea mensalis mādauerit vnicum ramusculum inter medium ⁊ medicum labores ⁊ angustias ostendit: si sit subtilis ⁊ rubra omnia predicta minuuntur: si autem sit grossa ⁊ rubra auget significatum.

Si linea mensalis in pluribus locis intercisa fuerit labores sine requie denotat.

Alius textus dicit ꝙ labores ⁊ angustias cum Regib9 significat vtraqꝫ sententia a me est experta.

Tenet Mercurius ꝙ quando linea mensalis in vltima sui parte ascendit versus indicem arguit infortunium: quod a me obseruatum est: ⁊ hoc intelligitur in omnibus negocijs.

Si in quadrangulo manus reperiatur quedā crux male disposita tortuosa ⁊ inequalis etiam significat infortunium.

Si linea que dicitur principum reperiatur in monte solis: ⁊ si fuerit obsessa valde a multis lineis: habens fugiat a societate Regum: quoniam ratione eorum patitur iacturas: angustias ⁊ maximum infortunium ⁊ fortasse carceres cum mortis periculo.

Si linea mensalis curuatur inter medium ⁊ indicem angustias ⁊ infortunium attestatur.

Angulus summus si coniungitur in cauea manus angustias ⁊ iacturas in omnibus suis negocijs significare dicitur.

Angulus summus separatus valde labores ⁊ angustias pollicetur.

Si vnguis pollicis non rubeus fuerit ⁊ planus vel pallidus infortunium facit: ⁊ hec omnia intellige tam in viris q̄ in mulieribus.

Que tamen consideranda sunt diuersimode vt in diuersis manibus diuersis temporibus artibus atqꝫ etatibus.

Si mensa manus fuerit inequalis infortunium ⁊ labores minatur.

Et nota quod ea omnia que diximus in capitulo de damno atqꝫ infortunio hic poterunt applicari.

Scias attamen (vt dixi) quod penuria linearum est

magis detestima quam earundem linearum exuberantia.

¶ Capitulum.cc.lxxxviii. de his qui sunt bilingues adulatores atque mendaces.

Quando mensalis linea vel rami eius vadunt ad lineam capitis superius certa sibi proficua talis capiet: adulator erit et in verbis mendax eritque placens gentibus: et in absentia pungit vt venenosus scorpio et de aliis murmurat vt manifestum est.

Multe linee in monte pollicis intercise seu conglomerate et subtiles defectum mentis et mendatium ostendunt.

Si quedam linea fere ut centura iuxta supremum angulum sit et respiciat indicem talis est bilinguis et propria lingua ledetur.

Manus parue arguunt mendacia adulationes dolos et fraudes.

Digiti concaui et indispositi ad indicem non bene se coniungentes mendacium significant.

Scribunt quidam quod si linea mensalis in cauea manus habuerit plures ramos riuulosos significat hominem fellitum et concipientem in negociis peragendis diuersa proposita et varia et pauca veritate ea prosequetur.

Quando media naturalis sit nimis breuis et discontinua inconstantiam verborum arguit.

Si in principio medie naturalis sint linee similes arbori palmei et tales linee sint valde magne et curue: et tales rami vadant ad inferius respicientes montem manus inconstantiam et mendatium demonstrant.

Angulum supremum valde separatum dicunt aliqui mendacium et lingam serpentinam significare.

Quando inueneris Mensalem efficientem duos ramos vnum ad indicem alterum ad medium digitum deuenientem adulatorem atque mendacem dicunt significare.

Si autem talis figura.f.fuerit in loco Martis falsum mendacem proditorem propter quod malum habebit denotat.

Raro est quod Claudi: Strabones: Lippitudinarii: Sibbosi: aut diminuti in aliquo corporis membro et incommensurati sint recte nature: et quod sint sine mendacio et fraudulentia et quod non habeant serpentinam naturam.

Aliqui dicunt quod diminuti accidentaliter non sunt huiusmodi nature.

Ego autem dico et affirmo hoc esse falsum. Quia complexiones habent determinatam commensurationem membrorum. Deficiente autem propria latitudine deficit etiam talis complexio. Uidi plures qui per accidens fuerunt diminuti in aliquo membro: qui prius fuerant complexionis laudabilis qui post excessum facti fuerunt melancholici. Dicant illi quicquid velint penitus sunt incommensurati: sunt tamen tales ingeniosi in suis negociis.

Color rubeus obscurus mendacium: dolum: et fraudes significare dicitur.

Color liuidus flauus aut cineretius facit homines qui non euitabit vti mendatio.

Notaui hominem verbosum et mendacem pessimeque nature hoc modo figuratum. Cuius habitudo fuerat carnea cum soliditate. Pinguis erat et mediocris stature. Capilli communiter laudabiles in colore figura et substantia. Facies rotunda bene tumide: Frons bene conditionata. Cilia arcualia anguli oculorum carnei vt milui habent. Oculi tumidi celestes. Nasus latis magnus sed in summitate obtusus: nares late: subnasium foueatum: et labium superius magnum spissum et paruper euersum ac retortum. Labium inferius spissum magnum et lassum: Os magnum dentes magni. Mentum rotundum carneum fossiculatum. Auriculas habebat magnas atque caducas submentum carnosum. Collum curtum carnosum et viuidum ex vno latere curuum. Spatule eius erant magne. Pectus latum et mamillosum. Magnam quoque distantiam habebat inter vmbilicum et pomum granatum magis quam a pomo granato ad furculam gule. Habebat etiam ventrem solidum crura pinguia et breuia: Brachia curta et grossa: manus paruas et crassas Ungues curtos et clare subrubentes. In vola manus cuius media naturalis et cardiaca fuit coniuncta in angulo acuto terminans in directo inter medium et indicem. Linea mensalis erat cum ramusculis in mensa manus respicientibus. linea capitis seu cerebri: et media naturalis breuis et discontinua in cuius principio erant linee magne et curue vt arboris palme respicientes montem manus. Mons veneris erat tumidus non bene lineatus. Tuberculus iouis lineatus atque depressus: et saturni mons in lineis multis opulentus: linea saturnina a rasceta ad mensalem deueniebat discontinua et male colorata: mons solis non bene erat conditionatus: mercurii locus optime condionatus existebat: lune monticulus eminens et variis lineis obsessus erat: ingressus eius erat similis cogitabundo: cum velocibus et breuibus passibus. Notaui eum quando bibebat: ipse enim cum ciatum ex ore deponebat allongabat labia cum tumefactione vt faciunt pueri quando sorbillant circa papillas mamillarum sue genitricis.

¶ Capitulum.cc.lxxxix. de signis bone morigerationis et societatis.

Quando linea mensalis est bene conditionata et recta sub indice ac in palma extensa. signum est bone morigerationis secretarum personarum et bonorum morum.

Linee conglomerate vt stella bene colorata in quadrangulo arguit bonitatem morum et laudabilem conuersationem.

Mensa manus perpulchra et equalis cum decenti latitudine sine linearum intersectione bonos mores atque societates laudabiles prestat.

Linee procedentes a media naturali versus lineam mensalem si sint bene apparentes et boni coloris bonos mores atque naturam prestant. Et ea omnia que diximus in capitulo de equalitate ingenii huic loco applicanda esse videntur. Rex morum atque honeste vite est iupiter. Ideo mons iouis inspiciendus est: postea solaris locus et post veneris locus qui prestat etiam mores tamen cum aliquali lasciuia: et si minimus digitus et eius tuberculus est bene lineatus. Saturnus et Mars sunt pessimi. luna vero conuertibilis ad vtranque et femina flegmatica et sic considerabis.

¶ Capitulum.cc.xc. de signis iracundie.

Si linea mensalis sit valde extensibilis ita quod egrediatur palmam versus indicem iracundificat si a multitudine ruboris sit diam signiobsessa precipue in sui fine.

Si clausum pugnum semper quis teneat impetuositatem

ꝛ iracundiam significat.
Linea arcualis inter indicum ꝛ medium existens ꝛ per tuberculum pertingens vsq; ad minutulum que dicitur cingulus veneris iracundiam ferinam videtur ostēdere.
Tremor manus in iuuene sano ostendit quod talis est facilis ad vehementem iram: vt ego habeo in manibus meis: si vero tremor fuerit multum fortis signū est vitiose complexionis: ꝛ talis de facili irascitur. Melancolicus multiuolus ꝛ malignus est.
Si cardiaca ꝛ media non coniunguntur ꝛ illud spaciū sit callosum aut durum vel siccum ac coloratum absq; causa significat irasci.
Linea cardiaca nimis rubra iram significat maxime in parte superiori.
Si cutis manus maxime palme grossa ꝛ dura fuerit naturaliter cum rubore principalium linearum iracundiam denunciat.
Cutis tenuis ꝛ rugosa cum continuo calore palme significat iracundiam.
Color ruffus ꝛ oculi lucentes ꝛ mobiles iram atq; furiam declarant.
Pallor cutis condescendens ad liuidum aut ceruleum iracundiam denotat.
Dicunt aliqui ꝙ si linea cerebri sit nimis grossa ꝛ rubicunda iracundiam declarat.
Si locus trianguli cum liuore fuerit iracūdiā denotat.
Rex iracundie est mars ergo martialis positura iracūdiam minatur.
Dubitāt aliqui dicentes: si ira est accensio sanguinis circa cor: ꝛ ꝙ procedit a caliditate: ergo falsum videtur dicere ꝙ femina est vehemens ad iram vt actum est in radicibus nostris de diuisione sexus quoniam femine sūt masculis frigidiores. Respondetur quod due sunt diffinitiones ire vna est materialis altera vero formalis. Prima tangitur a philosopho in libro de animalibus. Et etiam ab Alberto in eodem loco: quod est accēsio sanguinis circa cor. Altera est in libro ethicorū dum dicitur. Ira est appetitus ad vindictam. Prima est materialis alia formalis: ꝛ vtraq; tangitur ab Auerroe si bene memini in secūdo de anima. Ira que est accensio sanguinis circa cor est vehementissima in masculino sexu: ꝛ precipue in calidis indiuiduis. Secunda que est appetitus ad vindictam est magis in feminis ꝛ in indiuiduis frigidis ꝛ presertim in melancolicis: ꝛ quāto animal est magis vile ꝛ abiectū: tanto eius appetitus est intensior. Homo post recessuʒ inflāmationis si est bene natus minus retinet species vindicte: precipue propter bonitateʒ intellectus ꝛ rationabilis discursus: ꝛ ob hoc est magis placabilis. Femine vero propter imperfectionem materiei sunt implacabiles malefice quoniam ita euenit in frigidis indiuiduis ꝛ non bene natis.

¶ Capitulum. cccxci. De numero nuptiarum ꝛ vxorum.

Non nulli celeberrimi auctores dicunt quod tot linee quot sunt iuxta auricularem in latere manus prope mensalem idest inter mensalem ꝛ auricularem quot linee apparebunt venientes quasi ex dorso manus tot vxores manifestāt: si oblique fuerint preteritas: si vero recte futuras: ꝛ quot parue linee ibi inuente fuerint tot concubinas loco vxorum dicunt manifestare: si vero antedicte linee sint intercise vt plurimum vir accipiet vxorem corruptam: si obliquas lineas reperies malam mulierē accipiet: si magne et iste linee vitam diuturnam habebunt: si vero parue parua vita iudicanda est: si autem fuerint dicte linee cum trinasua sui proportione ꝛ magne cum bono colore: ꝛ tuberculus veneris ꝛ alij montes fuerint fortunati denotant diuitias propter vxores. Et precipue si tales habuerint signa que ostendunt diuitias aut hereditates mulieris gratia: vt ante dictum fuit.
Linee extense a radice pollicis per montem ipsius quot linee fuerint tot mulieres vxoribus similes dicit ostendere. Et in manu mulieris tot homines vel amicos maritis similes denotant. Si sint recte extense ꝛ pulchre tot predictis mulieribus aut viris copulabuntur. Et si infra predictas lineas sit aliqua maior altera signuʒ est habere talem mulierem aut talem hominem maiorem in diuitijs ꝙ̄ fuerit genus suum.
Dicunt etiam quidam quod quot linee secant primam iuncturam medici: tot viros accipiet mulier: ꝛ tales intersecationem dicunt Chyromantici esse per longitudinem iuncture non autem per latitudinem.
Dixit pictor Chyromanticus: quot lineas in femina inueneris a prima anularis iunctura ad secūdā: ꝛ ille sint recte ꝛ pulchre totidem maritos significat feminam habituram: hoc vero falsum ꝛ erroneum est. Nam sunt aliqui qui in tali loco habent viginti lineas aut decem. Et nunquam inuentus est vir qui habuerit in suo periodo sex vxores.
Dixit auctor cuius nomen non bene memini: quod quā linea saturnina oritur a radice brachij ꝛ extendatur ad annularem digitum: ꝛ tamē nō tāgat ipsum digitū denotat ꝙ vxoribus vel amasijs copulabitur.

¶ Capitulum. cccxcii. De signis castitatis.

Si spacium montis auricularis sit puruʒ ꝛ bene coloratum stabilitatem animi atq; castitatem ꝛ continentiam demonstrat. Alij vero dicunt ꝙ si talis monticulus fuerit sine signis purus ꝛ nitidus significat virginitatem ꝛ quod nunquaʒ talis corrumpetur.
Si quedam linea notabilis recta subtilis ꝛ decenter colorata oriatur a mensali ꝛ vadat ad radiceʒ auricularis significat in muliere virginitatem seu castitatem.
Dicit auctor icognitus: si venerit vna linea subtilis ꝛ eq̄ a linea capitis ꝛ trāsierit lineam mensalem ꝛ veniat ad auricularem virginitatem ꝛ castitatē significat. Et quāto magis grossa ꝛ magis equa fuerit talis linea tāto minus casta mulier denotatur.
¶ Si vis cognoscere virginitatē mulieris. Videas manum mulieris stomacho eius ieiunio. Et si habuerit lineas graciles ꝛ pallidas. Tunc illa mulier est virgo: sed si fuerint linee late ꝛ rubre vel fracte infallibiliter talis est corrupta vt aliqui testantur.

¶ Capitulum. cccxciij. De signis eorum qui sunt patricide vel fratricide.

Semicircularis figura prope mediam naturalem in ascensu manus patricidam aut fratricidam dicunt significare.
Si quedam figura vt stella reperiatur in supradicto loco signum est incremēti malitie ꝛ malignitatis vt dicunt huius artis auctores.
Si in monte manus iuxta lineam vite prope rasceptam

reperiatur talis figura [figure] patricidam siue sacrilegū dicunt denunciare.
¶ Littera.C.in monte annularis patricidam minatur. Figura vt hec.d.in triangulo patricidam significat.
¶ Dicunt quidam recentiores q̄ quādo a mensali oria tur notabilis linea in directo auricularis prope percussionem: et perpendiculariter tendat ad montem lune occisorem proprij genitoris denunciat. De hoc vsq; ad hūc diem iudicaui neminem.

¶ Capitulum.ccxciiij. De his qui patiūtur damnum in famiam aut persecutionem apud Reges.

f I linea solaris sit obliqua et male positionata arguit apud reges infortunium maximum et aliquando carcerem.
¶ Si dicta linea sit male disposita ratione essentie loci et sit conglomerata aut obsessa a multis lineis infortunium precipuum apud principes denotat. Et quādo aliquis talem habet posituram fugiat presentiam et cōuersationem principum et regum: et si tales linee oriantur a mensali seu a mensa manus tale infortuniū euenit propter inimicos. Qui infamant ipsum apud regem. Si linea principum habet maiorem vigorem q̄ habeat linee que secant ipsam ab infortunio tali bene euadet.
¶ Et quot fuerint linee supradicte tot etiam inimicos ostendunt: et maiores et minores secundum presentiam ipsarum linearum.
¶ Aliqui scribunt q̄ illud quod dictū est sub istis verbis: quando bonorum linea intercisa fuerit et discontinua: et q̄ nonnulle rimule eam intercidunt: tales habentes hoc aufugiant dominos sub ibunt nāq; vite amittēde periculū: et eo magis q̄n dicte linee pallide fuerint q̄d etiam coruus noster in suo picto opere describit.
¶ Scala vel gradus in indicis tuberculo si fuerint eius acumina annexa et scissa supra modum transuersalibus lineis odia damna et persecutiones magnorum principum arguit vt dicunt: et credo q̄ sit Anthiochus inter alios.
¶ Si quattuor vel quinq; linee intersecant lineam mēsalem in diametro medij digiti labores angustias et anxietates cum principibus et regibus scribunt significare adeo quod partem sue substantie sit faciliter ammissurus.

¶ Capitulum.ccxcv. De tyrannica natura.

m Anus longe et graciles naturam tyrannicam demonstrare dicuntur.
¶ Linea mensalis extensa vsq; ad tuberculū indicis cum liuore aut rubedine tyrannicam et crudelē naturam denotat.
¶ Linee naturales valde extense tyrannicam naturam penitus arguunt. Efficiuntq; corpus colericū et pariter complexionem: et animam indicant rapacem atq; etiā tyrannicam naturam dilucidant: et eundem effectum facit nasus aquilinus et assimilatur aquilis.
Color rubeus obscurus tyrannicam ac rapacissimā naturam designat.

¶ Capitulum.ccxcvi. De penitentia largitatis.

f I in summo angulo sit transuersalis linea vel due vtrāq; lineam anguli pertingentes et non egredientes sed equedistantes factarum expēsarum et largitionis penitentiam dicunt ostendere.

¶ Capitulum.ccxcvij. De loquacitate.

m Anus tenues et curte longe lingue et loquacitates dant indicium.
¶ Si digiti manuum immoderato spacio inter se distent loquacitatem et leuitatem indicant.
Quando etiam digiti sunt dispersi loquacitatis signū ostendunt.
Quando basis trianguli finitur in cauea manus et non adhereat cardiace facit hominem timidum inconstantem et loquacem.
Manus quoq; intorte et tenues loquacitatem videntur ostendere.
Si aliqui propter quandam suam consuetudinē tenēt manum rectam et digitos suos extensos in longum loquacitatis et vanitatis signa esse dicuntur.
Quando due linee habuerint principiū suum a rascetta continue et vadant ad radicem digiti minutuli loquacitatem et presumptionem testari dicunt.

¶ Cap.ccxcviij. De cogitationibus varijs et malis.

q Uicūq; percutit digitos ac si vellet timpanizare q̄n cogitat signū est variarū et malarum cogitationū s̄m aliquos chyromanticos.

¶ Capitulum.ccxcix. De his qui perueniunt ad dignitatem regalem seu ad coronam.

f Tella in loco solis vel Iouis coronam vel regiam dignitatem pronunciat.
Circulus vel forma spherica i loco Iouis ad coronam vel regiā dignitatē ascensum indicat vt autumant antiqui patres egyptij atq; aliqui recentiores.
Si linea saturnina a vitali oriat: rectaq; vt sulculus ad tuberculum solis deueniat Regiam dignitatem cū summo honore chyromantici dicunt denunciare. Si vna vel bine linee oriantur cum eorum trinaria proportione a linea mensali nec in aliquo loco intersecetur. Et etiam deuenerit ad tuberculū solis in duas partes velut sulcus: et porrexerit se ad radices digiti ad principatum vel Regiam dignitatem talis habens deueniet. Preterea scias quod oportet aliarum linearum ac tuberculorum proportio'[nem] talis prestari. Talem posituram vt diximus superius habet Pandulphus petrucius senensis senatus caput et dux optimus. Similem quoq; posituram magis ac peroptime tenet felicissimus genitor tuus o Diue Alexander: et meliorē vsq; ad hunc diem nō vidi in homine aliquo: et scias q̄d impossibile est eū vsq; ad mortem a principatu posse remoueri. Et tandem morte laudabili diem suum claudet extremum. Non mirū est si Alexandri pontificis sexti iustissimi: et Ualentini crudelissimi principis furorem ac rabiem potius euitauit.
Si autem figura.b.erit in loco solis talis erit sapiēs boni ingenij dilectus a magnatibus et vniuerso populo. Et tales aliq̄n visi sunt exaltari ad regias dignitates.
Figura talis.D.in loco solis ostendit hominē diuitem et fortē: et qui fortasse adipiscet ab alienis diuitias. Et aliq̄n talis exaltabit ad regias dignitates. Et si fuerit rusticus aut viliozis progeniei et habuerit bonam posituram s̄m qualitatem suam augebitur eius status: et habebit imperiū sup gētes sui generis et status. Nisi stellā fixam habuerit auxiliantem ei vt aliquotiens accidit q̄ talis posset habere bona plusq; esset suū genus: sed hoc chyromanticus ignorat: et non potest predicere vltra illud quod ostendit positura ratione linearum.

¶ Capitulum.ccc. De his qui patiuntur persecutiones et fugas propter prelatos aut sacerdotes.

Tales figure vt hic demonstrantur [figures] in loco iouis sacerdotum persecutiones ⁊ detrimenta eorum causa manifestant vt antbiocus pinxit atq; alij moderni

Scala vel craticula valde implicate in indicis tuberculo pesecutiones ⁊ fortasse carceres prebent sacerdotis causa vt aliqui tenent.

Linee que sunt in specie acuti anguli se ad inuicem secantes inter indicem ⁊ pollicem Jacturas ⁊ persecutiones sacerdotum causa demonstrant vt antiqui egyptij tenēt ⁊ etiam aliqui alij moderni.

Capitulum.ccci. De his qui sunt veridici in suis promissionibus.

Sola ampla linea ⁊ profunda inter indicem ⁊ pollicem si extiterit veritatem ⁊ promissorum fidem prestat.

Linee procedentes a linea cerebri versus generationis lineam si fuerit bene apparentes ⁊ boni coloris veritatem promissorum significant.

Bine linee equitantes se vterux quando sunt bene conditionate in quadrangulo. Et quando crux a' media naturali sit remotior tanto magis promissorum adimplet complementum.

Dixit Ugo si inter principium medie naturalis ⁊ indicem plures linee transuersales videātur equedistantes satis apparentes ⁊ non secentur p lineas aliquas in longum positas veritatem promissorum significant.

Figura talis. C. in loco veneris veridicam promissionē denūciat. Et nota quod ea omnia que scripsimus in capitulo de qualitate ingenij hic referri possunt. Et econtrario de ingenio nephando atq; prophano.

Capitulum.cccij. De his qui in pecoribus habent fortunam ⁊ lucrum.

Dicunt recentiores quod si mons pollicis plenus rimulis fuerit in pecoribus felicitatē pollicetur. Et hoc intelligitur si residuū manus fuerit fortunatum.

Si per contrarium pauce fuerint remule in pecoribus infortunium ostendunt.

Si autem volueris altius considerare de fortuna ⁊ infortunio in animalibus. Oportet quod tu legas atq; diligenter speculeris omnes libros astronomorum ⁊ aliorum doctorum: ⁊ precipue picatricem summū ⁊ ingeniosum virum in varijs doctrine generibus: ⁊ considera animalia que reguntur sub varijs planetis: vt verbi gratia. Equus regit a marte. Asinus a saturno. Aues ac volatila a venere. Pisces ⁊ rane a luna ⁊c. Et etiam est habenda consideratio. De animalibus que habēt cōmunionem cōmixtionemq; cum planetis eis dominantibus. Et proportionare animalia ad tuberculos digitorum: ⁊ ad fortunam indiuidui: ⁊ ex figura faciei: ⁊ postea poteris pronunciare sermonem tuum: ⁊ sic similiter poterunt considerari magisteria natorū ⁊ merces. Et etiam hec corroborantur cum astronomicis figuris ⁊ geomanticis cum quibus talibus facultatibus voluerit vti: ⁊ sic ad vltimum finem penetrabis. Possumus etiam videre per auguria ⁊ alia vaticinia: si tu scis pronunciare secundum inclinationem naturalem ⁊ non necessitatem: ⁊ latrent ignorantes quicquid velint.

Capitulum.ccciij. De his qui habent maximā sitim acquirendi diuitias ⁊ pp̄ter hoc sunt in cōtinuis maximis laboribus ⁊ nunquam ad eas pñt puenire.

Si in quadrāgulo rubea stella extiterit: ⁊ quadrāgulus in medio sit angustus ⁊ habeat amplitudinem in extremitatibus iste homo continue laborabit in exquirendis diuitijs: ⁊ tamen nunq̄ ad eas perueniet.

Capitulum.ccciiij. De his qui sunt fugiendi propter exhuberantiam vitiorum.

Quando media naturalis cum cardiaca est nimis distans diuisa inequalis ⁊ obliqua etiā fuerit caliditatem in hoīe significat: ⁊ eū qui nimiū sibi placuerit. Liuorem quoq; denotat crudelitatem īmanitatē: sermocinatorē: detractorem ⁊ stultū. Denotat quoq; luxuriam prodigalitatem: mendaciū: instabilitatē: ambitionē malignitatem: infidelitatem: ⁊ hominem sine religione. Et in seruo qui sit in captiuitate difficilem recuperationem. In principe calamitatē ⁊ miseriam cum misero ⁊ detestabili fine: ⁊ raro est q̄ a nulla proportione subijciatur talis positura. Caueatis vos principes a seruis qui habent talia lineamēta. Nisi velitis eis vti ad aliquā tirānidem aut carnificinam ⁊ crudelitatem. Nā isti tales ad hoc sunt optimi ministri In milite vero supradicta positura non est mala: tamē non sunt fortunati: ⁊ si aliqualem habent fortunam eā lubricam esse testor: ⁊ raro euenit qd̄ isti tales habeant bonum exitum.

Capitulum.cccv. De numero ⁊ nobilitate fratrum.

Quando in digito pollicis reperiuntur quedā linee rubee notabiles integre que scindant fortiter primam iuncturam pollicis ⁊ vadant versus ipsum digitum denotant secundum numerum nobilitatem fratrū aut sororum ⁊ si sint fracte aut delete mortuos fratres videntur denotare.

Capitulum.cccvi. De his qui sunt proni ad bellū seu ad artem militarem.

Si quedam linea sit notabilis ad pedem digiti medij talis habens hanc posituram erit sufficiens in agibilibus ⁊ maxime ad bella promptus: tamen erit dure ceruicis.

Lineas martiales si quis habuerit veluti antea declarauimus in capitulo de natura martis pro nos facit homines ad militarem disciplinam: ⁊ cum hoc tamen si angulus supremus sit valde separatus nō euadet infortuniū aliquod seu carceres ⁊ fortasse non poterit effugere miserabilem mortem.

Linee principales rubee crasse magis q̄ tenues ⁊ continue ad militiam ⁊ ad bellum pronitatem ⁊ inclinationem inducit. Et hoc maxime si linea mensalis cum trinaria sui proportione ad indicis montem deuenerit ⁊ in fine sit rubra vel liuida.

Triangulus non cum tenuibus lineis si reperiatur cum rubore animū inclinatum ⁊ procliuē facit ad bella ⁊ ad militiam militarem. Si linee erunt bone ⁊ que ad augmentū fortune pertinent: ad dignitates talis habēs peruenit vt ante notaui in capitulo de illis qui ad dignitates deueniunt: sed notandum est q̄ imperatores exercituū non debent accipere in suis militaribus negocijs viros effeminatos ⁊ comatos: qui femineos habent incessus. Ut ante dixi in pluribus locis. Immo eligere debent illos qui non diligunt delicias: nec delectant ornatis indumentis: nam vt dicit poeta naso fine coli modico forma virilis amat: sed eos querere debent qui habēt pellē rubiginosā ob adustionē solis causatā: ⁊ eos

qui optima fama in suis facultatibus exultant. Et sunt ex cōplexione colerica ꝛ qui habēt exuberantiā caloris innati ac spirituū. Ne sint molles ꝛ pingues. Sed si bene habēt sanguinē ad flegmaticā tū naturā declināt: vt sūt multi qui habēt abūdātiā spirituū circa primos motus: sed cōplexio eorū est ita humida: que in accensione maxima spiritus eorū habent vim magnā: sed desiciūt ꝛ nō reiterat̄ copia eorū. Ita ꝙ in principio sunt magis ꝙ̄ viri: ꝛ postea plus ꝙ̄ femine. Opȝ igit̄ te accipere illos qui sunt colerici ex habitudine tēdēte ad sanguinē qꝛ sanguis eorū est spirituosus: ꝛ ob hoc magis resistūt Quī magna copia in eis semp habundat. Talē virum exempli gratia tibi describam. Uolo qd̄ sit mediocris staturae: ꝙ̄ magis tendat ad paruitatē ꝙ̄ ad magnitudinē. Caput eius sit corpori vniforme: collū grossū ꝛ viuidum capilli mediocres: magis rari ꝙ̄ spissi: crispi: ꝛ non plani: Frons bone positure: vigilantibusꝙ̄ oculis: magnis interius positis ꝙ̄ si sint extra situati: potiꝰ parui ꝙ̄ magni: coloris celestis seu kropi. Facies sit potius longa ꝙ̄ rotūda: ꝛ magis ossosa ꝙ̄ carnea. Gene sint nō tumefacte sed mediocris magnitudinis. Auriculas habeant potius paruas ꝙ̄ magnas. Nasum colericū: seu aquilinū. Nares potius amplas ꝙ̄ strictas: os potius magnū ꝙ̄ paruū. Dentes magnos ꝛ spissos. Labia leonina ita ꝙ superius labiū aliquātulū sit grossum ꝛ inferius aliqr̄ magnū ꝛ nō lassū. Mentū magis longū ꝛ acutū ꝙ̄ rotundū. Submētū nō palliolatum. Tota vō eius habitudo sit potius ossosa ꝙ̄ carnea. Spatule formose: pectus latū cū residuo corporis ꝑportionato. Coxe lacertose cum bona soliditate exterius aliqualiter arcuate. Crura rotunda fusulata descripta musculis. Pedes habeāt nō paruos: calcaneū formosū. In incessu sit erectus ꝛ cōmēsuratus. Si sit tonsus nō displiceat tibi Et talis habitudo declinat magis ad bonū ꝙ̄ ad malū: ꝛ talis in rebus suis cū animositate bene ꝓcedit. Et si vis ꝙ sit animosus ꝛ furiosus. Eligas eum qui habeat mēbra sic ꝓportionata scilicet. Caput sit acutū seu rotūdū: nasus simus cōcauus methaphrenō eminēs adeo ꝙ sit valde parua distantia inter cor ꝛ cerebrum collū sit curtum. Oculi flāmei: ꝛ maculosi. Magna distantia a loco stomachi ad vmbilicum. Et si est pinguis sit solida illa pinguedo ꝛ non lassa. Uox sonora ꝛ alta verba cū celeritate prolata: Gressus celeres ꝛ cū spissitudine passuum. Corpus pilosissimū. Et sit Barbutus Brachia longa ꝛ venosa: manus potius magne ꝙ̄ parue. Si est gracilis nō sit nimis. Et mēbra eius non sint dispꝛoportionata. Et non sit longus. Quia rari sunt animosi. Et nō habeant crura vt grues: nec pauoninos passus. Penitus fuge mēbra effeminata ꝛ eorū apparentiā ac mores eorū. Meliores ꝛ efficaciores sunt illi qui non pectunt comas suas ꝙ̄ illi qui semper in quocūꝗ angulo habēt pecten in manibus. O vos qui militiam exercetis Rogo ac deprecor ꝙ fugiatis duces armorum: qui habent figuram effeminatam: qꝛ semp eritis in piculo perdēdi ꝛ nunꝙ̄ penes vos erit victoria: nec sub eorum vexillo. Experientia nimium atꝗ nimiū docuit preteritis temporibus quod Galli stolidi ceperunt quasi totam Italiā sine aliquo armorum impulsu: sub sanctitate malefica Alexandri sexti: duce spurio quodam maximo. Et hoc solūmodo euenit: propter maximā cateruam principū pusillanimorum ac effeminatorum qui solum auaritie gule ac cupiditatibus inseruiuerunt.

¶ Capitulum. cccvij. De his qui sunt proni ad submersiones aquarum: aut propter res liquidas.

Istis diebus quidā famulus euacuabat stercoream latrinā: casu accidit qd̄ famulus vna cū dn̄o ceciderūt in stercus. Dn̄s auxilio multorum euasit incolumis: famulus aūt in stercoreo liquore submersus est. Alij passi sūt submersionē ī vase magno in quo erat pix naualis liquidat̄ maxia quantitate. Aliqui ī amplis agris ob grādinē ꝛ vētū suffocati sūt. Alij ex fumo carbonū nō exalāte in locis clausis sūt suffocati. Alij dū faciebant nouos puteos a vapore putrido ꝛ venenoso ī ipsis submersi sūt. Et istud accidit Bononie ī hospitali qd̄ nūcupat̄ dala vita. Alius vt notaui: tpe meo dū esset in carcere voluit comburere paleas: vt vna cū ipsis cōbureret pediculos qui in magna multitudine erāt in eis ꝛ fumus suffocauit ipsū. Refert pleniꝰ ꝙ quidā acino vue passe strangulatus est: ꝛ alius paruula piscis spina. Alius dū lac sorberet pilo paruulo in ipso existente se ipsū suffocauit: vt in romana habet̄ historia. Alius dum biberet vinū: qdā vini ps iuit ad pulmonem ꝛ suffocatus est. De hoc chyromanticus nō potest aliquā ꝓbere distinctionē. Dicas ergo ꝙ vt plurimū in aquis suffocabunt̄: ꝛ aliquotiēs ex catarro aut squinantia aut similibus morient̄. Dicamus igit̄ de his qui propter aquas extremum claudunt diem.

Si in monte manus multiplicabunt̄ in aliquo multe linee vt stella plena radijs talis hn̄s in aquis peribit pcipue si in ambabus manibus talis positura extiterit.

Si linea interior in vltima iunctura pollicis sit arcualis ꝛ non coniungatur cum dorsi linea dicūt submersionē in aquis minari.

Si reperiat̄ forma spherica sup dorsum pollicis iuxta supremā iuncturā in aquis talis habens submerget̄.

Si vna linea transuersauerit angulū supremū in fine ꝛ se extenderit ad ascensum in aquis habens illā morietur. Et hoc maxime intelligitur quādo maior pars dicte linee iuerit super angulum supremum.

Uncus sub sole vel tortuosa linea hominem in aquis submergi dicunt declarare.

Si duo āguli acuti extiterint ī qdrāgulo ꝛ trāsuersalr̄ secauerint lineā vl̄ directim tetigerint hn̄tē in aquis perire existimāt si sint ī suprema pte quadranguli.

Si in indicis tuberculo fuerint linee intricate tot pericula in aquis pro linearum numero indicabunt.

Si vō articulū tetigerit mortē ēt ī aquis minari ꝓferūt

Si in medico monte fuerit caruncula carnis infortunia in aquis minatur.

Dicūt recētiores: ꝛ ego cū illis affirmo qd̄ si ī vltima positura digitorū. s. interius in vltimis articulis fuerint linee valde oblique ꝑ latitudinē digitorū vt sic submersionē in aquis denotare dicunt̄ fm̄ diuersas etates si erūt in auriculari: ī pueritia: si in medio ī media etate. Si in indice in senectute: si vō in pollice inueniant̄ in decrepitis annis. Aliqui dicūt qd̄ idē iportāt si hn̄ sūt iter primā ꝛ secūdā iuncturā. Gradus autē etatis scias esse sex. Infantia pueritia: adolescentia: iuuentus: grauitas atꝗ senectus Prima etas. i. īfantia porrigitur vsꝗ ad septimū annū. Secūda vero etas que est pueritia vsꝗ ad decimum quartum annum. Tertia etas adolescētia ad gignendum porrigit̄ vsꝗ ad viginti. 8. annos. Quarta iuuentus que omniū etatū est firmissima clauditur āno quinquagesimo. Quinta etas que est senectus vel

dicitur grauitas que est declinatio a iuuentute in senectutem q̄ tñ nō dũ est penitus senectus sed adhuc iuuētus. Et senior apud grecos p̄sbyter vocat: hec etas a quinq̄gesimo āno icipiens in septuagesimū terminatur: sexta etas est senect⁹ q: nullo ānorū tpe finit: sȝ post illas quinqȝ etates q̄tcūq̄ȝ vite est senectuti deputat. Senii āt pars est vltima senectutis. Dicta q̄ sit termin⁹ sexte etatis. Hec sunt que narrat isidorus in ethimologijs suis. Tamen in hoc casu chyromanticus accipit infantiam ꝛ pueritiam pro prima etate.

Aliqui dnt qđ si in pulpa digitorū apparuerit vna linea obliqua quod submersionē significat in aqua si profunda fuerit in profunda aqua si multuȝ rubea in mari. Et si fuerit equalis ꝛ rubea transibit mare sine submersione. Si fuerit in articulari in pueritia. Si in medico in iuuentute: si vero in medio in media etate. Si in indice in senectute. Si in pollice in decrepita etate veluti antea declaratum fuit.

¶ Cap.cccviij. De nobilitate ꝛ ignobilitate affinium.

f
I infra primam ꝛ vltimaȝ iuncturaȝ pollicis reperiantur quedaȝ linee parentelam seu affinitateȝ magnaȝ ꝛ multaȝ: aut paruam ꝛ paucam secundum multitudinem ꝛ magnitudineȝ seu paucitatem aut paruitatē linearuȝ: hoc tamē ego nunq̄ obseruaui neqȝ cogitaui vsqȝ ad hunc diem.

¶ Capitulum.cccix. De his qui recipiunt ingratitudinē pro beneficijs factis seu hendis.

p
Lures linee incomplete in medici monte ꝛ si articuluȝ tetigerint: ꝛ ex transuerso lineā secuerit antedictas nunq̄ pro beneficijs ei reddentur grates aut merita: quāuis obsequētissimus fuerit: vt aiunt aliqui.

¶ Cap.cccx. De magnitudine ꝛ amplitudine vulue.

m
Ensalis montem indicis scindens magnaȝ nature hoc est vuluē capacitatem in muliere dicunt protendere.

Longa ꝛ lata palma manus amplitudinem ꝛ longitudinem vulue demonstrat.

¶ Cap.cccxi. De his qui pegrinant honoris cā seu est legatus regis cōstitutus vel ad aliqđ officiū ordinatus.

c
Rux si fuerit sub tuberculo minimi ꝛ prope mensalem peregrinationes legationes aut officia honoris causa designat.

Aliqui dicunt quod si stella in illo loco fuerit cum bona conditione ad honorem: aut ad officium extra patriam habentem iturum insinuat.

Si linee incipiunt a rascetta ꝛ obliquantur ꝛ versus indicis tuberculum radicem porrexerint honorifica significantur itinera. Et peregrinationis amatorem demonstrant: cui magistratus honorifici ꝛ lucrosi dabuntur: si huiusmodi in locis manere voluerit vt dicunt recentiores quidam: ꝛ etiam corumus noster. Ego autē hoc nunq̄ vidi neqȝ notaui.

¶ Cap.cccxij. De mendacio vaniloquio ꝛ insipientia.

c
Ingulum veneris quicunqȝ habuerit in manibus suis vaniloquus insipiens insatiabilis homo erit vt dicunt chyromantici.

Si quis vt dixi superius habuerit digitos cauos indistinctos: ꝛ ad inuicem se non bene contingentes talis est mendosus in locutione leuis ꝛ cum factis minime concordans: vt pluries notaui.

¶ Capitulum.cccxiij. De clericis qui habent plures ordines ecclesiasticos.

f
I linea vite habuerit in medio versus caueam manus rubedinem cum diuersis intersectionibus ꝛ etiā ordines in viro ecclesiastico ostēdere videtur: vt vgoni placuit.

¶ Capitulum.cccxiiij. De signis illorum qui sunt capti ab obsessoribus viarum.

l
Icet signa: que denotant carceres absolute resoluantur aliquādo ab istis qui sunt capti ab obsessoribus viarum. Et aliquando propter alias res. Tamen dicunt aliqui: quod quot linee fuerint incidentes seu intersecantes lineam mensalem sub medio digito saturni tot vicibus a sicarijs ꝛ obsessoribus viarum talis habens impetum patietur.

¶ Capitulum.cccxv. De his hominibus qui non sunt grati nec reuerendi.

q
Uando linea media naturalis habuerit paruulas fossulas in medio ꝛ plures in ambab⁹ manibus ꝛ sint inequales ꝛ rubee: ita q̄ vna sit profundior altera. talis non est gratus homo nec reuerendus.

¶ Capitulum.cccxvi. De fuga ꝛ persecutione ex quo aliquando exilium procedet carceres ꝛ accusationes ꝛ confiscatio bonorum.

l
Inea saturnina idest via diaboli qñ oritur a rascetta per medium caueead saturni tuberculum deuenerit presertim ad primaȝ iuncturam: quando alique linee ipsam intersecauerint significat euentum bonum ꝛ prosperum destruere: ꝛ omnium malorum est mater: anxietates inducit ꝛ fugas ꝛ persecutiones carceres accusationes ꝛ deniq̄ id omne quod miseram reddit vitam: vt patres prisci caldei atq̄ greci arabes atqȝ latini omnes aiunt. Et ego cuȝ illis: quēad modū imēsaȝ multitudinē vidi ꝛ de hoc iudicaui.

¶ Capitulum.cccxvij. de perfidia ꝛ maledicentia hominibus ꝓditoribus ꝛ malignis qui propter suos malos mores patiuntur fugam ꝛ carceres.

l
Inea saturnina oriens a rascetta: ꝛ habens in sui fine crucem vel furculaȝ: si fuerit prope radiceȝ saturni carceres accusationē persecutionem ꝛ fugam minatur. Tales.n. sunt proditores ac maledici ꝛ vniuersaliter malorum moruȝ ꝛ referuntur methaphorice ad symias ꝛ cyrcophitecos quod animal potest dici symia caudata: ꝛ credo esse illud quod vulgo dicitur gatto maimon.

¶ Capitulum.cccxviij. De signis illius qui est amator virtutum.

s
Cribit Ugo quod vnguis habens albedinem in principio hoc est penes carnem eū qui amator est virtutis denotat.

Dicūt nonnulli quod si in fine linee cerebri paruulus triāgulus extiterit facit studij appetitorem ꝛ eum: qui. diliget vtilitatem laudabilem: ꝛ virtutem ꝛ honores sed tamen cum metu.

Quando saturnina linea habet initium suuȝ a rascetta ꝛ ad mediam deuenerit adeo q̄ offendere appareat hominem probum arguit ꝛ suas res in dies felicius agentem: ꝛ ad mortē vsqȝ amatorem virtutis ꝛ ingenio meno dūmodo sit recta ꝛ continua.

¶ Capitulum.cccxix. De ioculatoribus.

n On preteremittendi sunt in opere nostro ioculatores qui multum conferunt melancolicis: & illis qui sunt lete nature gaudium augent & leticiam: & sibi ipsis non nocent cum aliquid lucrantur.
Manus igitur curte & gibbose & tenues ioculatores declarant.

¶ Capitulum.cccxx. De temperantia.

D Icunt chyromantici quod quando linea vite fuerit diuisa per vnam vel plures lineas ad modum crucis in extremitate eius versus rascettam manus temperantiam significat.
Linea generationis equalis continua & profunda satis vniformis sine diuisione satis longa bene colorata nec pallida vel valde rubea: talis sic existens quod temperatus sit significatur. Et si confirmatur a bona significatione aliarum linearum principalium de se significat bonam naturam & naturalem sanitatem totius & virtutem & temperantiam ex parte illius persone. Sed causa societatis potest esse incontinens: vt refert auctor quidam incognitus cuius nomen ignoro.

¶ Capitulum.cccxxi. De constantia.

l Inea vite bene proportionata & longa & bene colorata constantiam dicunt significare.
Linea mensalis trinariam proportionem tenens & bene colorata & satis longa bonam quoque constantiam dicunt significare.
Triangulus equilaterus bene conditionatus bonam constantiam significat: que laudabiliter ab omnibus recte iudicantibus laudatur. Quomodo enim vir probus esse potest qui in suis rebus inconstans iudicetur.

¶ Capitulum.cccxxii. De iusticia.

l Inea mensalis cum trina & optima dimensione bene colorata ac conditionata iustitiam significat.
Linea cordis cum trinaria sui proportione & longa vsque ad rascettam & bene colorata significat talem hominem esse iustum ac veracem.
Si in quadrangulo reperiatur signum simile cuidam stelle bene coloratum hominem iustum denotat.
Triangulus equilaterus bene coloratus & bene conditionatus hominem iustum indicat.
Quadrangulus eminens & clarus equalis non intersecatus ac cum debita distantia hominem significat iustum ac liberalem.

¶ Capitulum.cccxxiii. De dignitatibus & fortuna extra patriam.

l Inee vt stella in quadrangulo in directo minimi monte honores & dignitates extra patriam arguunt magis quam in patria.
Hec figura vt hic.8. inter primam & secundam iuncturam digiti medii nec alicubi incipiens nec finiens signum est subiti honoris extra patriam vt dicunt.

¶ Capitulum.cccxxiiii. De lubricitate non seruando res promissas.

p Lures linee transuersales non eque distantes & non bene apparentes in principio medie naturalis versus indicem quasi ad extra & ab aliis in longum positis intersecte lubricitatem promissorum in non seruando res promissas dicitur ostendere.

¶ Capitulum.cccxxv. Contra Plinium.

f Orte Plinius ex fundamentis philosophi credit philosophos irridere ac conturbare se ipsum exultans Nam cutis subtilitas cum tactus nobilitate: actum sciendi arguit: arguitque sensus acumen Contra hoc insurgit Plinius qui magis plenus est alienorum quam suorum verborum: Philosophi auctoritate ex libro nono de natura animalium capite.36. Ubi mentionem facit de ingenio & sagacitate elephantis. Hec.n. sunt verba philosophi. Elephas omnium ferrarum mitissimus: & placidissimus est: quippe qui per multa officia: & erudiatur & intelligat. Quoniam etiam regem adorare condiscit: valet sensu: & reliqua ingenii sagacitate excellit &c. Et tamen elephas habet pellem seu cutim crassam ac duram. Et sic etiam habent serpentes: qui sagacissimi sunt vt crocodillus & huiusmodi species animalium. Et ob hoc quod talia animalia sunt sagacitatem habentia: & habent cutim duram aut squamosam vult inferre. Plinius: (qui merito candela male lucens appellandus est) in dictis philosophi contradictionem esse. Uerum ne quadam inani gloria plinniste ac humaniste depascantur: istis verbis solutionem dabimus.
Diuisionem talem premittendo: quod animalium alia habent duram cutim: alia non: ex habentibus duram cutim aut tegmenta dura: alia sunt squamosa: alia non.
Ex habentibus squamositatem alia sunt disciplinabilia alia non: ex habentibus duram alia sic alia non sunt disciplinabilia idest disciplinam suscipientia. Ad propositum igitur stante diuisione dicimus. Aristotelem intelligere: quod inter animalia habentia duram cutim elephas cetera ingenii sagacitate excellit. Inter vero animalia squamosa crocodillus: nam huiusmodi tegmenta dura vel squamosa ipsis data sunt vt a nocumentis exterioribus defendantur: & magis ipsis quam homini. Nam pluri morum philosophorum auctoritate: & maxime philemonis: & Ugonis in sua Chyromantia. Cutis est ex neruis multis ac venis contexta capillaribus: in quibus epar & intestina inuoluta sunt: vt ea a nocumentis exterioribus defendantur. Et propter hoc in brutis spissa est multum & pilosa vel squamosa & aspera: quia non habent aliud protectura qua defendantur. In hominibus enim est subtilis & sensibilis: & ob hoc vestibus indiget: vt a ventis caumatibus: & frigoribus defendantur: & cum ita sit sequitur quod inter omnia animalium genera solus homo nobilissimus factus est: & cum cutis ex neruis componatur & sit naturaliter alba & perspicua extendens se per pinguedinem. Nam Philosophi ex carnis claritate arguit nervorum subtilitatem: ex subtilitate spirituum ac humorum penetrationem ac subtilitate: quod in brutis non reperitur. Immo ex humorum grossitie: insequitur grossitudo cutis: & per consequens spirituum: qui spiritus satis indispositi sunt in operibus peragendis cum non habeant cibaria spiritus deseruientia. Nam & si homo habeat duplicem cutim nullam tamen habet superfluam: quoniam si sic tunc non indigeret tegmentis exterioribus

queadmoduz et bruta: et isti sententie astipulatur Auicenne quinto de animalibus et bene dicens: q cutis est duplex est enim cutis spermatica in qua est neruus et sensus: et est illa in qua est pinguedo: et alia huic omnino opposita que est sicut quoddam accidentale nunc fluens occurrensqz: fm causarum diuersitatem: sic apparet in scabiosis in quibus talis cutis fere deperditur: et in venenatis omnino euadentibus: et sub ista non continetur pinguedo. Prima namqz cutis in brutis intensior est: propter causas tactas: et in homine quasi non reperitur Sed secunda excellentior: et perspicatior: et ista habet sensus tactus perfectissimus propter primarum qualitatum sub debito ordine refractaruz in homine. Unde ex verbis Auicenne ac ceterorum philosophorum manifeste patet bruta non habere homine sensum perfectiorez cum cutim cutis impediat: et hoc contra humanistas ac candelam male lucentem dictum sufficiat.

¶ Capitulum. ccc.xxvj. De his qui libenter dant mutuo.

Si multe linee grosse et inordinate in monte pollicis reperiantur ignotum amicuz et libenter mutuantem dicunt ostendere.

¶ Capitulum. ccc.xxvij. De dolore aut apostemate in mamillis mulierum.

Quando linea saturnina emergit a cardiaca et transierit per caueam manue secando mediaz et mensalem: et inter indicem et medium deuenerit directe vsqz ad vltimuz locum: et linea mensalis ad hunc locum deuenerit super equitando antedictam lineam extendentem se versus radicem indicis apostema aut lesionem mamillarum in mulieribus denotant. Linea mensalis veniens inter indicem et medium et in fine sui sit subtilis et rubra aliqn̄do in mulieribus apostemata mamillarum arguit: quia in homine vulnera pectoris denotat: et ita accidit q mulier vulneratur a Chyrurgico ad incidendum seu cauterizandum istum locu. Non obstante q femina cum gladio potest quoqz vulnerari in isto loco et interfici si habuerit malam correspondentiam.

Accidit aliquando in vberibus mulieruz ragadias seu scissuras venire in papillis eorum: qui maximum dolorem causant: et medici laborant in eorum cura. Quando ego exercebam chyrurgicam: multotiens eas statim liberaui liniendo cum liniamento liquido recenti facto ex farina amiti et aqua rosacea quod mirabilia facit: et ad excoriationem calciamentorum causa: et in infantibus quando vrina excoriat nates et coxas eorum: et etiā propter nimiam ambulationem factam.

¶ Capitulum. ccc.xxviij. et vltimum De modo temporibus iudicandi in generali.

Uncta que alterantur atqz patiuntur in hec inferiora tam in minimis q̄ in maximis dependent a celo et sunt tanq̄ magneti ferrum: sed sententia Platonis in tymeo: q celestia corpora nō sunt cause: sed instrumenta dei. Cum igitur corpus humanū habeat inter cetera animalia materiam leuissimam spirituosam et aeream et ideo ad superiora eleuabilez atqz alterabilem: aut passibilem est vt videmus ex sanitate corporis: atqz egritudinibus: tristitia: gaudio: et huiusmodi: celum agit in corpus et organa virtutum sensitiuarum: que sunt ipsius anime instrumenta: precipue agit in virtute fantastica et alterata deportat species congruas aut incongruas ad intellectum. Et istud magis accidit in brutis que carent intelligentia: sed habent extimatiuā tantum: hominem autē qui est princeps et dominus creaturarum inferiorum dominus intellectu dotauit gloriosus ex mera sua liberalitate. Tamen pauci sunt: qui non sequantur appetitum sensualem et naturalem inclinationem. Ideo sapientes physici obseruatores cursus nature cuncta sua negocia tam ampla q̄ stricta sub diuersas ymagines celi constituebant. Hac de causa Hyppocras scripsit librum de hora et crisi recumbentium secundum lunam. Dicens primū luna quādo est plena luminis: tunc crescit sanguis et medulla in homine et bestijs omnibus secundum augumentum et in mari et in cunctis rebus humanis. Necesse est igitur q alterato organo anime et virtute.

Ideo Cyrurgici in craneis fracturis precipue Guido euitat plenilunium in manualibus operationibus. Caueas de plenilunio: quia in eo cerebrum augmētatur Et est scientia Galleni: tertio de creticis diebus quia cerebrum ad craneum appropinquat. Igitur fatui atqz insensati sunt illi: qui non sciunt q suprema corpora preparant in humanis negocijs tam bonum q̄ malum generaliter in specie animaliū et indiuiduorū particulariter quia comprehendit multa indiuidua eiusdem speciei vt in naturalibus affectionibus miram discōueniemtias patiant. Spiritus et organa virtutum: ita et virtualiter disponendo quod intensiue et remissiue effectibus accidat. Igitur Chyromanticus dies infelices valde euitare debet: quia organa virtutum sensitiuarum alterātur ita q anima pronosticantem patitur. Quemadmodum amor et odium et proprium commodum remouent iudices a rectitudine iudicij: quia sunt infirmitates anime Ita anima patitur ab alteratione celi atqz in organo spirato suscipere alterationes elementales atqz celestes. Quas res maxime patitur in diebus quoqz cōiunctionum et oppositionum luminarium hoc est solis et lune Et incipit malicia cōiunctionis per horas. xxiiij. ante et terminatur vsqz ad horas. xviij. post. In oppositione vero incipit per horas. xviij. ante et terminatur ad horas. xij. post. Caueas q luna non vadat ad coniunctionem martis atqz saturni. aut ad oppositionem ex quadrato aspectu aspiciat quia sunt infortunia. Uenus autem et Iupiter sūt fortuna. Retrogradatio Mercurij in initio operum est pessima: quia retrogradat ingeniū speculatiuū. Et quando vis aspicere manus alicuius facias ipsum ablui cum aqua calida deinde siccetur et fricetur cū panno lineo: et fiat aliquantulū residentie: quia linee melius apparebūt. Ambe manus aspiciēde sunt. Dextra viri principatum obtinet. Sinistra vero mulieris.

Aliqui dicunt quod dextra viri aspicitur tempore estiuo qui se clarius demonstrat. Sed tempore hyemali sinistra mulieris nō fallit. Alij volunt q in vere et estiuali tempore aspiciatur dextra viri die dominico vel iouis. Sinistra mulieris in autuno et hyeme die veneris. Alij horarum faciunt diuersitatem: vt sit hora iouis et solis in homine hora vero veneris in muliere. Alij magis scientes faciunt aliter nam dederunt diuersitatem tantū in manibus et etatibus. Non est firmiter inspiciendum in annis nutritionum qui sunt in pueris vsqz ad quartū annū quia gubernantur a luna. Ideo quia materia puerorum est fluida incompacta alterabilis et susceptibilis preparata ad varias egritudines.

Liceat mihi de hoc gloriari:qz Hermes: Aristoteles Albertus:Conciliator: Ptholemeus: Helenus: Priami filius Julianus:Ugo & Forniea:ceteriqz illustres. Non fuerunt magni obseruatores in abundantia indiuiduorum sicut ego. Ideo preter ordinem quē nos ponimus in his Anastasis libris omnia sunt vana & inanita.

¶ Aspicias igitur in indiuiduis sobrijs & a crapula remotis & a magno labore:fuge obscuritates aeris: & intensam calefactionem atqz frigiditatem. Prepara subiectum in loco equali & remoto a radijs solaribus: & callositatem manus cum inanitione corporis seu ipsius indigentia vitabis. Non inspicias in metu passione vel infirmo aut conualescente nec in nimio gaudio aut tristitia:nec in furore coitus:nam his rebus corpora alterantur: & iudicium nequit esse integrum. Aspice vtrum indiuiduum habeat ingenium vafrum aut equale.

Et post hoc lineas principales proportione:numero:situ & colligantia. Et an sint preterite:presentes:an future res. Et tuberculorum liniamenta eminentiam & colorē Nec obliuiscaris formam vnguium colorem & qualitatem. Et post hoc digitorum & manus proportionem: & articulorum formam.

Inspectis istis proferas de longitudine & breuitate vite de qualitatibus egritudinum & tempore: de honore de diuitijs calamitatibusqz:de conditione mortis an causa primitiua aut antecedēte:de itineribus opulētia atqz infortunio in diuersis etatibus: de fortunio & infortunio:de coniugio & filiorū numero & qualitate. an moras sit in patria an extra patriam: an sit pronus ad artes liberales aut mechanicas.an si fidelis an nō. an effeminatus an virilis.an cynedus:an pedico.an credulus.an nō. an habeat credulitatem equalem. an lucrabitur valde an non in magisterio.an mercibus vti debeat an non: & qua qualitate mercis.an pronus sit ad artheticas an nō an sit bellicosus an non.an vulneratus an nō. an habeat copiam amicorum an non.an victus ab inimicis an non an mendax an veridicus.an audax an timidus. an mulier sit corrupta an non. an morietur in partu an non. si est pellex an non.si est fatua an non:licet in specie sint sauissime:tamen comparetur vna ad aliam.

Uniuersaliter primo pferas infortunia: & post hoc fortunas: & ea que in quarto & i quinto anastasis diximus in capitulo de modo iudicandi.

Oportet primo quemuis desiderantē peruenire ad summam doctrinam istarum facultatum & sic in alijs speculatiuis facultatibus facere hoc Multa studere: Multa conferre. Multa imaginari: & multa audire atqz exercere. Neqz obliuiscaris radices scientiarum.

Tandem Christo optimo maximo concedente librum sextum vna cum toto opere Anastasis in portum duximus. Cuius libri principium pime factū est. Anno.1500 sub Alexandro sexto Pontifice maximo.


Finis autem fuit anno.1504.sub Pontificatu Julij secundi die.28. Junij hora decima nona in sancti Petri clauigeri vigilia.

Hunc librum interim candide Lector sine liuore leges. Quem si sensero legentibus gratum. Alia ex officina nostra poterūt expectari opera. Mihi & enim in animo est:compēdium pulchrum physionomie componere ac edere. Mox interpretationes somniorū enucleabimus Nec labor erit vllus de Geomantia librum ad summam ppponere perfectionem:cū oēs qui in hac arte scripsere mutilati sint ac imperfecti:nescio an inuidia ducti id fecerint. Ego autem fidus ac integer vtilitati omnium cōsulere non dedignabor.

Uos igitur Lectores optimi Cocliti vestro plausum date ac Ualete.

Laus Deo.

¶ Impressum Bononie per Hieronymum de Benedictis Calcographum Bononiensem. Anno Domini.1523.Die vltimo Mensis Junij.



gistrum: de maculis existentibus in oculis: cum responsione eiusdem magistri seu commento.

Quesitũ.13.augustini di.ad eundẽ cocli.magistrum de nã oculorũ: cũ rñsione eiusdẽ magistri seu cõmẽto.

Quesitũ.14.augusti.disci.ad eundẽ cocli.magistrũ de nature et proprietate nasi: cum responsione eiusdem magistri seu cõmento.

Quesitũ.15.augu.disci.ad eũdẽ cocli.magrm: de nã nasi aquilini: cum rñsione eiusdẽ magri seu cõmẽto.

Quesitũ.16.augu.di.ad eũdẽ cocli.magrm de natura nasi acuti: cũ rñsione eiusdẽ magri: seu cõmẽto.

Quesitũ.17.augu.di.ad eũdẽ cocli.magi.de significationibus auriũ: cũ rñsione eiusdẽ mag.seu cõmento.

Quesitũ.18.augustini di.ad eundẽ coclitem magistrũ. de physionomia maxillarum: cum responsione eiusdem magistri: seu cõmento.

Quesitum.19.augu.di.ad eundẽ coclitem magistrum de natura oris: cum responsione eiusdẽ magistri: seu cõmento.

Quesitũ.20.augu.disci.ad eundẽ cocli.magistrũ de nã labiorũ: cum responsione eiusdẽ magri.seu cõmẽto.

Quesitũ.21.augu.disci.ad eũdẽ cocli.magrm: de dentibus: cum responsione eiusdem magri.seu cõmẽto.

Quesitũ.22.augu.disci.ad eũdẽ cocli. magrũ: de lingua cum responsione eiusdẽ magistri seu cõmento.

Quesitũ.23.augu.di.ad eũdẽ cocli.magi.de significatione vocis cum rñsione eiusdẽ magi.seu cõmẽto.

Quesitũ.24.augu.di.ad eũdẽ cocli.magi.de physionomia risus: cũ rñsione eiusdẽ magi.seu cõmẽto.

Quesitũ.25.augu.di.ad eũdẽ cocli.magi.de anhelitu cũ responsione eiusdẽ magi.seu cõmẽto.

Quesitũ.26.augu.di.ad eũdẽ cocli.magi.de nã et proprietate mẽti.cũ rñsione eiusdẽ magri seu cõmẽto.

Quesitũ.27.augu.disci.ad eũdẽ cocli.magi.de natura barbe.cũ responsione eiusdẽ magri.seu cõmẽto.

Quesitũ.28.augu.di.ad eũdẽ coclitẽ magrm de significationibus colli.cũ rñsione eiusdẽ magri: seu cõmẽto.

Quesitum.29.augu.disci.ad eundem coclitem de significationibus clauis colli: cum responsione eiusdẽ magistri: seu commento.

Quesitũ.30.augu.di.ad eũdẽ cocli.magi.de significationibus spatularũ: cũ rñsione eiusdẽ magri.seu cõmẽto.

Quesitum.31.augusti.discipuli ad eundem coclitem magistrum de physionomia brachiorum: cum responsione eiusdem magistri seu cõmento.

Quesitum.32.augu.di.ad eũdẽ coclitẽ magi.de physionomia manuũ: cũ rñsione eiusdẽ magri: seu cõmẽto.

Quesitum.33.augusti.disci.ad eũdẽ coclitẽ magistrum: de significatione vnguium: cum responsione eiusdem magistri seu cõmento.

Quesitum.34.augu di.ad eũdem cocli.magi.de significatiõe tactus: cũ rñsione eiusdẽ ma.seu cõmẽto.

Quesitũ.35.augu.disci.ad eundẽ cocli.magi.de dispõne spine dorsi: cũ rñsione eiusdẽ magistri seu cõmẽto.

Quesitũ.36.augu.di.ad eũdem cocli.magi.de signis lumborũ: cũ responsione eiusdẽ magi.seu cõmẽto.

Quesitum.37.augusti.disci.ad eũdẽ coclitẽ magistrum de significationibus pectoris gule et mamille: cum responsione eiusdem magistri seu cõmento.

Quesitum.38.augu.disci.ad eundẽ coclitem magistrum de significatione spiritus: cum responsione eiusdem magistri seu cõmento.

Quesitum.39.augu.disci.ad eũdem coclitem magistrum de signis metaphrenon: cum respõsione eiusdem magistri: seu cõmento.

Quesitũ.40.augu.disci.ad eundẽ coclitem magi. de signis costarũ cũ respõsione magri: seu cõmẽto.

Quesitũ.41.augu.dis.ad eundẽ cocli.de signis quantitatis spacij inter collum superius et vmbilicum inferius ad orificium stomachi cũ rñsione magri cũ cõmento.

Quesitũ.42.augu.disci.ad eundẽ coclitem magistrũ. De physionomia hyppocundriorũ: cum responsione eiusdem magistri: seu cõmento.

Quesitum.43.augu.disci.ad eundẽ coclitem magistrũ. De signis sumptis a ventre: cum responsione eiusdẽ seu cõmento.

Quesitũ.44.augu.di.ad eundẽ coc.magi. de signis pectinis: cum rñsione eiusdem magistri: se cõmento.

Quesitũ.45.augu.disci.ad eũdẽ co.magi.de nã virge: cũ responsione eiusdem magistri: seu cõmento.

Quesitum.46.augu.disci.ad eundẽ coclitem magistrũ de signis anchorum et coxarum: cum responsione eiusdem magistri et cõmento.

Quesitum.47.augu.di.ad eũdem co.magi.de significationibus genuũ: cũ rñsione eiusdem magri: seu cõmẽto.

Quesitum.48.augu.di.ad eũdẽ co.magi.de significationibus cruriũ: cũ rñsiõe eiusdẽ magi.seu cõmẽto.

Quesitũ.49.augu.di.ad eundẽ co.magi.de significationibus cauillarũ: cũ rñsione eiusdẽ ma.seu cõmẽto.

Quesitũ.50.augu.di.ad eundẽ co.magi.de significationibus pedum cum rñsione eiusdẽ ma.seu cõmẽto.

Quesitũ.51.augu.disci.ad eũdem coclitem magistrum: de motibus et ambulationibus in generali: cum responsione eiusdem magistri.seu cõmento.

Quesitum.52.augu.disci.ad eundẽ coclitem magistrũ de pilositate diuersarũ partium corporis: cum responsiõe eiusdem magistri: seu cõmẽto.

Quesitum.53.augu.di.ad eundẽ co.ma.de significationibus quantitatis.s.in paruitate et magnitudine corporis cum responsione eiusdẽ magistri: seu cõmẽto.

quantitates elementorum in eis existentium: hoc autꝫ nobis est ignotuꝫ: neqꝫ possibile est inueniri ab homine cum sit infinitum: ⁊ fine carens. ¶ Quod si dicas propositioneꝫ iudicataꝫ a chyromante esse contingentem ⁊ non scibilem. s. iste irascitur: ergo chyromanticus nō est sciens. ¶ Respondeo non valet cōsequētia: qꝛ vniuersali necessaria iudicant quaꝫ intellectu concipiunt: puta omnis sic lineatus naturaliter faciliter irascitur: cuius vniuersalis. h. minore sensu accepta: infert singulareꝫ cōclusionem: sic iste est sic lineatus: ergo naturaliter faciliter iste irascitur demonstrata igitur conclusio est vniuersalis: sed conclusio iudicata de singuli extra singulis est: demonstratio igitur est omnis: colericus est iracundus: omnis sic lineatus est colericus ergo omnis sic lineatus est iracundus: maior est supposita ex philosophia naturalis ⁊ minor est in chyromantia ex experientia collecta. ¶ Correlarium ſm chyromātia ⁊ physionomia naturali phylosophie subalternantur: patet qꝛ earum subiectum est homo: qui est secundarium subiectum in philosophia naturali: ⁊ sic accipiunt subiectum ab ea: secūdo eidem subiecto ipse addunt accidentalem differentiā puta bonitatem. Tertio iste sua principia capiunt a naturali. ¶ Quod si dixeris eas mathematice subalternari: quia de lineis considerant: ⁊ sic illis subiectum prebet geometria: ⁊ non philosophia. ¶ Respondeo negando consequentiam quia scientie iste lineas considerāt vt signa per que iudicant: nō autem vt subiecta: neqꝫ linee in eis mathematicam habent abstractionem: neqꝫ mediaꝫ inter naturalem ⁊ mathematicam: sed cōtracte ⁊ in materia naturali considerantur linee: vt scilicet in manu vel facie ⁊c. Tum quia consideratur linea vt coniuncta quātitati sensibili: puta qualitati prime vt caliditati: ⁊ secunde vt colori quod mathematice repugnans est consyderationi: ⁊ medie inter mathematicam ⁊ naturaleꝫ vt secundo physicorum textu cōmēti. 18. colligitur: ⁊ 20. Tū etiam linea mathematico subiecta latitudine carens est ⁊ profunditate: quia mathematicoruꝫ linea in conceptu est. Istarum autem scientiarum linea non est carens latitudine ymo secūdum ꝙ lata vel exillis consideratur: ⁊ secūdum ꝙ profunda vel eminens: ⁊ ſm ꝙ longa vel breuis: ⁊ ſm varias illius dispositiones varie signans est: ⁊ varia iudicantur: ideo potius lineamenta hec ꝙ̄ lineas appellare consueui ſm etiam ꝙ in materia naturali sunt huiusmodi linee cōsiderantur scilicet ſm ꝙ sunt in facie naso oculis ⁊ huiusmodi: ⁊ sic naturaleꝫ habēt considerationem: ⁊ queadmoduꝫ in istis scientijs subiectum non est mathematicum: ita neqꝫ ratio formalis subiecti mathematicam sapit abstractionem: non igitur mathematicis subalternantur iste scientie: principia autem que a naturali philosopho accipiuntur: sunt homo ex materia ⁊ forma componitur scilicet intellectu ⁊ corpore debite organizato: ⁊ ꝙ in materia aliter ⁊ aliter disposita aliter ⁊ aliter apta est forma operari: patet facta sola variatione de sano ad egrū aut ecōtra: aut ad ebrietatem: quāuis corpus esset sanum aut ex corporis cita ⁊ stricta circūgiratione: ⁊ tunc patens est in operationibus notabilis variatio: materia enim formam de illius potentia eductam naturalibus afficit dispositionibus. ¶ Alia etiam propinquiora recipit: Complexioneꝫ siccam esse causam asperitatis cutis: humidā autem mollicici: ⁊ sic de alijs: puta temperataꝫ crasim hec signa cōmittantur distemperatam autem alia: ⁊ ꝙ octo sunt distemperate complexiones: ad quas corpus humanum labi potest: ⁊ ſm naturam ⁊ accidentaliter seu preter naturam vel melius quattuor: ſm ꝙ dixit Auerrois secūdo collꝫ capitulo primo: non enim datur in natura simplex corpus calidum tantum: neqꝫ humidum tantū: ⁊c. ⁊ tertio collꝫ capitulo primo difficile est imaginari egritudinem materialem esse simplicem. Sed clarius primo canticorum cōmento. 264.

¶ Principijs etiam mathematicis iste scientie adiuuātur: puta astronomicis: puta celum in tali positione ſm stellas fixas ⁊ erraticas talem vel talem effectum imprimit in habente talem vel talem celi parteꝫ in ortu vel in alio dominanti loco. ¶ Expertum est autem bonam montis indicis dispositionem in rebus iouis bonā indicare dispositionem: ⁊ malam malaꝫ: proportionaliter de monte Saturni: ⁊ sic de alijs dicenduꝫ. Et tunc chyromanticus suam scientiam compleat istorum expertorum causas inueniendo.

¶ Scientias autem se inuicem adiuuare ⁊ mixtim tradi: manifestuꝫ est in pluribus scientijs praticati pro qua mixtione facienda aduocati sumus ad scribēdū. ¶ Elitio tertio modum arguendi quo iste scientie vti possunt demonstratione enim quia ⁊ a signo procedente vti possunt: puta linea solaris ſm longitudinem latitudinem ⁊ profunditatem bene disposita ⁊ ſm colorem ⁊ bene sita: ⁊ nō impedita ibi: neqꝫ alibi est contra operantia: ergo talis cum dominis ⁊ principibus gratiaꝫ habere aptus est: vel si ipsam conclusionem vt in pluribus contingentem volueris: ergo talis cuꝫ principibus ⁊ dominis gratiam habet: similiter a signo comitante argui potest ecōtra: si cui contingat notum esse consequens experientia: ⁊ antecedens ignotum. ¶ Ubi sciednuꝫ ꝙ a virtute formatiua fetus operante ſm determinatam complexionem in determinatam materiam cadunt iste linee manus aut frontis ⁊c. sunt enim casus cōplexionis: ⁊ quedam sunt linee compositionis: quia forma compositio est: que lineis clauditur: a virtute etiam mediante complexione fiunt operationes: ⁊ aptitudines ad operandū: procedere igitur a lineis ad operationes: aut operationū aptitudines: est procedere a signo cōmittante. Sed iste processus in duos resoluitur: quorum primus est a posteriori: secundus vero a priori: primus habetur data linea puta solaris ⁊c. ergo complexio habetur solaribus viris conueniens: argumentuꝫ est a casibus complexionis ad complexionem a qua cadunt: secundus a priori: Complexio habetur solaribus viris cōueniens: ergo habens complexionem illam illis placere aptus est aut placet: cōplexio enim est causa imediata huiusmodi aptitudinum. ¶ Intulimus etiam conclusionem vt in pluribus veraꝫ propter causas naturales: que impediri possunt: licet eas impediri raro contingat vt in fine quarti de generatione animalium dixit Aristoteles: ⁊ sic nō cogitur libertas: neqꝫ cause naturales a suis effectibus naturalibus frustrantur. ¶ Astronomorum enim quidam cum assumunt celum necessitare homines in suis operibus: statuunt sibi principium falsum: cuius oppositum in naturali philosophia demonstratiue conclusuꝫ est: per naturam materie habentis formam: cui contrarium est: vel per se vel per accidens: materia enim origo est cōtingentie vt in libro de orbibus dixi. ¶ Aristoteles etiam primo peryhermenias: vt a rebus cōtingētibus futuris necessitatē aufert in eis dixit non esse de-

determinatam veritatem ⁊ in hoc parcat mihi gregorius ariminensis: aliud enim est datis contradictoriis in singularibus contingentibus futuris non esse veritatem: ⁊ non esse determinatam veritatem: conceditur enim in illis veritas: cum disiunctiue contradictoria coniunguntur: vt testatur philosophus ibi. Cum quo stat in illis nō esse veritatem determinataꝫ: qꝛ non est in aliqua propositione determinata veritas: cum illius possibilis est mutatio in falsitatem: sic autem est in talibus: licet enim hec sit vera antichristus erit: non tamē determinate: quoniā eius possibilis est falsitas: neqꝫ preuidētia diuina eaꝫ necessitat: quēadmodum neqꝫ visio mea: quāuis esset infallibilis: te necessitaret ad sedendum neqꝫ non sedendum: dum te sedentem vel non inspicerem. Et hanc sententiam hꝫ Auerrois in cōmento dicens: sed in materia contingenti in rebus futuris: ⁊ ipse diuidunt veruꝫ a falso: quia opꝫ vt inueniatur vna duarum contradictoriarum in eo futurum: sed non determinate in se. Verum sm ꝙ sunt natura ipsarum ex priuatione determinationis: sic sunt ipse apud nos: ⁊ propter hoc non est possibile: vt determinetur in hoc genere scientia: quoniam ipsa sit res ignota ⁊c. distinguendum igitur est inter preteritū ⁊ presens ex vno latere: ⁊ futurum ex alio: quia licet veritas presens etiam sit possibilis esse falsaꝫ pro presenti: est tamen sic determinata ad veritateꝫ: ꝙ ipsa iam agentium mutantium variabilitatem effugit: ⁊ veritas preterita etiam magis: sed futura adhuc instabilitatem habere videntur: quia agentia causas impedientia possunt aduenire: ⁊ futuruꝫ alias a sui futuritione diuertere: taceant igitur qui de philosopho in hoc obloquuntur: quoniam ipsum aut non intelligunt aut intelligere ipsum nolunt: futurorum tamen quāuis non existentium: aliquādo inevitabilis est a natura euentus: vt ecclipses: per ecclipsabilitateꝫ enim astronomus non indicat: sed per ecclipsim: non enim ecclipsabilitas effectum parit in inferioribus sed ecclipsis propter igitur tales effectus ineuitabiliter euenientes: sed non semper existentes: dixit philosophus primo posteriorꝫ textu cōmenti. 43. scientiā esse eorum que sunt semper vel frequēter: tales enim effectus cuꝫ ad causam suam cōparantur: necessarij sunt: ⁊ semper existentes: sic scilicet quādo eorū causa existit: sed cum ad tempus comparantur: non semper: ⁊ cū iste cause ad inferiora comparantur: licet essent naturales: ⁊ in essendo necessarie: non tamē inuincibiles sunt: sꝫ ingenio humano inferiorum causas aliter disponente variabiles sunt. Quod autem impediantur cum difficultate fit: ⁊ raro. ideo iudiciuꝫ astronomicum veritateꝫ habet artificialeꝫ homo igitur in suis operibus nō agitur sed agit: dato eniꝫ opposito: nō oporteret negociari: neqꝫ cōsiliari: vt recte inquit philosophus in fine primi perihermenias ⁊ nono methaphisice cōfirmat: vnde Auerrois in fine cōmenti sexti qui negant primam materiam ⁊ omnes motus ⁊ generationem ⁊ corruptionē. ⁊ omnes artes que agunt per cogitationem ⁊ voluntatem ad expellendum nocumentum: ⁊ ducenduꝫ iuuamentum: homo igitur cum per prudentiam regulatur futura mala poterit minuere: ⁊ bona augere: cum preuiderit ea: vt ad lōguꝫ declarat philosophus in libro de regimine principum. Ista igitur conclusio sic physionomatus: aut sic manuꝫ habēs designataꝫ est irascibilis est necessaria: intellige necessitate non absoluta: propter subiecti contingentiaꝫ iuxta Auerroim primo perihermenias: sed ista sic physionomatus: aut sic manuꝫ habens designatā ex leui causa irascitur est artificialis ⁊ vera vt in pluribus: ⁊ dicitur scibilis ampla significatiōe hui⁹ nominis scientia vtendo sed melius loquendo opinabilis dicenda est.

¶ Elitio quarto ꝙ physionomia ⁊ chyromantia speculatiue scientie sunt: ⁊ non pratice: quia in scientijs altero duorum modorum inuenitur praticum: vel ex obiecto incomplexo cuius ratio formalis est reddens subiectum operabile a nobis: hoc voluit Auerrois secundo ethicorum capitulo secūdo dicens ꝙ scientia practica docet cōstituere suum subiectum: ⁊ tunc si theologie subiectum sit deus inquantuꝫ deus: theorica est theologia. Si autē theologie subiectum sit deus inquantū amabilis a nobis: practica esset: similiter cuꝫ subiectuꝫ sit homo in medicina sm ꝙ arte sanabilis est. tunc medicina est tota pratica: nō autem logica: que de modo sciēdi est: sm ꝙ nostri regulatiuo: ⁊ non sm ꝙ a nobis operabili ⁊ hoc modo pratici habitus: pꝫ has scientias nihil pratici in se continere: qꝛ nulla harum scientiarum hꝫ subiectum operabile a nobis. ¶ Alio modo accipitur praticum ex obiecto complexo demonstratiue concluso vt ex eo qđ conclusio dictat sic faciendꝫ: vel non ⁊ sic medicina est partim theorica ⁊ partim practica silr ⁊ theologia: similiter ⁊ logica: qꝛ alique conclusiones dictāt quid faciendꝫ sit: vt diuidendꝫ est genus in species per differentias essentiales ⁊ non per accidentales: demonstrādum est ex propositionibus per se: ⁊ nō ex his que sunt per accidens: syllogizandū est in prima figura ex combinatione affirmatiuarꝫ: ⁊ non negatiuarū ⁊c. esse. n. operationes de genere earum: que reales appellent̄ ⁊ extra animaꝫ: vel non naturam praxis non variat: que diffinitur per operationem sm electionem humanam: nō determinando ad operationē imanentem vel transeuntē: quia moralis circa operationes imanentes est: qꝛ iram virtus aliquādo excitat: aliquando vero frenat. Tertio enim ethicorum capitulo. 10. aliquādo virtus est imittēda furori aliquādo etiam virtutem furorē erigere oportet: ⁊ tamē practica est: neqꝫ curando an oꝑationes: que regulentur: sint intellectus operationes: vel non ymo ne logica philosophicam inquisitioneꝫ de aīa ⁊ anime operationibus presupponeret. Aristoteles in nomine ⁊ verbo diffiniendis primo perihermenias ad voces se contulit: quas regule logicales dirigerent. Intellectus etiaꝫ extensione fit practicus: non dico extra se tendendo: sed considerando obiectuꝫ incōplexum: inquantū est a nobis operabile: aut obiectum cōplexuꝫ dictans de opere: cui conformiter eliciēda est recti appetitus operatio practici enim intellectus veritas est confesse se habens appetitui recto: sexto ethicorum capitulo tertio: ⁊ tūc praxes solum ab hoīe sunt: non autem a deo: aut ab alia intelligentia: neqꝫ a brutis: neqꝫ infantibus ⁊ cetera hic aduertat Theologus. Non igitur omnes operationes ab homine facte praxes sunt: quia non que naturaliter siue cognitione fiunt: neqꝫ que violenter: fiunt sed que libere: ⁊ non quecūqꝫ libere: sed que cum electione fiunt: electio autem est eorum que ad finem sunt: vbi voluntas est ipsius finis: tertio ethicorꝫ philosophus capitulo quinto: fricatio enim barbe quāuis libera sit: cum inaduertenter fit: non est praxis: electio etiam cum ratione ⁊ intellectu est: vt in eodeꝫ tertio in fine eiusdem capiuli testatur philosophus. ¶ Tunc ad punctum physionomia ⁊ chyromantia non sunt pratice: qꝛ quāuis istaꝝ scien-

tiarum conclusio esset de opere: vt iste furabitur: non tamen dictat illa conclusio aut sententiat sic esse faciendũ: vel sic: vel non sic faciendũ. ¶ Dicendum tamẽ ꝙ adiuuante chyromantia aut physionomia conclusio pratica elici potest: vt inuento per artes istas ꝙ iste temperatus est in cõplexione ꝛ moribus: tunc elicitur ꝙ bona est illius cõuersatio: sed inuento illo proditore aut maniaco: mala. Sed iste conclusiones morales sunt ꝛ per prudẽtiam eliciuntur: non autem per physionomiam aut chyromantiam: quãuis antecedens ad cõclusiones illas scitum fuerit per chyromantiam aut physionomiaꝫ: prudentia enim preceptiua est sexto ethycorum capitulo vndecimo. Iste autẽ sunt iudicatiue. ¶ Huic sentẽtie proportionabile est dictum Auerrois secundo canticorum cõmento quinquagesimoquinto. Quod hec conclusio non est nauigandum per mare tempore hiemis non est medicinalis: sed consiliaria. Et hoc modo astronomiaꝫ etiam pono Theoricam quãuis de humanis operibus determinaret. ¶ Elitio quinto differentiam inter Chyromantiam ꝛ Physionomiaꝫ: quoniã physionomia altero duorum modorum diffiniri potest: vno modo: qꝛ ipsa sit scientia hominis ẜm ꝙ bonus est natura: ex apparentibus signis in corpore: vndequaqꝫ appareant huiusmodi signa: ꝛ sic est Physionomia totum integrale ad scientiam Chyromantie. Si autem restringatur physionomia principalr̃ ad signa faciei: sic ipsa differt a chyromantia: non ex subiecto: nõ ex ratione formali considerandi subiectum: sed ex medijs per que iudicatur: qꝛ physionomista principaliter accipit signa ex facie: aut si ex alijs corporis partibus: non tamen ex manuuꝫ lineamentis. Chyromantia autem ex manuum lineamentis oritur vt ex signis: ꝛ ita stricte loquutus ẽ philosophus de physionomia: cum de signis manus nullaꝫ adhibuit considerationem: neqꝫ in physionomia methaphorica. neqꝫ in physionomia breui ad Alexandrum illum magnum macedoneꝫ. Quod inaduertenter contigisse minime de tanto philosopho suspicandum est: ꝛ presertim cum primo de historijs animalium lineamentoruꝫ chyromantie meminerit: dicens: vola incisuris vite indicibus distincta est. Idem trigesimaquinta problematum problemate decimo: quod ꝛ decima ꝓblematum problemate. 49. ¶ Quod si quis diligentiore vtens consideratione ꝛ pedimantiam ꝛ vmblimantiam secernere voluerit: quoniam in illis etiaꝫ proprie diuersitates propria habentes significata inueniuntur. ¶ Dicenduꝫ est illas esse physionomie ꝑtes: plus enim in physionomie ad alexãdrũ a capite vsqꝫ ad pedes physionomica signa comprehendit: exceptis manuuꝫ lineaturis vt predixi: ꝙ si etiam illa tua signa pedis: aut vmbilici: aut partis altertius excipere volueris: non tecum ad nomen contendam. ¶ Elitio sexto diuersitatem cadentem inter philosophiam moralem considerantem hominem ẜm ꝙ moraliter bonificabilis est: ꝛ has particulares sciẽtias hominem ẜm ꝙ natura bonus est considerantes: quoniam moralis considerat homineꝫ ẜm ꝙ bonificabilis est prudentia: ꝛ ista ratio formalis considerandi hominẽ pratica est vt pꝫ: quoniã reddit subiectum ens operabile a nobis: lꝫ subiecti materiale nõ fiat ab homine per electionem: licet fiat ab eo ꝑ naturam nõ nego tñ quin in concursu ad muliereꝫ concurrat electio: vt octauo physicorum cõmento quadragesimo septimo colligitur ab Auerroe: nõ enim cõsideratur materiale subiecti principaliter ad habendũ esse praticuꝫ vel speculatiuuꝫ: sꝫ formale: qꝛ intẽtio philosophi moralis est: vt boni fiamus. Teste Aristotele secũdo ethicorũ capitulo secũdo ꝛ primo ethicorum capitulo tertio. Amplius autem passionum sequutor existens inaniter audiet: ꝛ inutiliter: qꝛ finis est: non cognitio: sed actus. Sed phisionomici aut chyromantici aut Astronomi non est hec cura: neqꝫ est hic finis: sufficit enim ipsis presentem bonitateꝫ cognoscere: vel absentem: ꝛ etiam ꝑteritam aut futuram: ideo moralis praticus est hi vero theorici sũt artifices. ¶ Ex quo sequitur ꝙ eadeꝫ scientie subalternari possunt sciẽtia pratica ꝛ speculatiua qꝛ phylosophie naturali subiciuntur: ꝛ moralis: ꝛ etiam medicina: quarũ vtraqꝫ pratica est: ꝛ etiam physionomia ꝛ chyromantia quarũ vtraqꝫ speculatiua est: ꝛ istarum omniuꝫ homo subiectum est: nõ dico aiaꝫ subici morali: neqꝫ corpus: qꝺ est altera pars compositi: medico: sed homo omnibus subicitur: lꝫ ẜm aliam ꝛ aliam rationem formalem: non igitur moralis philosophia inter tres philosophie ꝑtes diuisa ab Aristotele sexto methaphisice textu cõmẽti. 2. neglecta relinquebatur: sed cõprehẽsa sub naturali philosophia ipsaꝫ sub se cõtinente ꝛ subalternãte latitabat. Errant igitur qui diuisam ꝛ sufficientem scientiam ab Aristotele in tres primas partes: ad speculatiuã restringũt: quasi pratice scientie nõ extitissent comprehendende. ¶ Elitio septimo differentiã inter cõclusiones artificiales ꝛ scientificas pertinentes ad has duas scientias quoniam ẜm Aristotelem sexto ethicorum capitulo quarto alegantẽ se primo posteriorum textu cõmenti septimi scientie est necessariorum: cum autem est propositio vt in pluribus vera: ad opinionem spectat: ꝛ tunc artificialeꝫ eas appellamus non qꝛ sit de numero conclusionũ: quaruꝫ habitus est ars: quoniã ars ꝗ̃uis sit possibiliuꝫ aliter se habere: nõ tñ ipsa est quorũcũqꝫ contingentiũ: etiam vt in pluribus sed eorum quorum principiũ est in faciente: ꝛ non in facto ẜm determinationẽ philosophi sexto ethicorum capitulo quinto cuiusmodi nõ sunt: que per chyromantẽ aut physionomũ iudicantur: nõ intelligo tñ solum ea esse factabilia: que operatione nostra ponuntur in esse: qm̃ vltra artẽ sic operatiuaꝫ: quã perfectiuã appellamus dantur etiam artes due scilicet operatiuã: qua nihil remanet post operationẽ: vt ars cantandi aut saltãdi: ꝛ sic de alijs multis de quibus mentionẽ fecit Auerrois secundo physicorum cõmento tertio. Nõ igitur dicenduꝫ est omne agibile esse per prudẽtiã regulabile: dixit enim philosophus primo magnorũ moraliũ Cythariste actor est ꝛ artifex. Quia non prudẽtia regitur cytharaꝫ: sꝫ arte. Sed prudẽtia est circa agibile eligibile ad cõmodũ iuxta Philosophuꝫ ibidẽ. Alia autẽ est possessiua: vt venatoria: aut piscatoria ars hec quidẽ tertiũ cõmunium particulares nos faciunt esse possessores sꝫ artificialem cõclusionẽ intelligimus qꝛ rationali cõiectura elicitam: conclusiones igit̃ in his sciẽtijs cõcluse sunt necessarie: artificiales aũt sunt vt ĩ pluribus vere: ꝛ vniuersales ex subiecto: nõ dico ex vniuersali clausura idest modo distribuente subiectũ iuxta Auerroim primo perhyhermenias sed iudicia prolata vt in plurib⁹ vera sũt: ꝛ singularia: quoniam sensus singularia iudicat: quãuis iudicium apud intellectum ex terminis vniuersalibus componatur: siue distributis siue non: experientia autẽ

apud interiorem sensum reperitur ⁊ est copulatiua composita ex singularibus propositionibus consimilib⁹ sensatis: quaruꝫ memorialis habitus conseruatur: ⁊ sic sequitur cogitatiuam virtutem componere cum hoc verbo est subiectum cum predicato: inter tamen terminos singulares in essendo: quēadmodum cogitatiua est virtus singularis in essendo: quia ipsa est virtus educta de potentia materie: ꝙ si inter vniuersales terminos componit: illi vniuersales sunt solum modo in significando non autem in essendo: vt talis habens tale signum super police fuit suspensus ⁊ talis ⁊ cetera: operationes auteꝫ exteriores circa singularia sunt secundo ethicorum capitulo septimo: ⁊ tertio ethicorū capitulo primo: ⁊ etiam singularium vt prohemio methaphisice colligitur.

❡ Addo etiam his que dicta sunt octauum correlariū: licet ab homine multe fiant operationes: quedam enim ab in existenti natura elemēti fiunt: vt descēdere: quando homo in aere sue nature relinquit: aut in aqua: postquam aer aut spiritus in interiorum vacuitatibus precontentus euanuit: quedam fiunt ab anima ꝭm ꝙ vegetatiua est vt nutrire corpus: augere ipsum: ⁊ generare tale quale ipsum est: in non orbatis: neqꝫ imperfectis: neqꝫ in generationem spontaneaꝫ habētibus iuxta Aristotelem secundo de anima textu cōmēti trigesimiquarti sponte fieri ea intelligo cum non extrinsecum particulare agens concurrit ad generationem quale est illud a quo deciditur semen: in his que ex semine generentur: ex putrefactione enim genita multa non generant: ꝙ si sic: generant non tale quale ipsa sunt: sed effectus est alterius rationis a generante: vt apertissime dixit Aristoteles primo de generatione animalium. Potuit librorum penuria facere ꝙ locum hunc doctor subtilis Scotus non viderit concedens genita per putrefactionem cum genitis per propagationem eiusdem esse rationis: materie enim secunde sunt alterius rationis ⁊ agentia propinqua: ergo forme. Sed consequentiam hanc oportet Theologum negare de materia ex qua scilicet limo ⁊ sanguine mestruo: non immanente quia adde materia ⁊ filij eius diuersa extitit ⁊ agens propinquum: qui tamen eiusdem rationis fuerunt: cum autem nō sit procedere in infinitum in talibus speciebus: quia infinitum abhorret natura: data vltima specie genita: ipsa non prolifica est: quedam autem fiunt ab anima ꝭm ꝙ cognoscitiua est: aut audire: videre ⁊ cetera: quedam fiunt ab eius anima ꝭm ꝙ cognoscente ⁊ appetente: vt motiones locales. Istarum tamen operationum ꝗꝫ ꝗꝫ natura hominem statuerit vti finem artificialium: ⁊ huius inferioris mundi dominum: ⁊ presertim suarummet operationum: ipse tamen quarūdam excellentius dominatur quam aliarum: hominis igitur appetitui directe subicitur motus localis illius progressiuus: intra tamen terminos sue velocitatis: maximum scilicet ⁊ minimū: non enim infinite velociter moueri potest homo: remotis etiam impedimentis tam se tenentibus ex parte animalis: tam intrinsecis animali: vt egritudo: membri amputatio: quam extrinsecis vt ligatura: compedes: tam se tenentibus se ex parte medij: non enim infinite resistens medium ab animali diuidi potest: neque aqua hominis respirationi est conueniens medium: quāuis sit diuisibile medium ab hominis virtute tam se tenentibus ex parte spacij super quo sustineri debet animal ⁊ ceteras

indirecte autem homini alie sue operationes subiciuntur: que ante cognitionem sunt: ei tamen minime subiciuntur operatio elementaris: inde fit vt resolutionem humidi substantifici a calido illius naturali se ipsum cōseruante prohibere homo non possit: neqꝫ processum actatiuuꝫ aliter perpetuabilis esset homo existens adhuc corruptibilis a nā. Quamuis Theologus eos qui surrexerunt vocare habeat corruptibiles homines: cuꝫ sint eiusdem speciei ymo ideꝫ numero post resurrectionem qui fuerunt ante: non tamen stante diuina voluntate potest nā eos corrumpere: ideo Theologi eos qui appellant immortales: deus tamen illos sue nature posset relinquere. ⁊ tunc lapsu temporis iterum corumperentur. Sed de his alias. Communem tamen stomachi digestiuam ⁊ adiuuare potest ⁊ impedire ⁊ prohibere: pro quanto motus localis sibi subicitur: prerequiritur enim in stomachi operatione: nutrimenti ad os approximatio: aut masticatio: aut transglutitio. Tum etiā cibi aut potus boni ⁊ mali passibilis est famelico p̄sentatio: similiter ex medice artis regulis possibile est stomachum in digerendo adiuuare: aut ex regularum oppositis ipsum impedire. Istarum igitur operationum quedam naturaliter procedunt intellectum: ⁊ iste non proprie illius dominio subiciuntur: quedam vero naturaliter sequuntur intellectum vt motiones locales totius vel partium: que membra exteriora sunt: non enim motus cordis in potestate hominis positus est directe. In istis etiam operationibus intellectum preuenientibus: quedam sunt quarum similes possunt esse imperate ab appetitu vt visio: quedam enim visio naturaliter precedit intellectum: noticiam enim hominis intellectiuam omnem naturaliter precedit sensitiua eiusdem ⁊ appetitiuam cognoscitiua. ⁊ in istis operationibus precedentibus vt precedunt intellectum non reperitur bonitas moralis vel malitia: de istis enim dictum est ab Augustino: primi motus non sunt in potestate nostra. Aliquas tamen visiuas operationes appetitus imperat ⁊ in istis bonitas est moralis vel malitia: dixit enim philosophus secundo ethicorum capitulo quinto. Adhuc irascimur quidem ⁊ timemus non sponte: sed huiusmodi operationes ꝭm ꝙ intellectu posteriores dicūtur: libere sunt: pro quanto rationis imperio subsunt: ideo participatione rōnales appellantꝰ ab Aristotele.

❡ Utrum autem omnium istarum operationum physionomus aut Chyromāticus eque faciliter iudicet bonitatem aut malitiam considerandum est: ⁊ primo de altioribus operationibus dicendum ꝙ rationis ⁊ voluntatis operationes non certe iudicantur: sunt enim rationales: vt nono methaphisice textu cōmenti tertij: ⁊ secundo peryhermenias ⁊ consequenter possibilitas est ad opposita: ⁊ huiusmodi etiam sunt passiones anime non notabiliter corpus alternantes vt dicemus de grāmatico iudicando: an grammaticus esset: aut rhetor.

❡ Dicendum tamen ꝙ appetitus sensitiuus dispositionem corporis consequitur: anima enim imaginatiua sequitur complexionem corporis iuxta Auerroim primo canticorum cōmento tricentesimoquinquagesimo: hic autem anime appetitus: non alterum est: sed esse aliud vt tertio de anima textu commenti vigesiminoni dixit Philosophus: ⁊ hic appetitus vt in pluribus trahit intellectiuum: virtus enim anime nostre non organi

ca: propter colligantiam quam habet cum virtutibus sensitiuis: vt in pluribus dispositionibus conuenit cum organica: sunt enim organa anime instrumenta primo de anima. Auerrois commento quinquagesimosecundo: vnde Aristoteles primo de partibus animalium capitulo vltimo. Quapropter corpus etiam totum anime gratia conditum est: et membra officiorum gratia cōstāt: et munerum: ad que singula accomodantur. Si igitur inter eos accidat discordia: vt dixit Aristoteles tertio de anima textu cōmenti quinquagesimitertij: tunc ratione dominante appetitus sensitiuus intellectiuo succumbit: econtra vero sensu dominante: appetitus sensitiuus trahit intellectiuum: secundum quod dixit philosophus tertio de anima textu cōmenti quinquagesimiseptimi: primo ethicorum capitulo decimooctauo: Aristoteles et Auerrois: et in libro magnorum moralium Philosophus.

¶ Dicendum est igitur quod Chyromanticus aut physionomus istos sic secundum naturam complexionis operantes iudicat: et bene iudicat. Sed tamen eorum iudicium tale scilicet iste sic operabitur: contingens est. Sed eorum iudicium tale scilicet iste secundum complexionem suam naturaliter sic inclinatur ad operandum: non sic contingens est: quia inclinationes complexionum: non libere: neque cōtingenter sequuntur complexiones: quarum sunt inclinationes: sed mere naturaliter.

¶ Quod autem sensitiuus appetitus sequatur corporis dispositiones. Dixit aperte Aristoteles in principio sue physionomie: et patet nam anima indiget cetera et determinata organorum corporalium dispositione: qua stāte operari potest: qua non stante: nō operari potest: qua bona: bene: qua non bona: non bene. Et ista via venator bonos canes ad venandū cognoscit similiter est de alijs animalibus vt iumentarijs aut ad alia seruitia vtilibus artifices proprij propria ferunt iudicia vtile ab vtili discernentes: anima igitur organica sue nature derelicta secundum aliam et aliam organi dispositionē aliter et aliter operatur patet ī freneticis: maniacis appoleticis et cetera in quibus manifestissime leduntur operationes: ablate: diminute: aut corrupte: nimis intensam sub corrupta comprehendo iuxta Galenum quarto de accidenti capitulo septimo similiter et in gaudijs et in tristicijs. ¶ Tum ēt ex climatum diuersitate varias videmus fieri operationes: ergo a fortiori ex varia corporis dispositione: ymo etiam in eodem climate secundum variam temporis dispositionum: aliter et aliter homo operatur appetitus enim ad coitum in mulieribus crescit in estate: in viris vero in hyeme Aristoteles quarta problematum problemate.28.25. Si enim nihil possent corporis dispositiones pro esse forme: tunc posset forma quodlibet corpus indifferenter forme: quod est impossibile: quod si admittatur: omnes naturales transmutationes tam substantiales quam accidentales confunduntur: et sic tota ruit naturalis philosophia: vnde ab Aristotele primo posteriorum textu commenti quadragesimitertij et.44. et primo de partibus animalium: et secundo phisicorum determinate materie determinata est forma textu cōmenti.26. et secundo de anima textu commenti vigesimisexti vnusquisque actus in propria materia est: si enim dispositiones non facerent pro se forme aut operari: tunc non posset aliqua forma expelli de materia: agente quātumcumque forti aut contrario applicato: quia forme substantiales contrarium non habent: ///// ///// dispositionum accidentalium quibus saluatis saluātur: et eductis educuntur: abiectis abiciuntur: diminutis debilitantur: vigoratis vigorantur: et primo de anima textu cōmenti quinquagesimiprimi illudit philosophus Pythagoram ponentem animas migrare de corpore in corpus: ponens vnūquodque corpus speciem habet propriam: apud enim Pythagorā forma quelibet cuilibet corpori esset cōmunis: et Auerrois ibi non differunt mēbra cerui a mēbris leonis: nisi propter diuersitatē anime: idem tangitur secundo de anima cōmento sexagesimo ab Auerroe: diuersitas enim forme est causa diuersitatis materie magis quam econtra: patet etiam econtra ex corporis affectibus animam mutari: vt amore: timore: tristitia: delectatione in iudicandis etiam corporibus salsande sunt etatum diuersitates: vt in iuuene: et sene eadem appetente potest enim complexio certa furiam facere: vt in iuuene: et non in sene: vt adustio humorum complexionalis in iuuene fortissimos motus promouet: nō sic in sene: siue ex virtutum senis debilitate siue flegmatum contra operantia: contingat: exercitia etiam solertia consideranda sunt: nutrimenta loca et cetera studio enim litterarum melancholicū aliquādo fieri videmus: et ex cōsuetudine etiam aliquādo mēbra aut mēbrorum signa rubicunda sunt: et aliquando aliquod mēbrū grossius: vt in ludentibus ad grauem pilam: dextra grossior.

¶ Quod si dixeris hominis bestialitatem iudicari nō posse: cum ipsa spiritualis sit: cum sit sensus interioris operatio corrupta.

¶ Respondeo si ex consuetudine tantum fuerit homo bestialis: ab ignorante consuetudinem non iudicabitur: presertim cum non operetur sic bestialis: similiter in naturalibus passionibus vt iracūdo: timido: coeunti: et sic de alijs passionibus: vt physionomia maiore scribit philosophus vnde secundo ethicorum Aristoteles capitulo primo hij quidem enim temperati et mites fiunt: hij autē intēperati et iracundi: hij quidē in eis ex sic cōuersati: hij autem ex sic: nihil enim adeo bonum est: sicut bonorum virorum conuersatio crebra sexto enim ethicorum capitulo decimoquarto. ¶ Quare oportet attendere expertorum et seniorum vel prudentium in demonstrationibus enunciationibus et opinionibus nō minus demonstrationum: propter enim habere experientia in ///: vident principia.

¶ Si vo ex natura bestialitas fuerit: tunc iudicatur esse talis: aut ex mēbris: aut colore aut figura: aut lineis: sed maxime ex situ oculi: et vt bonitatis potius signa referamus quam oppositi: dixit Aristoteles primo de historijs animalium: mediocris tamen situs nota morum est optimorum: motu etiam oculi: dixit enim Philosophus primo de historijs animaliū. Notam morum laudabilium habent: qui mediocriter conniuent: reliquorum alteri impudētie: alteri inconstantie indices sunt: similiter ex oculorum colore: pupilla.n.caprina optimorum est morum. Aristoteles primo de historijs animalium: similiter colligitur ab Aristotele. Istis enim cerebri complexio aut cōpositio iudicatur: que cum mala extiterit: morbos: deliria: mortes affert: secundo de partibus animalium Aristoteles: non tamen propter hoc ponimus cerebrum esse primam sensus radicem: sed cor ipsum vt dixit Aristoteles tertio de partibus aialium et sepe: ad ex-

perientias enim Galenus quarto de accidenti ⁊ morbo contra Aristotelez non difficile est videre vt secundo colliget capitulo.20.ab Auerroe colligi potest ⁊ inter cetera dixit Philosophus. Que enim sensu hebeti sunt: cor habēt durū ⁊ spissum: que autē sensu valent: mollius: pauida: cor grandius: audiētiora: minus vel mediocre. Caute tñ attendendum est. Quoniaȝ facilius potest bona naturalis cōplexio, ex cōsuetudine depravari: q̄ȝ mala reintegrari. Aristoteles decima problematū problemate quadragesimoquinto: facile est fieri prauum a principio: ⁊ trāsmutari in se: ⁊ ratio confirmat: qꝛ alterabilius est mediuȝ ab opposito cōtrario q̄ȝ aliud extremū: vnde philosophus in post predicamentis ostendit longū labi tempus antequā malus per bonorū cōuersationē fiat bonus: vbi patet, q̄d bonus statim fieri pōt malus. ¶ Q.d si dixeris: quod naturaliter est: non aliter assuescit: secūdo ethicorum capitulo primo: ergo mores naturales nō permutant. ¶ Respondeo operationes mere naturales scilicet que rationis imperio non subsunt non mutant derelinquentes sua subiecta: non enim lapis per iteratam quātūcūq; volueris sursum proiectionem ascendere assuescit sed que rationis imperio subsunt: aliquam recipiunt variationem: licet quedaȝ maiorē: quedaȝ minorē ab inuicem variationeȝ suscipere apte sint. ¶ Ex his sequitur q̄ licet magis alterabilis sit aīa sensitiua q̄ȝ intellectiua: tñ ēt per accidens alterabilis est sensitiua: qꝛ ipsa nō est passiuȝ alterationi subiectum: sed corpus celestibus influxibus subicitur: ex cuius corporis varia dispositione aīa sensitiua aliter ⁊ aliter operatur: oībus enim videtur singulos morū existere natura: aliqualiter enīȝ iusti ⁊ temperati ⁊ fortes: ⁊ aliam confestim habemus a natiuitate: sexto ethicorum capitulo decimoseptimo ⁊ x. ethicorum Aristoteles capitulo vndecimo fieri auteȝ bonos existimant: hi naturali consuetudine: hi auteȝ doctrina. Intellectiua autē aīa: eo qꝛ colligata est cum imaginibus sensibilibus variatur vt dixit Auerrois tertio de anima cōmēto trigesimo. ¶ Quod si dixeris q̄ appetitus sensitiuus non videtur posse cōtra rationem: qꝛ illius obiectum est bonū: ergo in maluȝ non potest appetitus sensitiuus: ergo non dat appetitus naturaliter malus. ¶ Respondeo appetitus est duplex: naturalis ⁊ cognoscitiuus: tunc appetitus naturalis obiectum est bonum: sed appetitus cognoscitiui obiectum est bonuȝ: vel apparens bonū iuxta Auerroim secūdo physicorum cōmēto trigesimo primo: ⁊ sic negatur minor. Item dī q̄ agens naturale in sua operatione in multis habet impedimentū: si.n. produceret agens temperatā cōplexionem. Faceret et appetitū: qui sequens corporis cōplexionem esset rectus: sed agenti naturali sepe occurrit īpedimentum: ex mala cōplexione: aut mala cōpositione: aut mala mēbrorū vnitate: ⁊ sic a rectissima sui operatione naturaliter agens per impotentiam diuertit ⁊ in vanuȝ aut casum ipsum exire contingit. Iterū de bonitate distinguendū: morali: ⁊ naturali: bonitas naturalis est forma cui opponitur priuatio que est malum. Et bonitas moris est mos bene ordinatus ad iusticiam tunc primā bonitatem natura appetit: sed non opȝ q̄ secundam: nisi ratione dirigente: alius enim est finis generatiōis a fine rei generate secundo physicoruȝ cōmēto septuagesimo: quāuis etiam in scire sit naturalis inclinatio primo methaphisice ⁊ maximam scientiam maxime desideramus ex primo posteriorum capitulo octauo: ⁊ etiam in bonos mores etiaȝ naturaliter tendimus: quia naturalis inclinatio dicit aptitudinem aut potentiam: nos autē nunc loquimur de actu: physionomus igitur aut chyromanticus diuersitates impedimentorum considerat ⁊ iudicat in quid inclinatur ille de quo iudicium fertur.

¶ Ferocissimus aut ⁊ lupinorum morum cum subditis: cum subditis sensitiuum sequebatur appetitum: ⁊ idem cum extraneis affabilis: curialis: ⁊ iustus sequebatur intellectiuum. ¶ De his etiaȝ operationibus: que indirecte rationi subiciuntur: iudicat physionomus aut chyromanticus sm̄ q̄ ipsa complexioneȝ sequuntur: nō autem rationem: quāuis essent bona corporis: super quibus dominatur celestis influxus: in iudicando igitur de istis ⁊ de bonis fortune: signis sequentibus celestes influxus vtitur: quasi demonstratio a posteriori seu a signo procedens in duas demonstrationes resoluatur. Primam a posteriori: talis mons manus vel talis linea vel punctum: punctis enim non tamen mathematicis: sed vt paruis foueis: etiam vtimur ad iudicandum oculorum euulsiones: aut vulnera: sm̄ q̄ in linea vite vel mensali reperiuntur est bonum vel malum: ergo influxus celi adhoc comparatus est bonus vel malus. Effectus enim sue cause vestigium est. Secūda demonstratio ⁊ a priori: celestis influxus ad hec comparatus est bonus vel malus: ergo bonum vel malū est aptum istud indiuiduum consequi: quāuis talia ab extra fiant: ⁊ non ab intra: vt excecatio aut vulnus. Sed dices quomodo fortune bona: cuȝ extrinseca sint: dici possunt esse comprehensa sub bono natura: quod positum est ratio formalis considerandi subiectum in his scientijs: bona enim corporis ex natura hominem producente: sunt ⁊ anime bona ab eadem pro quanto in suis operibus corporis dispositiones preualēt. Cum enim phantasmata intellectui necessario presententur ad hoc vt intellectus intelligat: confuso existēte speculo in quo imagines relucent aut turbido aut distorto: quomodo clare presentantur imagines intellectui: ⁊ sic si operationes intellectus variantur: a fortiori alie. Sed exteriora bona non nature: sed fortune ascribuntur. ¶ Respondeo nature agenti pro fortis generatione exempli gratia cohoperatur celum: ⁊ tunc sm̄ celorum influxus agēti nature cooperantes sunt bona fortune aut opposita materie attributa: ⁊ sub ratione formali subiecti comprehensa: ⁊ propter hanc causam de istis bonis vere iudicant: physionomus: chyromanticus: ⁊ astronomus.


¶ Inter signa autem quibus physionomus in iudicando vti potest: que ab Aristotele in physionomia enumerantur: figura est de potioribus ea signo existente corporis complexionem ⁊ compositionem intime effigiante: vnde in canibus magnis quid lupinuȝ apparet: in alijs quibusdam non magnis: quid vulpinum ostēditur. Genus etiam apum optimum Aristoteles quinto de animalium historijs iudicat ex figura: que breues varie ⁊ in rotunditatem cōpactiles sunt: hec enim solertiā ⁊ agilitatem ostendunt. Natura enim figuras formis aptat in operatione adiuuantes: ⁊ volatilia rapacia paruis cōstant capitibus: vt impetuose volando facilius aerem valeant diuidere: hic tamen finis secundarius est: ⁊ non prima intentione. ¶ Figura etiam celestibus principijs variatur: dixit Ptholomeus centiloqui verbo.53. Cum

non fuerit significatoribus ascendentis latitudo: natus erit macilentus si vero multa pinguis: si vero meridiana: cum carnositate motus erit levis: Si septentrionalis: ponderosus in motu. Similiter cum fuerit significator ad retrogradationem vel directionem vel ad stationes operabitur idem. Aristoteles etiam in libro de regum regimine ad Alexandrum macedonē dixit ꝙ Alexander multas solis habuit proprietates quia sole ex orizonte ascendente: et domū propriam peragrāte ex matris ventre primum efferebatur in lucem. Cor enim leonis in fluxit. In quibusdam etiam suspensorum effigies advertentium sensibus se offert iudicāda: quos mala mors te intercipi vt in pluribus notat experientia: vnde rasis secundo almansoris de effigie et forma capitulum appofuit. Non tamen ex figura tantum cōiter iudicandū est: sicut neque ex aliquo vno signo: vt ī physionomia ad Alexandrum testatur Aristotiles. Mortuus enim homo ꝗꝗ figure formam habeat eandem: tamē homo nō est, Aristoteles primo de partibus animalium. In hoibus etiam figure varietas multum operatur dixit enim Aristoteles quarto de partibus animalium: bruta hominibus dementiora: inter hoies pueri viris: inter viros pomiliones mente deficiunt: ꝗꝗ aliis viribus forte valeant. Simia etiam est homini multum propinqua: et tamē operationibus multum distinguitur: sed tamen caput: pars valde principalis: bene dispositum in homine: non sic in ea disponit: pectus quoque in homine enim a lato ad angustum descendit: et in simia ab angusto ad latum descendit: et iterū a lato in angustum redigitur. ¶ Pigmei etiam genus hominum pusillum ex Aristotile octavo de historiis animalium: aut ex septimo capitulo septimo iuxta translationem antiquā: opere ab aliis hoibus deficiunt non enim civitates colūt: sed cavernas: vnde troglodyte dicti sunt. Sed quia conciliator sup decima problematum problemate. 12. se istorum aliquē vidisse et tetigisse asserens eos non esse hoies contra Aristotelem dixit: nihil vniversale indicantes et loquellam et sermonem imperfectum habentes. Ideo pro Aristotile. Respondeo ipsum nō bene potuisse mentis eius conceptum indicare: an vniversalis esset: an singularis: ob sermonis imperfectionem: et forte ob signorū significationem ipsi non bene cognitam: manum enim habēt: que signū est magne prudentie: iuxta Aristotelem quarto de partibus animalium: vnde subdit natura igitur ei qui artes plurimas recipere potest: manū reddidit: que ad plures instrumenta vtilis est. Tum etiā quia ter in anno exeunt cavernas: et castrametant ad ova gruū dissipāda: quasi non aliter earum multitudini et vigori ab eis faciliter resisti possit: quin ipsi ab eis per aera portentur: et interficiantur: et sic eorum cogitatio comprehenditur super futuris ex preteritorum memoria: dixit autem Aristoteles primo de historiis aialium homo vnus ex numero animalium omnium vim obtinet cogitandi et aliqua civilitas ad bonum publicum peragendū: et aliqua suasio ad alios excitandum: et aliqua ars qua iuventur in pugna offendendo aut defendendo: aut mercātia in eis iudicatur et perpenditur. Ex his patet ꝙ multa negantur que ab Alberto magno. 21. de aialibus assumuntur capitulo secundo. Hunc enim puto a conciliatore imitatū fuisse. ¶ Tum etiam oportuisset Aristotelem eos appellasse homines: ex eorum figura: et non ex eorum forma substantiali: et sic antiquorum opinionem ab eo reprobatam et in eodem libro incidisset: vt patet primo de partibus animaliū. ¶ Tum etiam errasset philosophus cum reprehenderet eos qui asserunt hominem deterrime omnium animalium constare: cum nudus atque informem referant hominem generari: dicens cetera eni animalia vnum auxilium habent: quia pigmei nullum auxiliū habent. imo deterius homine pigmeos natura muniuisset: cum non ingenio aut viribus respectu aliorum: quos homines appellat: poleant: sed multū a nobis deficiant: et longo discrimine superentur. ¶ Redeamus si isti homines non essent: cum figura humana figurētur: et opere distent: adhuc concluditur ꝙ non ex figura tm̄ est iudicandum. ¶ Coloris autem iudicium fallax: aliquā enim humores in interioribus corporis latentes sunt. Aliquando etiam ex stirpe color contrahitur: vn̄ Aristoteles primo de generatione aialiū mulier elide ex ethiope albam genuit. et alba filia ex albo viro ethiopem: licet tamen fallax sit iudicium ex colore acceptum ad iudicandum super patre: aut filio nigro: aut de regione ethiope: non tamen fallit sic super complexiōe illius cuius est color: quia eam saltem in exterioribus membris calidam esse ondit. ¶ Quod si ineunte autūno ficedula sit avis quedam: et ab autūno protinus atricapilla: ob coloris et vocis discrimen: quam tamen esse autē eandem cōstet. iuxta Aristotelem nono de historiis animalium: nulli tm̄ dubium est eam cōplexione variari. ¶ Sed de his hactenus dicta sufficiant. Sunt igitur chyromantia et physionomia scientie naturali philosophie subalternate: quarum subiectum est homo sm̄ ꝙ homo est natura: demōstratione quia vtētes et speculative: et de humanis operibus recte iudicantes. Tu autem ad particularia istarum scientiarum quesita sermonem tuum extendis: iō hec vniversalia illis premisi: vt rogatus morem tue gererem voluntati. Uale.

Laus Deo gloria et honor.

¶ Explicit questio de subiecto physionomie et Chyromantie: a filio Claudii Achillini: ābas ordinarias et philosophie et medicine Theorice publice docente. Edita et impressa Bononie: ex arte et officina Hieronymi de benedictis Civis Bononiensis: Anno dn̄i. 1523. mense Iulii Adriano sexto Pont. max. Regnāte.






Digitized by Google

